Digitized by Google

Bibliothèque de la Faculté des Lettres

Don de M. le professeur
FRANK OLIVIER
1950

Digitized by Google

image
not
available

image
not
available

Digitized by Google

ΣΟΥΙΔΑΣ.

SUIDAE LEXICON

GRAECE ET LATINE.

AD FIDEM OPTIMORUM LIBRORUM EXACTUM

POST

THOMAM GAISFORDUM

RECENSUIT

ET ANNOTATIONE CRITICA INSTRUXIT

GODOFREDUS BERNHARDY.

BLB 270/1

TOMUS PRIOR.

HALIS ET BRUNSVIGAE
SUMPTIBUS SCHWETSCHKIORUM.
(M. BRUHN.)
A. 1853.

UNIVERSITÉ DE LAUSANNE
BIBLIOTHÈQUE
FACULTÉ DES LETTRES
Ga 500-111

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

SUIDAE LEXICON

GRAECE ET LATINE.

TOMI PRIORIS

PARS PRIOR. (A—E.)

Digitized by Google

FRIDERICO GUILELMO IV.

REGI BORUSSORUM AUGUSTO

LITTERARUM ET ARTIUM STATORI

MUNIFICENTISSIMO

PRINCIPI SUO CLEMENTISSIMO

HANC SUIDAE RECENSIONEM

PIA DEVOTAQUE MENTE OBTULIT

EDITOR.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRÆFATIO

LUDOLPHI KÜSTERI.

Habes hic, Lector, SUIDAE LEXICON, pertinaci plurium annorum labore a nobis utcunque expolitum et novo quasi habitu indutum, sive textum Graecum, sive versionem Latinam, sive denique Notas et Indices spectes.

Antequam vero quid in nova hac editione a nobis praestitum sit accuratius exponamus, de Suida eiusque aetate, itemque de ipso hoc Lexico et prioribus eius editionibus breviter agemus.

Quis Suidas fuerit aut quando vixerit, frustra quis quaesiverit, si nullus unquam Suidas extitit: ut virum politissimum Angelum Politianum censuisse plures referunt scriptores, respicientes procul dubio ad haec eius verba, quae leguntur lib. XI. Epist. XX. *Suidas ipse* (*si qui modo hic unquam Suidas*), *non omnino malus auctor.* Sed Suidam vere extitisse, nec nomen eius *fictitium* esse, non solum evincunt codices MSti Lexici huius, in quibus Suidae vel Sudae nomen comparet, sed etiam Eustathius, qui in verboso commentario in Homerum Suidam nostrum aliquoties laudat. Quis autem Suidas fuerit, difficile dictu est, cum non solum alii scriptores, sed etiam ipse de se sileat, nec in toto hoc Lexico quicquam de se memoriae prodiderit. Videtur quidem in v. Σαμοθράκη patriam vel gentem suam indicare, dum ait: *Qui enim initio insulam* (i. e. Samothraciam) *incoluerunt, Samii fuerunt, a quibus nos orti sumus.* Sed verba illa non sunt ipsius Suidae, sed scriptoris anonymi, ex quo locus iste excerptus est.

Quod ad aetatem Suidae attinet, de ea diversae sunt virorum doctorum sententiae, quarum nonnullas ad examen revocabimus. Hugo Grotius in Epist. CX. ad Gallos Suidam paulo post Constantinum Leonis filium, qui A. C. 912. imperare coepit, vixisse arbitratur; hac addita ratione, *quod*, quantum ipse meminerit, hic Imperatorum postremus sit, quem in libro suo nominet. Sed virum doctissimum memoria fefellit. Nam in v. Ἀδὰμ mentio fit Imperatoris Ioannis Zimiscae, et in v. Κωνσταντινούπολις Basilii et Constantini fratrum; qui omnes Constantino Leonis filio posteriores fuerunt. Hieronymus Wolfius Suidam multo recentiorem facit, et ad Seculum XIV.

refert; hac inductus ratione, quod Metochitam Logothetam citet, qui sub Palaeologis vixerit. Verba eius in Praefat. ad Suidam haec sunt: *Atque adeo, cum Metochitam Logothetam citet, qui sub Palaeologis vixit, apparet eum vix annis abhinc* 300. *Lexicon hoc composuisse.* Scribebat autem ista Wolfius A. D. 1564. Sed Logotheta, quem Suidas diversis in locis laudat, non est Metochita Logotheta, quem ineunte Sec. XIV. vixisse constat, sed Symeon Metaphrastes Logotheta, qui initio Seculi X. floruit; ut et ante nos observavit vir magni inter eruditos nominis Richardus Bentleius, in praeclara Dissertatione de Phalaridis Epistolis p. 23. Sententia igitur Wolfii hoc subducto tibicine sponte corruit. Alii, inter quos est vir doctissimus Gulielmus Cave, Nostrum vergente iam Seculo X. sub Basilio et Constantino fratribus vixisse censent: pro qua opinione facere videtur, quod Suidas in v. Ἀδάμ, ubi diversas annorum aeras sive epochas recenset, chronologiam perducat usque ad obitum Ioannis Zimiscae, cui anno C. 975. modo dicti Basilius et Constantinus fratres in imperio successerunt. Huc accedit quod Noster in v. Κωνσταντινούπολις, annos a condita CPli computans, epocham eorum terminet in regno Basilii et Constantini Porphyrogennetorum, ut illo tempore, quo ea scribebat, adhuc imperantium. Haec sane speciosa sunt et veram Suidae aetatem indicare videntur. Sed si ex notis illis temporum, quae hodie in Suidae Lexico occurrunt, de aetate eius iudicandum est, recentiorem eum utique esse oportet: utpote qui exeunte saltem Seculo XI. vel ineunte XII. sub Alexio Comneno vixerit. Nam (quod a nemine adhuc observatum esse video) in v. Γηώρας, v. Λέτρου et v. Ἡγήτορες loca quaedam ex Mich. Psello adducuntur, qui sub Alexio Comneno floruit, vitamque usque ad initium Seculi XII. produxit. Si igitur ipse Suidas loca ista Pselli Lexico suo inseruit, post Psellum utique vixisse eum oportet: sed ante Eustathium, quippe qui primus in Commentario ad Homerum Nostri meminit. Vixit autem Eustathius exiguo post Psellum intervallo: sub finem nimirum Seculi duodecimi et initium decimi tertii. Sed quod ad loca illa Pselli attinet, dubium non est quin a recentioribus Lexico Suidae addita sint; idque de loco primo, qui adducitur in v. Γηώρας, audacter affirmare ausim; quippe quem MSS. Pariss. non agnoscunt. Si igitur nec ex hac nota temporis aetas Suidae colligi potest, quid tandem hac de re statuendum sit, quaeret Lector. Equidem nos ita censemus: incertum quidem esse, quo tempore verus Suidas sive primus Lexici huius auctor vixerit; antiquiorem tamen procul dubio esse, quam vulgo credatur; cum persuasum nobis sit, plurima loca, quae recentiorem aetatem sapiunt, ab aliis postea Lexico huic addita esse. Patet hoc vel ex MS. Paris. A. qui trium Codicum MStorum Suidae, qui in Bibliotheca Regia Parisiensi asservantur, optimus est et vetustissimus. In eo enim multa loca, quae in recentioribus MStis omnibusque edd. hodiernis reperiuntur, vel omnino desunt vel recentiore interdum manu ad marginem scripta sunt: veluti versus onirocritici, qui ex Astrampsycho vel Nicephoro in Lexicon hoc translati sunt; itemque loca ex Paulo Aegineta excerpta; et alia, de quibus in Notis nostris lectorem monemus.

Quamvis autem Suidam antiquiorem, quam vulgo creditur, statuamus, non tamen cum Lil. Greg. Gyraldo eum adeo antiquum censemus, ut Strabo, quem sub Augusto floruisse constat, eius meminisse potuerit. Existimat nimirum modo laudatus vir doctissimus, Suidam nostrum eundem esse cum Suida vetusto historico, cuius praeter Strabonem Scholiastes Apollonii Rhodii et Stephanus Byzantius mentionem faciunt. Verba eius Dialogo III. *de Historia Poetarum* haec sunt: *Quibus illud vere responderi potest, Suidam antiquum fuisse scriptorem, cuius inprimis a Strabone fit mentio, et ab iis qui in Apollonium Rhodium commentaria scripsere, et a Ste-*

phano, et aliis. Is igitur Suidas inter alia (nam et Historiam scripsit) commentaria, ut par est credere, non admodum magna condidit, quae ab aliis postea multis locupletata et aucta ad hanc quam videmus libri magnitudinem excrevere, primique Suidae nomen obtinuere, etc. Et paulo post: *Simul etiam abiicendam puto, quam grammatistae quidam faciunt, duorum huius nominis distinctionem, ut scilicet ille antiquior tantum sit historicus, hic recentior grammaticus.* His verbis duplex continetur sententia, nimirum Lexicon, quod Suidas primus composuerat, ab aliis postea locupletatum et auctum esse; et deinde, Suidam historicum et lexicographum eundem esse. Priorem sententiam probamus; et nobiscum plures alii. At posterior suffragatoribus caret, et Suidas noster communi eruditorum consensu a Suida historico diversus eoque recentior merito statuitur. Et hactenus de aetate Suidae.

Quod ad Lexicon ipsum attinet, id ex variis compilatum est auctoribus, quorum nomina partim Catalogus ille, qui ab ipso Suida Lexico huic praefixus putatur, partim duo nostri Indices posteriores lectori exhibent. Mirabitur autem forsan Lector, in Indice ultimo sive tertio non comparere Scholiastam Pindari, Theocriti et Apollonii; cum Reinesius *Varr. Lectt.* p. 479. haec de Suida habeat verba: *Suidas Harpocrationem et Scholiastas veteres, maxime Aristophanis, Sophoclis, Thucydidis, Pindari, Theocriti, Apollonii, totos exhausit, et in suum hoc armarium digessit.* Sed incautius ibi vir magnus locutus est. Tantum enim abest ut Suidas tres Scholiastas posteriores totos exhauserit et collectanea sua inde locupletaverit, ut vix unum vel alterum locum ex illis excerpserit.

Ceterum ex Scholiastis veteribus nullum Suidas diligentius compilavit quam Scholiasten Aristophanis; quippe quem totum paene in Lexicon suum transfudit. Quaeritur autem inter eruditos, utrum Suidas ab hodierno Scholiaste Aristophanis an vero Scholiastes a Suida sua mutuatus sit: sive, an hodierna Scholia in Aristophanem ex veteri quodam codice ad nos propagata sint, an vero a Musuro vel alio quodam ex Suidae Lexico consarcinata. Nos ita censemus: hodierna Scholia in Aristophanem maximam partem ex veteri quodam codice descripta ad nos pervenisse, eademque esse, ex quibus ipse Suidas sua hausit; non pauca tamen loca a recentioribus partim ex Suida, partim ex aliis scriptoribus illis insulta esse. Et sane quae leguntur apud Scholiasten illum ad *Equitt.* 577. *Ἡ δὲ στλεγγὶς τῶν πρὸς ἄλλο τι* etc. itemque ad *Acharnens.* 519. *Σίχνον. ἀπὸ εὐθείας ὁ σίχνος* etc. ex Suida in v. *Στλεγγίς* et v. *Σίχνον* inserta esse, emunctioris naris lectores facile mecum sentient. Lexicographum enim illa potius sapiunt quam Scholiasten. Eundem porro Scholiasten interpolatum esse ad verba illa Comici in *Pluto* v. 1111. *Ἢ γλῶττα τῷ κίρνῃ* etc. itemque ad verba illa in *Vespis* v. 769. *Εἶλη κατ' ὄρθρον* etc. patet non solum ex eo, quod illic citetur Eustathius, qui Suida utique recentior est, sed etiam ex eo, quod duo ista loca in antiquissima Editione Aldina desint. Idem dicendum est de alio loco, qui legitur in iisdem Scholiis v. 142. ubi Phalaris laudatur. Nam nec illum vetus Editio Aldina agnoscit. Sed hac de re eruditos iam ante monuit vir in omni doctrinae genere excellens Richardus Bentleius, in *Dissert.* de Phalaridis Epist. p. 22. Notandum vero est Suidam interdum plura habere quam hodierna Scholia in Aristophanem: unde recte colligi posse videtur Scholia illa non integra ad nos pervenisse. Vide Nostrum v. *Ἀκαλήφη*, v. *Ἀκόρητος*, v. *Ἐγκεχορδυλημένος*, v. *Μελονιζᾶν*, v. *Ναξιουργής*, v. *Πυροφάγης*, v. *Σιβυλλιᾷ*, v. *Στρουθός*, v. *Τίτθαι*, v. *Τραγικώτερος*, v. *Ὑπεραχοντίζεις*, etc. Et haec obiter de Scholiaste Aristophanis.

Quod ad modum attinet, quo collectanea haec digesta sunt, in eo non raro iudicium et diligentiam compilatoris desideres. Nam primo Noster, dum loca ex variis scriptoribus decerpta in Lexicon suum congessit, saepe vitiosis codicibus deceptus fuit: unde fit ut voces adulterinas et corruptas pro veris et genuinis lectori interdum obtrudat. Sic *Ἀμάστης* apud eum habes pro *Ἀχμαστής*; *Ἠρίθμησεν* pro *Ἠρίμησεν*; *Πεπιασμένοις* pro *Μεμιασμένοις*; *Τάλεσιν* pro *Τέλεσιν*; *Ὕστινος* pro *Ὕσγινος*; *Κοιλιδιᾶν* pro *Κυλοιδιᾶν*; *Φρήμας* pro *Δι' ἐρήμας*; *Δείξαντες* pro *Διήξαντες*; *Ἀλίβυες* pro *Οἱ Λίβυες*; *Ἡμιμαλλόνες* pro *Αἱ μιμαλλόνες*; *Θεσμοτόκον* pro *Ἐσμοτόκον*; *Ἴβὸς* pro *Ὑβός*; *Ἀνάρπαστοι* pro *Ἀνοργίαστοι*; *Λάψατο* pro *Ὀλόψατο*; *Δωτύς* pro *Ἐδητύς*; *Εὐχείμονος* pro *Λευχείμονος*; *Παιόλη* pro *Ἀπαιόλη*; *Παιόλημα* pro *Ἀπαιόλημα*; *Ὄζωτὰ* pro *Ὀξωτά*; *Ὑσήληρος* pro *Ὀλοσυηρός*; *Φώνια* pro *Ἀφώντα*; *Φυλοχρινεῖ* pro *Φιλοχρινεῖ*; et alia. Interdum vero lectio Suidae melior est ea, quam nostri codices hodie exhibent. Exempli gratia apud Aristophanem ***Thesmophor.*** **841.** hodie legitur, — *Τηνίοισι καὶ Σκίροις*: ubi codex Suidae pro *Τηνίοισι* olim habuit *Στηνίοισι*, quam lectionem veram esse probamus in notis ad v. *Στήνια*. Coniectura enim Biseti, qui *Θησείοισι* illic reponendum censebat, merito explodenda est. Apud eundem Comicum in ***Thesmophor.*** **205.** versus hic legitur:

Τὰς συμφορὰς γὰρ οὐχὶ τοῖς στενάσμασι.

Vox ultima illic corrupta est: cuius loco Suidas in serie sua recte habet *τεχνάσμασι*. In fabula ***Ecclesiazusis*** versus hic occurrit:

Ἡ γραῦς ἀνεστηκυῖα παρὰ τῶν νεκρῶν.

Metrum manifeste claudicat; quod ex Suida in v. *Πλειόνων* sic in integrum restitues:

Ἡ γραῦς ἀνεστηκυῖα παρὰ τῶν πλειόνων.

Scholium enim locum genuinae vocis apud comicum hodie male occupavit. In fabula ***Thesmophoriaz.*** **521.** inter alia et haec leguntur:

Λέων, λέων σοι γέγονεν, αὖτ' εἴγμα σόν.

Magnus Scaliger cum videret versui huic modulum non constare, eum sic rescribendum censebat,

Λέων, λέων σοι γέγονεν, αὖτ' ἔϊγμα σόν.

Sed frustra. Ex Suida enim in v. *Λέων* pro *εἴγμα* reponendum esse *ἔκμαγμα* in notis ad illum locum probamus. Anthologiae lib. **III.** cap. **14.** pag. **343.** Epigramma in Protesilaum legitur, cuius pars est hexameter iste:

Λένδρεα δυσμίμητα, καὶ ἦν ποτε τεῖχος ἴδωσι.

Hic *δυσμίμητα* sensui manifesto adversatur: cuius loco Brodaeus reponendum censebat *δυσμήνιτα*, et Obsopoeus *δυσμείλικτα*. Sed uterque a scopo aberravit. Ex Suida enim in v. *Δυσμίσητος* reponendum esse *δυσμίσητα* in notis ad locum illum monemus. Apud Iosephum lib. **I.** ***de Bello Iud.*** cap. **13.** pag. **739.** inter alia et haec leguntur: *Καὶ πᾶσα οἰκία ὁπλιτῶν ἐκτᾶτο.* Vox ultima illic in mendo cubat: cuius loco ex Suida v. *Νέναχτο* rescribendum esse *νένακτο* sensus manifesto suadet. Plura huius generis exempla studiosus lector ex notis nostris colligere poterit. Nos enim haec speciminis loco tantum proposuimus.

Porro observandum est, Suidam res hominum cognominum perpetua serie interdum recitare et ad unum caput referre solere: quo fit ut quae ad diversos pertinent uni tribui videantur, et in historiis turbentur omnia, nisi narrationes distinguas, et diligenter animadvertas, ad quos quaeque eclogae referendae sint. Exempla habes in v. *Εὐμένης*, v. *Ἥρων*, v. *Σεβῆρος*, et alibi.

Interdum vero (quod maius est peccatum) grammaticus noster res hominum prorsus diversorum et ne nomen quidem commune habentium miscet, eclogasque historicas ad alienum prorsus caput refert: cuius *ἀβλεψίας* pauca exempla in medium hic producam. In v. *Μαξιμῖνος* ea quae leguntur ab initio usque ad verba illa, *ἐπιβουλὰς ὑποπτεύων*, de Imperatore Maximino Thrace intelligenda sunt; quae vero deinceps absque ulla nota distinctionis subiiciuntur ad Galerium Maximianum pertinent: ut patet ex Euseb. *Hist. Eccles.* lib. III. cap. 14 et 16. In v. *Ἀλυάττης* verba illa priora, *Λυδῶν βασιλεὺς — ἀδελφὴν ἴσχυεν*, apud Nicol. Damascenum in Collectaneis Constantini a Valesio editis pag. 453. unde locus iste depromptus est, de Sadyatte patre Alyattis dicuntur; quae proinde Noster male ad Alyattem refert. In v. *Νίκων* grammaticus noster supina negligentia ad Niconem refert, quae apud Pausaniam lib. VI. pag. 364. unde totus iste locus excerptus est, de Theagene Thasio narrantur. In v. *Εὐνομιανός* Suidas Eunomianum quendam a Bellisario e sacro baptismi fonte susceptum fuisse narrat. Locus scriptoris, qui ibi adducitur, sumptus est ex Procopii *Hist. Arc.* cap. I. sed ubi de Theodosio quodam Eunomianis parentibus nato, non autem homine aliquo *Eunomianus* appellato verba fiunt. Gothofredus in *Prolegom.* ad Philostorgium pag. 2. ex loco hoc Suidae Eunomianum aliquem sibi confinxit, qui nullus extitit: ut in notis nostris ad v. *Εὐνομιανός* pluribus docemus. In v. *Πῶρος* verba illa, *Τοῦτον ἥρετο περὶ Ἰνδικῆς ὁ Ἀπολλώνιος*, etc. excerpta sunt ex Philostrati lib. II. *de Vit. Apoll.* cap. 11. sed quae Suidas pessime ad Porum refert, cum apud Philostratum de Phraorte Indorum rege dicantur. Plura exempla brevitatis gratia adducere supersedeo.

Est et alius Lexici huius naevus, qui in eo consistit, quod sexcentis in locis exempla, quae ex scriptoribus veteribus adducuntur, a capite articuli aliena sint, nec quicquam faciant ad probandam significationem vocis propositae. Sed istius rei culpam non tam in Suidam confero, quam in eos qui varia auctorum loca Lexico huic vel ipsi adsuerunt, vel ea quae ad marginem scripta erant absque iudicio et delectu in textum receperunt. Multa enim esse apud Suidam loca, quae ex margine in textum irrepserint, et imperitiam librariorum manifesto prodant, nemo nisi plane in Lexico hoc hospes negabit. Videat saltem lector quae notavimus ad v. *Ἀγροιώτης*, v. *Ἀναθεῖναι*, v. *Ἀριστογείτων*, *Καλ.*, v. *Εἶλεν*, v. *Νάννος*, v. *Ὑπομαχῶ*.

Quamvis autem et alii sint Lexici huius naevi, partim ipsi Suidae, partim librariis et recentioribus compilatoribus tribuendi, est tamen liber longe utilissimus, et quem thesaurum omnigenaeque eruditionis penu cum incomparabili Reinesio merito appellaveris. Vel sola historia poetarum, oratorum, historicorum etc. quae in eo continetur, auro contra cara est, et qua sine irreparabili damno respubl. litteraria carere non possit. Taceo tot et tam praeclara fragmenta veterum scriptorum, hodie amissorum, quae in lexico hoc nobis conservantur, et pretium ei non parvum conciliant.

Prodierunt autem haec Collectanea Suidae primo Mediolani, A. C. 1499. Graece tantum: in qua editione nonnulla loca desunt, quae in reliquis editt. reperiuntur. Eam secuta est editio Veneta, sive Aldina, A. 1514. et ea Graeca tantum. Haec nonnunquam a Mediolanensi discrepat: unde ex alio codice MS. eam expressam esse apparet. Deinde Suidas editus est Basileae apud Frobenium, A. 1544. itidem Graece tantum. Haec editio haud fere ab Aldina discrepat, nisi ubi vel sphalmata typographica habet vel ab editoribus Basileensibus interpolata est. Eodem anno Hieronymus Wolfius Suidam (omissis notis mere grammaticis et fragmentis brevioribus) Latine a se versum absque textu Graeco Basileae edidit. Haec versio Suidae, ab ipso Wolfio recognita, postea recusa est Basileae A. 1581. Mirum autem non est Wolfio rem minus feliciter successisse, cum nullis codicibus MStis instructus textum Suidae, ut tunc erat, corruptum in versione sua secutus sit. Tandem Aemilius Portus, Francisci filius, Graecae linguae in Academia Heidelbergensi quondam professor, Suidam cum nova versione Latina, seu potius paraphrasi, et notis edidit Genevae, A. 1619. Haec editio quoniam omnium earum, quae nostram praecesserunt, novissima est, quodnam de ea nostrum sit iudicium, paulo fusius lectori exponemus.

Dicimus igitur Portum non eam, quam par erat, diligentiam in editione sua Suidae adhibuisse, nec idoneo satis instructum apparatu operi isti manum admovisse. Non solum enim cum nullis codicibus MStis Suidam contulit (qua in re tamen contingere potuit, ut fortuna votis eius non responderet), sed ne omnes quidem editiones tunc extantes inter se comparavit. Ex tribus enim quae tunc prodierant editionibus Mediolanensem (quae omnium prima est et nonnullis in locis emendatior reliquis) nunquam inspexit: quae causa est quare non paucos errores typographicos editionis Aldinae, in editionem Basileensem, quam *κατὰ πόδα* secutus est, postea transfusos, imprudenter in textum receperit, eosque tanquam variantes codicum MStorum lectiones magno molimine interdum emendare conetur. Adhaec cum totum fere Suidae Lexicon ex fragmentis variorum auctorum, quorum maior pars hodie adhuc extat, compositum sit, Portus exiguam plane in investigandis auctoribus, ex quibus Suidas sua sumpsit, diligentiam adhibuit: unde mirum non est sexcentis in locis Lexici huius, quae non nisi ex auctoribus suis illustrari et emendari possunt, aquam ei haesisse. Praeterea (quae maior est negligentia) ne ipsum quidem Suidam secum contulit; cum saepe contingat ut eaedem *ῥήσεις* bis vel ter apud eum occurrant, hic corruptae forsan et mutilae, alibi vero sanae et integrae: ut proinde Suidas ex ipso Suida non raro emendari et illustrari possit. Hoc cum non observaverit Portus (observare autem debuit), saepe fit ut, quae uno in loco recte interpretatus fuerat, alibi vitiosam lectionem secutus suique prorsus immemor pessime vertat et a scopo longe aberret. Ne autem haec in virum, cuius conatus saltem de re litteraria bene merendi laudandus est, immerito a me dici quisquam putet, allatis quibusdam exemplis rem probare et omnem calumniandi suspicionem a me amovere conabor.

Dixi Portum editionem Mediolanensem nunquam inspexisse: quod ex sequentibus manifestum fiet. In v. *Ἄβαρις* editiones Aldina et Basileensis habent *χρησμοὺς τοὺς καλουμένους Σκυθίνους*, quam lectionem Portus secutus est: cum in editione Mediolanensi rectius legatur *Σκυθικούς*. In eadem voce pro *ἀφάνισαν* MSti et ed. Med. recte exhibent *ἠφάνισαν*, ad quem locum Portus: *Ἀφάνισαν*] *Aldinus codex ἠφάνισαν. Utrumque vitiosum. Scribendum enim ἠφάνισαν, ab ἀφανίζω.* Recte quidem mones Porte: sed quid opus fuit manifesta menda typographica editionis Basileensis in textum recipere et inutilibus observatiunculis Suidam onerare? In v. *Ἀφουραία*

priores editt. (si Mediolanensem excipias) habent, *ὅτι ἡ ἄρουρα πόδας ἔχειν*, quod Portus vertit, ***Rus pedes habere dicitur;*** addita nota solita ***N. L.*** i. e. ***Non liquet.*** Si editionem Mediolanensem consuluisset, non diu ei de emendatione huius loci laborandum fuisset. In ea enim recte legitur, *ὅτι ἡ ἄρουρα πόδας ἔχει ν'*: i. e. ***Arura*** (quae est certa agri mensura ita dicta) ***pedes habet quinquaginta***: quam lectionem non solum confirmant MSti, sed etiam ipse Suidas alio loco, nimirum in v. *Στάδιον*, ubi idem locus repetitur. In v. *Γηγενεῖς* in omnibus editionibus praecedentibus, si Mediolanensem excipias, ante *Φυσήματι* desideratur vox *γηγενεῖ*, sine qua loci illius sensus omnino est obscurus et mutilus. Haec ratio est quare Portus falso existimaverit, verba illa *φυσήματι· ἀντὶ τοῦ μεγάλῳ* et quae sequuntur non pertinere ad v. *Γηγενεῖς*, sed alibi esse collocanda. Aliter certe sensisset, si inspecta editione Mediolanensi locum hunc unius vocis adiectione suppleri et sanari posse intellexisset: id quod etiam ex alio loco Suidae in v. *Σεισμός*, ubi eadem *ῥῆσις* repetitur, discere poterat. Post v. *Ἐπήβολος* in editione Basileensi et Porti legitur, *Ἐπηβολώτατος, προσοικειότατος*: ubi nemo non videt vocem posteriorem esse *παρακειμένην*, et nullo modo *ἐκ παραλλήλου* respondere posse voci *Ἐπηβολώτατος*. Rectius igitur in edit. Mediol. cui etiam suffragantur MSti, sic legitur: *Ἐπηβολώτατος. — Ἐπηγάγετο. προσφκειώσατο. ἰδιοποιήσατο.* Nusquam hic comparet vox adulterina *προσοικειότατος*, quam certum est ex voce *προσφκειώσατο* esse corruptam et e genuina sede sua, quae est post *Ἐπηγάγετο*, motam alienum locum in editione Basileensi et Porti hodie occupare. In v. *Εἰρύσατο* editiones Aldina et Basileensis mendose exhibent *ἐπικούφου*, quam lectionem secutus est Portus: qui si editionem Mediolanensem consuluisset, in qua recte legitur *Ἐπικούρου*, vidisset utique *ἐπικούφου* esse sphalma typographicum, et proinde in textum minime recipi debuisse. In v. *Ὅμηρος* pag. **301.** Edit. Genev. pro *ἀφίκετο εἰς γάμον* (quod Portus bona fide vertit, ***Venit ad nuptias***) reponendum est *ἀφίκετο εἰς Σάμον*, i. e. ***venit in Samum;*** ut in MStis et editione Mediolanensi recte legitur. Possem plura huius generis exempla in medium afferre: sed cum ex hisce lectori abunde patere arbitrer, Portum edit. Mediolanensem nunquam consuluisse, ad alia pergo.

Dixi secundo Portum exiguam diligentiam in investigandis auctoribus, unde Suidas sua sumpsit, adhibuisse: quod omnibus editionem eius inspicientibus per se manifestum est. Si enim *Aristophanem* eiusque Scholiasten, Anthologiam Epigrammatum editam, Sophoclem eiusque Scholiasten, Herodotum, Thucydidem et paucos alios excipias, de reliquis scriptoribus, ex quibus Lexicon hoc compilatum est, Portus ne somniavit quidem. Ceterum quantam in hac editione lucem Suidae ex diligenti fragmentorum cum ipsis auctoribus, ex quibus sumpta sunt, collatione attulerimus, ex notis nostris lectori patere poterit.

Dixi porro Portum ne ipsum quidem Suidam secum contulisse; quod itidem exemplis quibusdam in medium allatis probabo.

In v. *Διεχωδώνισε* priores editt. habent, *διεπείρασε καὶ ἐξηπάτησεν*: quod Portus vertit, ***tentavit, exploravit, periculum fecit. Item, decepit.*** Sed pro *ἐξηπάτησε* scribendum esse *ἐξήτασε* non solum res ipsa docet, sed etiam Suidas alio loco, nimirum in v. *Κεχωδωνισμένος*, ubi in omnibus editionibus expresse legitur, *καὶ διαχωδωνίσαι, τὸ ἐξετάσαι.*

In v. *Θέμιν* Portus frustra sese torquet, dum non animadvertit, pro *βούλεται* vel, ut editt Mediol. et Aldina habent, *βούλεται* reponendum esse *Βούχετα*, ut non solum in MStis, sed etiam

alibi apud Suidam in v. *Βούχετα* recte legitur. Locum Suidae, ut in editt. Basil. et Genev. legitur, et versionem Porti subiungam, ut lector in rem praesentem quasi deducatur. *Θέμιν* (inquit Suidas). *δικαιοσύνην. Βούλετα. πόλις ἐστὶ τῆς Ἠπείρου, οὐδετέρως καὶ πληθυντικῶς λεγομένη· ἣν φησι Φιλόχορος ὠνομάσθαι διὰ τὸ τὴν Θέμιν ἐπὶ βοὸς ὀχουμένην ἐλθεῖν ἐκεῖ, κατὰ τὸν Λευκαλίωνος κατακλυσμόν.* Portus haec ita vertit: *Θέμιν*, ***Themin. Hoc nomen iustitiam significare vult*** [*i. e. significat. Unde compositum Θεμίσκυρα*, ***Themiscyra. Haec autem***] ***urbs est Epiri, quae per neutrum genus et pluraliter effertur: quam Philochorus ait sic appellatam, quod Themis vecta bove illuc iverit, tempore diluvii Deucalionis.*** Nugas agit Portus, dum lectori persuadere conatur, Suidam hic de Themiscyra urbe loqui: quod est ab eius mente alienissimum. Neque saniora sunt, quae in notis affert; in quibus locum hunc sic emendare et supplere conatur: *Θέμιν. δικαιοσύνην.*] ***Haec ita fortasse legenda:*** *Θέμιν, δικαιοσύνην βούλεται σημαίνειν. ὅθεν Θεμίσκυρα. πόλις δ' ἐστὶ τῆς Ἠπείρου.* ***Consule geographos in*** *Θεμίσκυρα.* ***Sed*** *Βούλετα* ***urbem apud nullos reperio.*** Omnia haec sunt prorsus *ἀπροσδιόνυσα*, neque veram istius loci emendationem vel per somnium Portus vidit. Quam facile autem has tenebras discutere potuisset, si consuluisset Suidam in v. *Βούχετα*, ubi recte sic legitur: *Βούχετα. πόλις ἐστὶ τῆς Ἠπείρου, οὐδετέρως καὶ πολλαχῶς* (lege *πληθυντικῶς*, ut in v. *Θέμιν*) *λεγομένη· ἣν φησι Φιλόχορος ὠνομάσθαι διὰ τὸ τὴν Θέμιν ἐπὶ βοὸς ὀχουμένην ἐλθεῖν ἐκεῖ* etc. Quam clara hic omnia! Dicit Suidas Bucheta esse urbem Epiri, sic dictam, quod Themis *ἐπὶ βοὸς ὀχουμένη*, ***bove vecta***, illuc venisset: quam etymologiam voci *Θεμίσκυρα* minime convenire nemo est adeo hebes quin facile intelligat.

Post v. *Ταγήν. ὄν. ὀρν.* in prioribus editt. mendose legitur, *Ταγὴν ὁ κνισσοθήρας. ὁ Ἰούνιος ἦν.* Ad quem locum Portus: ***Tagen. ὁ κνισσοθήρας. Cnissotheras. q. d. nidoris venator. Iunius mensis. Legendum videtur ὁ Ἰούνιος μήν. Sed N. L.*** Apage nugas istas. Ex ipso Suida in v. *Φαγεῖν ζῶν* constat legendum esse *ταγηνοκνισσοθήρας;* quae est vox comica, eleganter significans lurconem vel parasitum (proprie eum qui sartaginis nidorem captat), qualis erat Iunius iste, quem Portus ridicule in Iunium mensem transformat. Eadem vox in v. *Ἰούνιος*, sed alio modo ante depravata erat. Ibi enim in editt. prioribus legitur *ταγηνορνιθοθήρας*, in MSS. vero *ταγηνοκνιγοθήρας*: unde unius litterae mutatione facta veram lectionem *ταγηνοκνισσοθήρας* facile erueris.

In v. *Τῷ νῦν λόγῳ* pulchra sententia Polybii (cuius nomen ibi quidem a Suida reticetur, sed alio loco, quem mox indicabo, laudatur) pessime corrupta et mendo non leviter obscurata est. Quid enim sibi volunt verba ista, *ἠτύχηκεν ὡς κεκληρονόμηκε τοιαύτην φήμην*? Portus ea sic interpretatus est, ***Infelix fuit, postquam talem famam iure hereditario consecutus est.*** Quam longe a scopo et mente Polybii? Ex MStis et ipso Suida in v. *Τύχη* patet legendum esse, *ἡ τύχη κενῶς κεκληρονόμηκε τοιαύτην φήμην*: quorum verborum sensus est, inane esse fortunae nomen, et omnia quae vulgus ei tribuat, divinae providentiae re vera adscribenda esse.

In v. *Καρῖνος* hodie legitur: *Γενόμενος ἐν ἐξουσίᾳ καὶ βουλήσεως κύριος ἀνέδραμε τηλικοῦτον κακὸν ἐς τυραννίδα· οὕτω καὶ τοὔνομα τοῖς ἔργοις μαχρῷ παρῆλθε* etc. Quem locum non solum omnes editt. sed ipsi etiam MSti sic mutilatum exhibent: cuius proinde supplendi spes nulla [illegible] (praesertim cum Eunapii historia, unde locum illum depromptum esse ex v. *Μαχρῷ* apparet,

non amplius extet), nisi Suidas ipse hic sibi opem ferret. Ex eo enim in v. *Μαχρῷ* constat locum hunc sic supplendum esse: *ἀνέδραμε τηλικοῦτον κακὸν ἐς τυραννίδα, ὥστε ἀπέδειξε χρυσὸν τὴν τραγῳδουμένην τυραννίδα. οὕτω καὶ τοὔνομα* etc. Quorum verborum sensus est: Carinum tam malum et saevum fuisse principem, ut veterum tyrannorum saevitia, cum eius tyrannide collata, aurum quasi videretur. Elegans proverbium et frequens apud Graecos scriptores: quo etiam idem Eunapius in Excerptis Legationum ab Hoeschelio editis p. 13. usus est. Ibi enim de Thracia agens eam a Scythis tam foede devastatam esse ait, *ὥστε χρυσὸν ἀποδειχθῆναι πρὸς τὰ Θράκια πάθη τὴν Μυσῶν παροιμιώδη λείαν*: i. e. *Ut vetus illa Mysorum praedatio proverbio celebrata, cum hac Thraciae vastatione collata, aurum esse videretur.* Sic enim locus hic reddendus est, quem Cantoclarus ita vertit, ut sensum eius minime intellexisse appareat.

In v. *Λευκὴ ἡμέρα* refertur mos Scytharum, calculum album vel nigrum, prout rem ex animi sententia vel secus gessissent, antequam quieti se darent, in pharetram condendi, ut post illorum mortem ex numero calculorum de prospera vel adversa fortuna, qua in vita usi fuissent, iudicari posset. Sed in prioribus editt. ante *μέλλοντας* desideratur vox *Σκύθας*, quae totius sententiae cardo est. Eam proinde loco illi restituendam esse, etiamsi codices MSti non docerent, clare tamen ostenderet Suidas in v. *Τῶν εἰς τὴν φαρέτραν*, ubi de eodem Scytharum more agens expresse inquit, *φασὶ τοὺς Σκύθας μέλλοντας καθεύδειν* etc.

In v. *Ἐχέμυθος* Suidas inquit: *Εἴς τε συναύξησιν ἀρετῆς καὶ κακίας μείωσιν ὅλην ἐξεκέχυτο τὴν ψυχήν.* Id est, *Omne suum studium ad augendam virtutem et imminuenda vitia conferebat.* Sed pro *κακίας μείωσιν* in prioribus editt. ridicule legitur *κωμῳδίας μείωσιν*: quod *Portus*, fidus interpres, *comoediae imminutionen* vertit. Sana quam dixi lectio apud Suidam alibi tribus diversis in locis occurrit, nimirum in v. *Ἰδιώτης*, v. *Μεῖον* et v. *Ὅλην ἐξεκέχυτο*: quod tamen a Porto observatum non fuerat.

In v. *Ἥιρειτο* pro *ἐσιτοποιεῖτο* legendum est *σῖτον ᾑρεῖτο*: ut in v. *Βιτέλλιος*, ubi idem locus extat. Portus cum hoc non observaret, existimabat loco isti aliquid deesse; qua de re lectorem *hisce* verbis monere voluit. *N. L. Desideratur enim verbum ᾑρεῖτο, cuius causa haec videntur allata.* Sed nihil deerit, si ut diximus scribatur, *σῖτον ᾑρεῖτο.* Non me quidem latet in Excerptis Ioannis Antiocheni ab Henr. Valesio editis, unde locus iste depromptus est, legi *ἐσιτοποιεῖτο*: sed utra lectio praestet, nunc non disputo. Illud saltem constat ex mente Suidae, qui *ῥῆσιν* istam sub voce *Ἥιρειτο* collocavit, legendum esse *σῖτον ᾑρεῖτο.*

Ex hisce paucis (sunt autem alia eius generis quamplurima) manifestum est, operae pretium facturum fuisse Portum, si *ῥήσεις* easdem, quae apud Suidam diversis in locis repetuntur, diligentius inter se contulisset.

Quae autem hactenus dicta sunt, ostendunt Portum non eam quam par erat diligentiam in adornanda Suidae editione adhibuisse. Sunt autem alia haud sane leviora nec pauciora, in quibus eruditionem quoque et iudicium eius merito desideres. Hoc ut lectori manifestum fiat, pauca loca ex multis, in quibus nec accurati interpretis nec acuti critici partes implevit, in medium adducam.

In v. *Λυκόφρων* Suidas ait, *διασκευὴ δ' ἐκ τούτων ἐστὶν ὁ Ναύπλιος*: quorum verborum sensus est, fabulam ***Nauplius***, cum recto talo prius non stetisset, a Lycophrone ad incudem revocatam et denuo in scena exhibitam fuisse. *Διασκευὰς* enim sive *διεσκευασμένα δράματα* appellatas fuisse fabulas, a poetis nova lima perpolitas et postea in scena repetitas, accurate ostendit magnus Casaubonus ad Athen. lib. III. cap. 26. quem lector consulat. Hinc ergo apparet, quam parum intellexerit Portus sensum verborum illorum, quae sic Latine reddidit: ***Ex his vero diasceue, sive historica narratio, est Nauplius.***

In v. *Ἐωθός* Suidas ait: *Ἐωθός. χωρὶς τοῦ ι. Ἄρχιππος. καὶ Ἀραρὼς ἐωθας. καὶ Θουκυδίδης ἐώθεσαν.* Quem locum Portus sic vertit: *Ἐωθός. **Sine** ι. **Solitum**, **consuetum**. **Archippus**. **Et aptatus consuevisti.*** Male omnino. Vox enim *Ἀραρὼς* hic non significat ***aptatus***, sed est nomen proprium poetae, apud quem Suidas dicit *ἐωθας* absque ι legi pro *εἴωθας*, uti *ἐωθὸς* apud Archippum pro *εἰωθὸς* et apud Thucydidem *ἐώθεσαν* pro *εἰώθεσαν* reperiatur. De poeta autem Araro Suidas non solum suo loco agit, sed etiam fabulam eiusdem *Ὑμέναιος* laudat in v. *Ἀναθεῖναι*, cui loco imperitus aliquis homo, quem itidem fugiebat *Ἀραρὼς* ibi nomen proprium viri esse, notam hanc omnino *ἀπροσδιόνυσον* addidit: *Ὅτι ἀραρῶς ἐπίρρημα, ἀντὶ τοῦ πρεπόντως· ἀραρὼς δὲ ἁρμόσας.* Ceterum errorem priori similem Portus commisit in v. *Γηώρας*, ubi *ψελλοῦ* vertit, ***balbi vel blaesi***; cum ibi sit nomen proprium viri et Michaëlem Psellum designet.

In v. *Νοθεύει* Portus verba haec Suidae, *ἐν τῇ τοῦ μακαρίτου Λογοθέτου Μεταφράσει*, reddit, ***In interpretatione beati Historici.*** At quis non videt in versione retinendum fuisse nomen ***Logothetae***, cum manifestum sit citari illic *Μετάφρασιν* certi alicuius scriptoris, ab officio quo functus fuerat ***Logothetes*** dicti. Eundem errorem erravit Portus in v. *Ἅβαξι*, v. *Ἀλκαία*, v. *Ἀναίμονες*, v. *Καταπέλτης*, v. *Ὑπαγορεῦσαι*: in quibus omnibus locis *Λογοθέτης* ***Historicus*** vel ***Historiae Scriptor*** interpretatur. In sola voce *Ἐξαπάτη* cautior fuisse videtur, ubi nomen ***Logothetae*** in versione retinuit. Sed hoc non tam certa ratione quam casu potius ab eo factum fuisse crediderim.

In v. *Αὐτόλυκος* priores editt. Suidae habent *ἐν τοῖς Χαρωνικοῖς*: quem locum Portus de locis Charonicis sive speluncis pestiferis intelligendum censebat. Sed non animadvertit rescribendum ibi esse *ἐν τοῖς Χαιρωνικοῖς*, i. e. ***tempore belli Chaeronensis***: quae mutatio levis quidem est, sed immanem in sensu differentiam parit.

In v. *Σοφοκλῆς, Σοφ.* Suidas inquit, *Καὶ αὐτὸς ἦρξε τοῦ δρᾶμα πρὸς δρᾶμα ἀγωνίζεσθαι, ἀλλὰ μὴ στρατολογίαν.* Quae verba Portus sic vertit: ***Primus etiam ipse tragicas inter se fabularum contentiones instituit: sed non delectum militum.*** Quae *ἀβλεψία*! Adeo nimirum obesae naris criticus fuit Portus, ut non animadverteret pro *στρατολογίαν* legendum esse *τετραλογίαν*, et Suidam hic loqui de notissimo more tragicorum apud Graecos, qui *τετραλογίᾳ* sive quaternis fabulis in scena certare solebant. Ab isto ergo more ante recepto Sophoclem tragicum primum recessisse et non quaternis sed singulis fabulis certasse Suidas hoc loco observat.

In v. *Τίς τῇδε* Suidas ex Scholiaste Aristophanis refert eos, qui olim diis libaturi essent, ad astantes dixisse, ***Quis adest?*** Eos deinde linguis faventes respondisse, ***Multi et boni.*** Suidae verba haec sunt: *Εἶτα οἱ παρόντες εὐφημιζόμενοι ἔλεγον, πολλοὶ κἀγαθοί*: quae Portus sic vertit:

Deinde qui aderant sese laudantes dicebant, multique bonique. Eu peritum interpretem, qui εὐφημιζόμενοι interpretatur, *sese laudantes*; cum vertendum esse, *linguis faventes*, vel *bona verba dicentes*, vix tirones ignorent. Notissimum enim est veteres existimasse religionem violari, si, quo tempore sacra peragebantur, verba male ominata proferrentur: unde eos qui aderant vel tacere omnino, vel, si loqui quicquam vellent, bona verba (ut aiebant) dicere oportebat. Utrumque apud Latinos continetur significatione phrasis *linguis favere*; cui apud Graecos εὐφημεῖν vel εὐφημίζεσθαι respondet.

Alibi Portus vocem εὐφημία non minori errore *beneficientia* interpretatur. Suidae verba in v. Εὐφημία haec sunt: *Εὐφημίας χάριν προτιμᾷ τὴν Λακεδαίμονα τὸ θεῖον, ἢπερ τῶν Ἀθηναίων βωμοὺς σύμπαντας καὶ νεώς* etc. Portus hunc locum sic Latine vertit: ***Beneficentiam enim Laconicam Deus pluris facit, quam universas Atheniensium aras et templa.*** Scopum non ferit interpres. Ex iis enim quae de voce εὐφημεῖν et εὐφημίζεσθαι paulo ante diximus liquet, εὐφημία proprie ***faventiam***, ut Accii verbo utar, sive silentium religiosum vel bona verba significare. Sensus ergo illius loci est, Deo magis placere Lacedaemoniorum pietatem et animum religiosum, cuius index et argumentum sit ipsorum εὐφημία, quam universas Atheniensium aras et templa.

Plura de editione Porti eiusque naevis non addam, cum haec sufficere putem. Venio tandem ad nostram; in qua quid a nobis praestitum sit, paucis lectorem docebimus. Primo textum Graecum cum tribus codicibus MStis Bibliothecae Regiae Parisiensis contulimus; quorum unus (quem in notis nostris MStum A. appellare solemus) optimus est, et quingentorum saltem annorum vetustatem habet. Huius praecipue codicis ope ingentem mendorum numerum ex Suida sustulimus, et non paucas lacunas in eodem supplevimus; ut ex notis nostris lectori patere poterit. Alter est MS. B. cum priore nec vetustate nec bonitate comparandus: unde pauciores emendationes nobis suggessit. Tertius est MS. C. secundo deterior: qui proinde admodum exiguo nobis usui fuit. Praeterea usi sumus variantibus lectionibus MSti Vaticani, quas illustriss. Pearsonius, magnus ille Episcopus Cestriensis, ad marginem Suidae sui annotaverat. Sunt eae pauciores quidem, sed interdum bonae, et quae plerumque auctoritate MSti Paris. A. confirmantur. Adhaec specimina quaedam variantium lectionum opera amicorum nacti sumus ex codice MS. Colbertino (qui est in Bibliotheca Colbertina Lutetiae Parisiorum), ex codice Vossiano, qui nunc est Lugduni Batavorum, et Antwerpiano Iesuitarum. Sed omnibus istis codicibus praestat antedictus MS. Paris. A. quo meliorem vix in Europa nostra extare puto.

Porro versionem Latinam Porti infinitis in locis emendavimus, resecta ubique inutili qua luxuriabat paraphrasi. Ultimam tamen limam propter temporis angustiam ei adhibere non potuimus. Unde, si quos forte errores vel reliquimus vel ipsi commisimus, eos aequus lector nobis facile condonabit, reputans, quam difficile sit et lubricum moliri versionem fragmentorum, quorum sensus obscurus plerumque est et mutilus.

In notis nostris brevitati, quantum fieri potuit, studuimus, idque operam praecipue dedimus, ut Suidam partim ex MStis, partim ex scriptoribus, ex quibus fragmenta sumpta sunt, et partim ex ingenio emendaremus. Transtulimus autem in notas nostras ea, quae Illustriss. Pearsonius, magnum illud orbis litterati decus, ad marginem Suidae sui, qui hic Cantabrigiae in Bibliotheca

Collegii Trinitatis adservatur, annotaverat: addito ubique eius nomine. Perlegerat vir ille magnus Suidam magna cum cura, eumque cum variis auctoribus diligenter contulerat: unde observationes eius magno nobis usui fuerunt.

Ex notis Aemilii Porti ea excerpsimus, quae ad rem facere et alicuius momenti nobis esse videbantur. Sunt enim annotationes eius leviores plerumque et tironibus tantum aptae; quibus proinde Suidam onerare noluimus.

Habes instituti nostri rationem, benevole lector. Illud, antequam Praefationem hanc finiam, paucis addam: me per quadriennium et eo amplius in celeberrima hac Academia Cantabrigiensi vixisse, in qua omnium ea fuit erga me humanitas et comitas, ut nusquam maiorem me expertum esse fatear.

Ingratus sane essem, nisi id publice omnibus testatum facerem, et simul profiterer in magna me felicitatis parte ponere, tot viris eruditione, pietate et virtute insignibus hic in Anglia innotuisse. Faxit Deus O. M. ut virtus et eruditio tum hic, tum alibi magis magisque crescant; praesertim hoc tempore, quo ob licentiam seculi in deterius ruentis religio et pietas, ne labefactentur, validis columinibus et illustribus morum exemplis indigent.

PRÆFATIO

EDITORIS OXONIENSIS.

Quum de Suida lexicique ab eo conditi natura ac pretio nihil amplius certiusve proferre possim quam quod ab aliis, quorum praefationes ante hanc meam excudendas curavi, abunde disputatum est, restat solum ut de huius editionis consilio, et de subsidiis quibus usus sim, breviter agam. Küsterus scilicet, iisdem fere, quos mihi versare contigit, codicibus manuscriptis usus, eorum lectiones prae nimia, ni fallor, festinatione negligenter admodum excerpsit, totamque rem ita administravit, ut editio eius, etsi multis ornata dotibus quibus ceterae carent, tamen propter eam quam modo commemoravi incuriam criticae paene inutilis a viris doctis perhibeatur. Huic igitur malo, quantum potui, mederi studui. Primum operam dedi, ne qua varietas lectionis, quam praebent optimi codices, haereat diutius in ambiguo; editionis Mediolanensis ubique rationem habui; ceteras, Aldinam scilicet, Basileensem et Portinam minus diligenter excussi; Porti emendationes, quas Küsterus haud raro tanquam suas tacite adoptat, plerumque indicavi, plures huiusmodi fortasse commemoraturus, si Portus eas paullo distinctius imprimendas curavisset: fallunt enim saepenumero oculos lectoris versioni Latinae interpositae.

Nec minus officium editoris putavi fontes unde hauserit Suidas diligenter persequi atque indagare. Et quanquam huic negotio multum operae impenderim, nullus dubito quin largam praetermissorum messem a posteris colligendam reliquerim. E Küsteri annotationibus nonnulla, sed parce, sustuli: v. g. Epigrammata, quae is ex mendoso codice Anthologiae protulerat, Palatino exemplari iam diligentissime typis vulgato, vix opus erat repetere: nec dubitavi numeros paginarum, capitum et versuum, quos is ex editionibus scriptorum veterum hodie vel non facile reperiendis vel ut minus commodis citaverat, ad recentiores magisque parabiles aptare. Nec pauca huiusmodi tamen, ut reppereram, manere sustinui. Postremo duos de integro indices confeci. Quorum prior exhibet omnes glossas secundum litterarum seriem digestas, ideo inprimis necessarius, quia Suidas mutatiorem litterarum ordinem respuit, et multa vocabula locis non suis exponit. Huic indici inserui vocabula haud pauca notatu digniora sive in grammaticorum interpretamentis, sive in veterum scriptorum exemplis obvia; nomina item propria hominum. Alter auctores a Suida citatos complectitur, quorum fortasse nonnulli per incuriam in priorem irrepserint.

INDEX SUBSIDIORUM.

A. Duo codices mss. Bibliothecae Regiae Parisiensis nn. **2625. 2626.** Prius volumen, chartaceum, nec una manu exaratum, continet litteras *Α—Θ*, et quanquam vetustatis nota caret, auctoritatem tamen prae se fert non exiguam, utpote ex optimo exemplari descriptum. Alterum volumen, litteras *Κ—Ψ* complectens, membranaceum est, cuius magna pars saeculo XIII tribuenda videtur. Haec duo volumina simul sumpta exemplar conficiunt omnium quotquot nobis innotuerunt praestantissimum, etsi nonnunquam hiat, glossisque aliquot haud dubie genuinis destituitur, quas agnoscunt codices alii. Notandum porro ubicunque Aldina editio a Mediolanensi discedit, eam varietatem fere semper in hoc codice reperiri.

B. Codex ms. Bibliothecae Regiae Parisiensis n. **2622.** bombycinus, formae maximae.

C. Codex ms. Bibliothecae Collegii Corporis Christi Oxonii, chartaceus, duobus voluminibus formae maximae.

D. Codex ms. Bibliothecae Bodleianae, chartaceus, duobus voluminibus formae quartanae.

E. Codex ms. Bibliothecae Regiae Bruxellensis, olim Iesuitarum Antverpiensium, chartaceus, in folio minori. Huius codicis fini haec nota appingitur: *Θεοῦ τὸ δῶρον καὶ πόνος Ἰωάννου. ἐτελειώθη ἐν ἔτει ᾠᾠᾠᾠ ἐν χορώνῃ.* Hoc codice usus est A. Schottus in Adagiis Graecis Antverp. **1612.** 4°.

F. Florentinus, Bibliothecae Mediceae Plut. LV. Cod. I. [Inscriptus codex, *Βιβλίον λέξεων Σοῦδα συνταχθὲν παρὰ διαφόρων σοφῶν ἀνδρῶν.* Initium, *Ἅ ἃ παρὰ Ἀριστοφάνει ἐπίρρημα μετὰ ἐκπλήξεως.* Desinit in litteram *Ψ*. Scripsit eum Mantuae a. **1422.** Petrus Cretensis.]

G. H. } Codices **2623. 2624.** Bibliothecae Regiae Parisiensis, uterque chartaceus.

V. Codex chartaceus, formae maximae, olim Henrici Stephani, nunc inter Vossianos Bibliothecae Academicae Leidensis servatus, optimae notae, initio, medio et fine mutilus.

M. Editio Mediolanensis.

Horum codicum A. E. totos ipse excussi, V. inde a littera E, in prioribus litteris collatione ab Oudendorpio facta usus sum. In B. conferendo vicaria Theodori Sypsomi opera adiutus sum. Quod ad C. attinet, cum eum codicem, priorum litterarum commissione instituta, ita cum V. consentire deprehendissem, ut utrumque ex eodem archetypo derivari satis intelligerem, nisi quod longiores fere omnes articuli a C. exulant, nolui inutilem laborem exantlare codicem integrum pervolvendi, itaque post quattuor priores litteras iis tantum in locis eum usurpavi, ubi V. hiat. D. locis tantum suspectis consului. Ex F. glossas nonnullas speciminis gratia a me rogatus excerpsit Petrus Elmsleius. Ex G.H. litteram P cum editione Küsteri contulit Sypsomus.

His copiis iam accedat varietas lectionis ad oram editionis Basiliensis **1544.** apposita manu Friderici Sylburgii, quae nunc custoditur in Bibliotheca publica Bernensi. Huius libri non infrequens mentio est in annotationibus Iungermanni ad Pollucem. Describendi curam rogatu meo peramice in se suscepit I. A. Cramerus, Aulae Novi Hospitii Principalis.

Lectiones ex margine ed. Basil. 1544. cuius principio adscriptum, Fuit Fr. Sylburgii, hodie Bongarsii.*)

Hemsterhusii et Valckenaerii notulas ineditas ex autographis hodie Leidae adservatis descripsi: Wassii pauculas ex margine exemplaris Küsteriani nunc in Bibl. Coll. Aenei Nasi repositi: Bastii et Toupii exemplaria in tabulario Delegatorum Typographei Academici custodita diligenter tractavi; ex Burneianis in Museo Britannico hodie reperiendis ea meam in gratiam excerpsit amicus, quae mihi utilia fore opinatus est. Nonnulla etiam subministravit Frid. Creuzerus, veluti Haloandri observationes ex margine ed. Med., Nokkii observationes criticas infra legendas, et quod maioris momenti est, collationem codicis Harpocrationis Palatini a Frommelio confectam.

Porsoni exemplar, postquam magna operis pars excusa est, usibus meis concesserunt Collegii Trin. Cant. Magister et Socii; Pearsonianum (vide Küsteri praef. extr.) perlubenter commodaturi, si mode is liber hodie Cantabrigiae extaret, quod, proh! dolor, longe secus est. Quod si quis aliquando hunc librum invenerit, et cum excerptis Küsterianis conferri curaverit, affirmare ausim *eum* pretium operae facturum.

Taylori Appendicem (cuius mentio apud Bruggemannum *View of the English editt.* p. 448.) neque unquam ipse vidi, neque qui viderit, multum licet sciscitatus, reperire potui.

---

*) Quas Gaisfordus varias lectiones in quinque grandibus paginis et dimidia descripsit, eas nefas erat iterum inculcari. Harum enim nulla sive coniectura sive lectio codicis vera aut memorabilis est, quin suis locis et auctoribus idoneis munitam annotatio critica prodat. Decerpsit autem Fr. Sylburgius codicem hodie Vossianum sive Leidensem, tum Henrici Stephani, familiaris sui: nam ad hunc librum redeunt, ut paucis utar specimiuibus, varr. lectt. sub vv. *Ἐπιτολμῆσαι*, *Στρόφιον*, *Στύγος*, *Τουτάκι*, *Τραχεῖα* et, quae scriptura potest instar reliquarum esse, v. *Ἰούνιος*, ubi cod. V. accessio *ἐπιφοιτάλίᾳ — παίσω* extat cum ipsa lectione *ὃς ἐνιμε*. Sed rarius quam pro expectatione codex affertur: ut facile suspiceris eum identidem pro re nata consultum fuisse. Ceterum quod Iungermannum in Polluce non infrequenter exempli Sylburgiani meminisse Gaisfordus tradit, equidem observationes illius percurrens rarius id factum video, ut in Poll. IV, 101. „Et sic diligentissimus virorum Sylburgius apud Suidam, ubi est *ἰδισμα*, *λόγισμα*, in suo codice adscripsit, *ἴγδισμα*, *ἰάγισμα*." Et haec quidem in Sylburgianis Gaisfordi desiderantur.

PRÆFATIO

EDITORIS HALENSIS.

Novam Suidae recognitionem viginti abhinc annis Schwetschkii bibliopolae inchoarunt, quorum uterque iam suo fato defunctus est. Hi cum usu diuturno cognovissent exempla modico pretio parabilia (Küsteriana enim quae prae ceteris expetebantur, triginta amplius imperialibus distrahi solebant) dudum votis multorum desiderari, cumque saepenumero arbitros harum rerum intelligentissimos audirent, cum dicerent post tanta studiorum Graecorum incrementa laborem Küsteri vix nostro saeculo sufficere: librarii solertissimi facile sibi persuaserunt longe pleniorem et emendatiorem Suidam instrui posse, qui bona editoris novissimi cum selectis observationibus et coniecturis recentioris aetatis coniungeret neque censum philologorum, praesertim popularium excederet. Constat enim Suidam a Küstero recensum paucis obtigisse, quorum satis lauta res esset; haud ita paucos autem lexicographo prorsus carnisse, nisi forte mediocres Portî copias sibi compararent; eaque causa fuit cur ad haec usque tempora tot viri docti, qui Hesychium, Pollucem ac reliquam grammaticorum supellectilem assidue tererent et suis in scriniis numerarent, raro cum Suida consuetudinem aliquam inierint eiusque rationes interiores habeant perspectas, sed necessitate compulsi singulas fere glossas in usum vocaverint. Quo minus admirari libet eorum iniquitatem et iudicia contemptus plena, quibus scriptor ex longinquo visus olim obruebatur. Sed revertor ad Schwetschkios. Tandem illi consilia sua ad me detulerunt, rogantes ut negotium totum susciperem et ex ipsorum utilitatibus novum opus adornarem. Ego vero tum vacuus eram, neque invitus, fateor, in patulum orbem lectionis et collecticiae doctrinae me coniici patiebar, in quo non modo scholam artis criticae uberrimam sed Graecam etiam antiquitatem latissime patentem liceret peragrare. Porro spem non vanam fovebam, intra paucos annos compendiariam Suidae repetitionem absolvi posse. Ceterum venia debuit errori quantumvis magno concedi, si quis tum temporis operam in illius emendatione vel interpretatione ponendam facilem fore speraret ac sola studii constantia muneri sese suffecturum augurarctur. Etenim nemo potuit difficultatem universi laboris ex vero suspicari ac ne divinando quidem ad eos gradus interpolationis et pravae scripturae pervenire, quos hodie cuivis ostentant collationes optimorum duorum codicum. Proinde nulla solicitudine deterritus ad tantum conatum accessi, quem neque fama scriptoris nec luculentae condiciones (lautis enim praemiis aegre Sosii Halenses invitabant), sed sola litteras Graecas iuvandi voluntas et fiducia rei bene gerendae commendarent.

Primum igitur ut opes a Küstero relictas supplerem, critica subsidia circumspexi, nec poenituit dissitos philologorum angulos perreptare, quantum per librorum penuriam licuit. Sed laboranti tum prae ceteris succurrit liberalis eximii senis Fr. Iacobsii benevolentia. Comparavi principes editiones Mediolanensem et Aldinam, quarum priorem Küsterus festinanter inspexerat, alteram ignorabat; idemque Zonaram, Eudociam, alia grammaticorum Graecorum praesidia, nostris illa temporibus partim evulgata, cum singulis glossis contendere coepi. Deinde non solum libros virorum doctorum illustrando corrigendove Suidae destinatos, quorum principatum tenent labores Toupiani, decerpebam, sed diversissimos etiam commentarios et quicquid libellorum per tria saecula consumptum est in emendandis explicandisque scriptoribus Graecis pervagabar, quo plenior apparatus conficeretur. Porro praeter expectationem feliciter contigit, ut ab insigni humanitate Augusti Seidleri, qui nuper in otio beato decessit, collationem egregii codicis Leidensis impetrarem, marginibus Küsterianae ab Iacobo Gronovio commissam. Dudum autem inter nostrates praestantia libri Leidensis erat celebrata, postquam huius copiis liberalitas Seidleri studia criticorum adiuverat: ut Iacobsii, curis novissimis Anthologiam Palatinam (v. Praef. A. Pal. T. III. p. XIII.) recensentis, et Hermanni, cum Sophoclem edebat. Itaque Küsterianum exemplum cum ille comiter Halas transmisisset, inveni litterarum antiquarum studiosissimo I. H. Knochio, qui de memoria Babrii poetae bene meruit, negotium iniunximus, ut integram annotationem Gronovii describeret. Is partes mandatas haud vulgari pertinacia laboris implevit molestissimi, cuius taedium miris modis auxerat manus Gronovii pessime litteras pingentis; accedebat etiam summa distractio variarum lectionum, quas homo parum elegans stilum currentem secutus per transversum dissipavit. Adeo saeculum illud, cum vix uno tractu totos codices auderet perlustrare, prorsus incuriosum erat concinnitatis et artis ad usum accommodatae. Tandem praeparatis et in unum collectis quae pro spicilegio Küsterianae haberi possent, lentis gradibus operae Halenses inter multa impedimenta sub a. 1833. fasciculum primum excudebant. Nam etsi crebri rumores ad nos attuleraut amplissimam in Britannis recensionem parari, nihil tamen comperti quisquam potuit nunciare.

Vixdum ad plagulam duodecimam perventum erat, cum grandia duo volumina Gaisfordi neccopinantibus prodeunt ac Suidam omnibus numeris absolutum ostentant. Simul aspexi et admirabundus dubitavi, quas partes operis magnifici laude vel invidia digniores reputarem. Omnes enim eximio concentu tam inter se colligatae sunt mutuamque sibi lucem affundunt, ut ars Britannica doctrinam ornet, doctrina ditissimum apparatum nunquam destituat, et monumentum assidui laboris dotibus externis commendetur. Itaque non modo tum cum recens exemplar oculis usurpabam, sed saepius inter tot sordes opificii Halensis, dum splendorem chartae luculentae, nitorem formarum, elegantiam et aequabilem concinnitatem Oxoniensis typographiae contendo, felicitatem editoris agnovi, qui subsidiis eruditionis et artium venustarum affluens honestum studiorum fructum animique oblectamentum perceperit. Nostris autem redemptoribus cum Gaisfordi Suidas esset allatus, primum illi vehementer nutabant, nec multum afuit quin pristinum suum consilium prorsus abiiceret. Nempe quae dudum votis communibus erat expetita, recensio Graeci sermonis e purissimis fontibus ducta iam omnibus patebat; porro qui sententias criticorum et interpretum cupiunt integras singulis sibi locis apponi, his perpetuus commentarius cum ipsis hominum doctorum verbis, quotquot Suidam sumpsissent expoliendum vel solam benefaciendi voluntatem ostendissent, affatim suppetebat. Licuit sane largiorem dapem tot epulonum, quae multa falsa cumulet ac supervacua nullique profutura, breviorem in modum contrahere eamque necessitatibus prudentium lectorum

accommodare, qui paucis contenti sapere sciant; sed verendum erat ne compendiaria brevitas in epitomae contemptum apud eos adduceretur, qui haustus e magno flumine quovis pacto requirunt. Quodsi novam et uberrimam copiarum Oxoniensium recensionem instituerent, haud immerito dubitabant bibliopolae, num opus in molem nimiam exiturum finem inveniret exoptatum et tantis sumptibus dignum referret praemium. Contra reputabant illi Suidam Gaisfordianum propter grandissimum pretium (prostat enim paene quinquaginta imperialibus) ad ditissimas tantum bibliothecas accessurum esse, lexicon vero paucis visum et in angulis scriniorum publicorum delitescens rarius etiam fore quam post Küsterum id accidisset. Atqui nemo iam poterat per fortuitas quaestiones Suidam adire, quin sciscitaretur quid apud Gaisfordum extaret. Cum autem didicissent apparatum ibi congestum posse multis partibus in angustius cogi, resectis quae nihil ad scriptorem facerent aut hanc litterarum lucem reformidarent, Schwetschkii perseverarunt neque minus iam obsequentem hortantur, ut mutatis consiliis Suidam reciperem uberius instruendum. Ego vero diu reluctatus ut illorum votis obtemperarem, tandem permovit non modo studium in lexicographo collocatum, quem intellexeram copiis Gaisfordi retractandis ad aliquem perfectionis gradum evehi posse, sed confidentior etiam spes fore ut opera neque insuperabilis existeret et ultra solitum diuturna, nec taedium afferret tanta quaestionum varietas aut otium concessum exhauriret. Nam etsi nolim eorum celeritatem imitari, qui scriptores difficillimos currente stilo perstringunt, libris ducibus orationem emendant, silentibus autem transvolant et annotationis paratae delectum non magno molimine conficiunt, vitam tamen in monumentis antiquis ad amussim perpoliendis exinanire nimium esse videbatur ac prope perversum. Sed expectatione citius sensi laborem a me susceptum fuisse improbum et ut ingenue dicam omnium stultissimum. Id ne quis acerbius pronunciatum incuset, equidem laborem intentissimum reprehendo, qui quamvis largam doctrinae materiam expromat et ad severissimam disciplinae legem ac rationem astringat, adeoque interiorem quasi scholam philologiae patefaciat, utique tam sit ferreus, ut meliorem vitae partem absumat neque iacturam virium annorumque potuerit ullo fructu resarcire. Non enim habet laetum pabulum aut gratum temperamentum ingeniis reficiendis ista perpetuitas et necessitas curarum aequabilis, quam alternis vicibus argumenta dissimillima sibi poscunt, cum glossas sacras et profanas strictim mutamus atque grammaticam, historias litterarum Graecarum, antiquitates veterum populorum, denique farraginem multiplicis eruditionis cogimur peragrare. Quid autem conquerar tot bonas horas frustra consumptas, quoties aut emendari testis Suidae vetus aut locus incerti scriptoris investigari suoque fonti debuit vindicari? neque vero singulis in locis studium irritum fuisse voluimus ambitiose iactare, sed quisquis in societatem similis operae venit, ei silentium nostrum argutum sufficere speramus. Iam quo longius processimus, eo magis incredibile taedium me debilitavit, quod ex aliis et aliis libris continenter evolvendis inter seque comparandis, ut pauculae quaedam scripturae varietates ac dissensiones eruerentur, per singulos lexici versus devorandum fuit. Ah quoties tum in mentem venit distichi Scaligerani (*lexica contexat: nam cetera quid moror? omnes poenarum facies hic labor unus habet*) vel Wyttenbachii, cui cum per gratas vices liceret commentarios suos in Plutarchum, Eunapium, alios suaviter exornare, deinde senectutis et temporum incommoda causatus ille multas in studiis doctis magnasque partes corporis esse vociferatur, *volutari in bibliotheca* (inquit), *librorum sedes nosse, eos inde promere, in pulpitis exponere, evolvere, excerpere; quae plena sunt sudoris, et prorsus illud Hesiodeum subiiciant τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα* —. Quapropter nemo mirabitur quod paulo lentius, praesertim inter diversas occupationes et moras munerum academicorum, opus illud frigidum promoverim; sed ipsa necessitas impulit ut solatia mali tentarem et intervalla laboris

aerumnosi iucundioribus argumentis, quae fessum animum alerent et recrearent, potissimum vero historia litterarum Graecarum, distinguerem.

Iam postquam statum totius negotii post Gaisfordum suscepti declaravimus, summis lineis primarias eius partes licebit monstrare. Paucis igitur rationes criticas et emendationis subsidia, legem annotationis, Latinam interpretationem et indices adiunctos perstringam.

Apparatum Gaisfordi criticum, perpaucis exceptis, universum recepi. Sed multis in locis aliter eum conformavi, longeque saepius in brevitatem coegissem, nisi lectoribus hoc in genere molliter habitis fuisset parcendum. Nam Gaisfordus aut omnes enumerare codices solet, ubi demptis vanis nominibus soli A. V. sufficere debent, aut unum et alterum apponit, tanquam reliqui vulgatam tenerent, ubi hanc sive Küsteri negligentiam par fuit simpliciter annotari. Porro Mediolanensem saepius omisit comparare, contra memorat Aldinam in iis etiam lectionibus, quas cum illa habet communes. Eam ob causam ubique principem respexi, rarius Aldinam attuli, si quando novas et auctiores prodit glossas vel Gaisfordus per silentium in oratione Graeca novaverat. Etenim vir ceteroqui diligentissimus neque glossas ab se restitutas, a Küstero praetermissas, constanter indicat, neque glossulas centenas, praesertim syntactici generis, lectorem monet ex A. illatas esse; idemque haud semel ordinem aut glossarum aut verborum tacite mutavit. Nos igitur spicilegium criticum inviti suscepimus, ut auctoritates glossarum totiusque scripturae quantum licuit consignarentur. Sed nihil antiquius habui quam ut orationem Suidae, resectis hominum studiosorum fraudibus, puram et castigatam ex fide testium incorruptorum exhiberem. Volueram quidem solam exemplarium potissimorum formam cum ipsis erroribus reddere, neque correctiones certas vel probabiles, quotquot ex aliis fontibus ingeniove criticorum repertas Gaisfordus in contextu locavit, tolerare. Iusto licentius enim recensiones quas vocamus diplomaticae sublatis vetustatis mendis contaminantur, ut honori scriptoris et commodis lectorum prospiciatur. Mox tamen rem intellexi maioris fore moliminis, satiusque duxi meam operam angustioribus terminis continere. Quo severius in excludendis vel circumscribendis glossis spuriis et additamentis insitivis versari licuit. Pauca quidem de hoc genere sustulerat Küsterus, qui libros suos nonnunquam inspexit; longe maximam autem partem Gaisfordus, sed parum constanter ille glossas eiusdem fabricae iisdemque libris damnatas nunc exterminat nunc solis cancellis includit. Accessit quod originem earum ex aliis glossis ducendam passim non detexit aut omisit scrutari. Ego vero hanc legem in operis progressu secutus sum, ut optimorum duorum codicum nutu, saltem A. praeeunte, partes suspectas expungerem, contra notarem uncis, quae quamvis ex ipso Suida collecta vel interpolatione nata cum alterutro tamen MS. non satis tuto perspexissem ablegari. Velut satis multas glossas syntacticae disciplinae, quas cum ex A. plerumque Gaisfordus introduxisset, serius adulterinas esse mihi constitit, invitus reliqui. Hac igitur condicione rei criticae cognita minus iam, opinor, Lobeckius (Patholog. serm. Gr. prolegg. p. 21.) novissimis Suidae editoribus succensebit, quod *permulta quae a codd. nonnullis obsunt parum salubri consilio in angulos annotationum relegarunt, ubi nimis facile delitescunt.* Nempe fabri fabrilia tractant; ac plurimum eorum qui thesauros Graeci sermonis nunc ex *limpidis fontibus* nunc e rivulis turbatis eliciunt, interest nosse, quibus saeculis et auctoritatibus *proventus linguae* luxuriosissimae debeatur. Nec quicquam observatione dignum fugere poterit, *sive sursum sive* typis minoribus infra positum legitur, cum nemo Suidam posthac sine annotatione queat emetiri.

Longe molestior et perplexior illa criticae pars fuit, quae cernitur in diiudicandis eligendisque codicum lectionibus diversissimis. Nam tanta scripturae varietas omissis additis amplificatis vocibus et membris, ut in opere quibusvis possessoribus exposito, Suidam pervasit et dissipavit, vix ut istas dissensiones speres in concordiam redigi posse. Sed pretium subsidiorum nostrorum subtiliter aestimatum has turbas compescet; nec debet quisquam mirari, postquam summam rei perfecimus, in opere vastissimo hodieque locos superesse controversos, in quibus nutet iudicium et neutram in partem aequa lance deprimatur, scilicet quod tertii codicis quasi libramentum desideramus. Momentum enim in scriptura constituenda sane quattuor habent codices et princeps Mediolanensis; sed propius intuentibus certo constat ex sola duorum librorum auctoritate sincerum Suidae sermonem pendere. Nam E. nemo non perspicit interpolatum et ab homine non illitterato ex ipsis recentissimis poetarum codicibus esse refictum; huic vero qui simillimus est B. saepe cum optimis libris conspirat, saepius deteriora sequitur, nec facile singularem praebet scripturam, quin ab A. V. ea commendetur vel plane reiiciatur. Gaisfordus tamen utrique frequenter fidem habet. His inferioris ordinis MSS. collata Mediolanensis nihil quod proprium sit aut insperatum affert; neque magnam ea nacta fuisset existimationem, si Küsterus fideliter libros suos repraesentasset ac receptam orationem intactam sivisset. Contra Parisinus A. et Leidensis tam manifestas ostendunt bonitatis et altioris originis notas, tantoque consensu nunc verba reddunt castigata, nunc mutilas partes explent, ulcera vero depravatissima quaeque nullo fuco reliquerunt illita, his ducibus ut criticus et debeat et possit cum eventus prosperi fiducia Suidam emendare. Iam etsi praestantiam utriusque vel mediocriter Graece doctus agnoscat, accedit tamen etiam incorrupta vox ipsius antiquitatis, qua luculentior suffragatio fingi non potuit: quicquid enim veterum ac proborum codicum in iis scriptorum fontiumve locis extat, unde Suidas profecerat, eximie cum nostris A. V. consentit. Ceterum longe praestat alteri Parisinus A. qui non modo princeps huius lexicographi liber est, sed inter reliquorum etiam grammaticorum optimos excellit. Huic igitur cum omnium integerrimam et purissimam scripturam ubique servet, libenter obtemperavi, nec facile sprevi, sicubi tot inter dubitationes et suspectas dicendi formulas res fide testium magis quam liquidis rationibus ageretur.

Proinde salvum et bene curatum foret negotium criticum, si codicis utriusque lectiones, id est, instrumentum rei gerendae necessarium, plenas teneremus et accurate notatas. Nunc praeter expectationem cecidit. Nam A. plerumque diligenter collatus est, nec tamen totus nostram in notitiam venit; Leidensis autem V. quam incerta fide sit perlustratus, collatio Gronoviana (* V.) demonstrat mirifice cum Gaisfordo dissentiens. Dudum igitur optaveram ut huius et Parisini meis oculis usurpandi potestas fieret. Frustra: norunt in Germania qui duris munerum et horarum necessitatibus sunt astricti, quam non cuivis homini contingat Corinthum adire. Tandem singularis Eichhornii humanitas, qui tum institutioni publicae per Borussiam regendae praeerat, utriusque voti compotem me fecit. Is enim et opportunitatem itineris Parisini largitus est et intercessione sua Leidensis copiam, quem Leidae paulisper morans intellexeram nec parvo temporis spatio nec satis fructuose illic tractari posse, ab curatoribus academiae Lugdunobatavae impetravit, qui Geelio favente codicem per aliquot menses utendum Halas dimiserunt. Iam librum A. in tantum cognovi, quantum paucis hebdomadibus Bibliothecam Parisinam exploranti licuit, sed ut mihi persuaderem operae pretium esse facturum, si quis iteratam collationem susciperet; interim Gaisfordi varias lectiones in litteris *Y* et *Φ* usque ad gl. *Φῶμεν* (* A.) supplevi. Plura de V. repor-

tavi, quem per otia trium mensium inde ab v. Ὑπερβριθές T. II. p. 1329. contuli, praetereaque non exiguam partem, cuius delectum Addendis inserui, hactenus persecutus sum, ut universam libri condicionem perspectam haberem. Itaque dimidium fere huius volumen profliganti constitit Gaisfordi notationes multis nominibus diligentius esse factas ac pleniores, nec tamen spernendum auctarium Gronovio deberi; novam autem operam in eo minime ponendam esse. Ceterum plurima iam extra controversiam adducta sunt, ut neutrius codicis auctoritatem requiramus: velut glossae grammaticae sive syntacticae, quarum centenae e marginibus immigrarunt, turba glossarum sacrarum haud exigua, magnus proverbiorum numerus sine dubitatione possunt excludi. Omnino sic existimandum est, hodie Suidam ad eum maturitatis gradum pervenisse, ut ingenio magis quam subsidiis codicum adiuvetur.

Annotatio qualis inter ipsa laboris initia prodierit, quem finem quo apparatu spectaverit, undecim priores plagulae satis demonstrant. Nudam et pressam ego narrationem, remoto lectionis et eruditionis fuco, volueram extare, sic ut lectores ex opibus compendiariis nihil discerent nisi quod ad fidem et intelligentiam glossarum faceret. Sed abiiciendum fuit saluberrimum simplicitatis et parcimoniae consilium, postquam Gaisfordus integros omnium commentarios, quotquot de Suida coniecturas vel verba fecissent, duobus voluminibus exprompserat. Is non modo Porti memoriam renovavit et Küsterum, passim tamen mutatum, produxit, sed Bosium etiam, qui parum eleganter exilem tradit doctrinam, Reinesii farraginem et orationem tumultuariam, Abreschium, alios propagavit intactos; quid quod Toupii longissimas animadversiones, mixtis deverticulis et excursibus in omnem Graecam lectionem effusis, et paginas continuas eadem patientia per totum opus explanat. Quamquam istam copiarum silvam inconditam ferremus, si quae prudenter observata vel subtiliter essent inventa, ea breviter perspicue limate, non prolixius et inter molestas ambages exponerentur. Equidem ut notas variorum ab vetere Batavorum philologia ductas nunquam dilexi, neque industriam in recoquendis eorum commentis, qui pro suis facultatibus et condicione superioris aetatis multa falsa vel inerudita nullorum in usus protulerant, opinor honeste collocatam: ita cummaxime in Suida chartae parcendum et necessitatibus virorum doctorum serviendum duxi. Partem igitur inutilis materiae reieci, partem in brevius contraxi vel sententias nimiis verbis distractas paucis narravi, totumque delectum ea mente dispensavi, ut Gaisfordianum corpus nemo posset desiderare. Ceterum Küsteri notulas, a Gaisfordo iam imminutas, quantum licuit servavi, sed resecta refictaque verborum luxurie vel negligentia; Toupianis subtraxi quae nihil ad rem praesentem conferrent quaeque proterve dictis aut testimoniorum abundantia displicerent; Reinesius autem quae privatis scriniis condiderat, ut historicas Suidae glossas illustraret, rudi stilo deducta nec secundis curis concinnata, nolui cum ipsius vocibus inculcare, sed satis visum selectas particulas quaeque haberent aliquam novitatis gratiam inde delibare. His meam annotationem adiunxi, subitariam illam et rudibus lineis adumbratam. Nam cum Suidam non soleant versare tirones et interioris Graecitatis ignari, neque res grammaticas et palaeographiam singulatim explanare nec locos similes accumulare libuit aut in exquisitis doctrinae multiiugae campis exultare. Sed unice quae demonstratione vel novis quaestionibus egeant, ea iure suo annotatio pertractat atque confirmat; inprimis autem fontes auctoritatem pretium glossarum singularum indagat, glossas diversis in locis repetitas invicem comparat et in fructum emendationis vertit, primitivum fundum ab adventiciis et seris accessionibus secernit, locos incertos ad suos auctores revocat, vitia testimoniorum parum animadversa vel latitantia monstrat ac probabiliter persanat, et ut summatim dicam, quid apud Suidam sincerum verum eruditum

sit, quid interpolationibus foedum quidve falsum ac suspectum, diligenter ostendit. Cuius negotii potissimum eam partem, unde huius lexicographi laus et usus pendet luculentissimus, memoriam dico et vitas scriptorum Graecorum, mihi delegi. Nam ut turbatam eam mendisque pravis affectam esse diuturnus usus edocuit, ita gravissimam omnium ac maxime necessariam habendam etiam inter eos constitit, qui de Suida minus honorifice sentiunt. Quo severius explorandum putavi, quid e puris vetustatis fontibus fluxisset, quid erroribus Suidae vel librariorum debitum perperam traderetur, ut aut emendationem posceret aut reprehensionem. Itaque tot quaestiones et casus dum animo complector, illud mihi consecutus videor tanquam praemium operae molestissimae, primum ut Suidas plurimis stuporis et incuriae criminibus liberetur, deinde critici cauti ut sibi persuadeant longe plures et difficultates et corruptiones in eo superesse quam adhuc creditum fuerat; nec spicilegium sed messem uberrimam invenient, quibus lampada trado. Ceterum Godofredus Hermannus, quoties in locis obscuris eius sententiam sciscitabar, comiter ut solebat senex egregius et ingeniose suas suspiciones impertiebat, quas religiose commemoravi. Alias, numero quidem pauciores quam lectorum interfuit, familiaris noster Augustus Meinekius nobis indicavit, quas *Addendis* inserui. Tandem ipsa diuturnitas operis, quod non uno tenore continuari potuit, numerum attulit satis molestum rerum omissarum vel ex libris nuperis colligendarum; huc accesserunt corrigenda, nec mirum ex annis compluribus meliorem frugem provenisse, cum dies diem ut aiunt doceat atque confutet. Omnino siquas in aerumnas perpetui laboris, in hanc Suidae molem cadit poetae dictum: *Verum operi longo fas est obrepere somnum.* Hinc etiam in externa conformatione fluxerant multa minus aequabilia, praesertim in prioribus fasciculis, qui morem Küsterianum subinde retinuerunt *); donec longior usus ad constantiam quandam et maturitatem adduxit. Ex istis igitur paralipomenis non operose quaesitis auctarium confeci, quod lectores ut malum in rebus humanis inevitabile perferre debent et inter lectionem suos ad locos accommodabunt. Poteram sane plures virorum doctorum sententias et coniecturas, quarum paucissimas probabam, ex libris olim ac recens editis congregare; placuit tamen modum symbolis collecticiis statuere nostrisque successoribus aliquantum opellae reservare.

Latinam Interpretationem verbo memorasse sufficit. Bibliopolae eam iniunxerant, cum sibi persuasissent tali dote vendibiliorem fore Suidam, quamvis liber suapte natura ponderosus tertia fere parte grandesceret, atque hanc accessionem instar commendationis, qua careret Gaisfordiana, suo in lucro deputabant. Sordent sane conversiones lexicographorum, ut Pollucis et Apollonii

*) Non alienum videtur, cum per fasciculos Suidas Halensis emissus sit, fastos singulorum indicare; quo facilius intelligatur, quibus subsidiis per temporum vices carere debuerim. Velut Scholiorum in Aristophanem, quorum eximius est usus in centenis Suidae glossis, recensione Dindorfiana non prius uti coepimus, quam cum in ultimis partibus litterarum *E* et *H* versaremur. Prodiit igitur Voluminis I. Fasc. I. anno 1834. II. 1835. III. 1836. IV. 1837. V. 1839. VI. 1840. VII. 1843. Voluminis autem II. Fasc. I. anno 1835. II. 1836. III. IV. 1837. V. 1839. VI. 1840. VII. 1845. VIII. 1847. IX. 1851. quo lexicon est consummatum. Plerique vero fasciculi plagulis alphabetum quod dicunt complebant. Praeterea hoc loco repetendum est monitum Fasciculo I. praefixum:

Meminerint lectores, exemplum Gaisfordianum non prius ad editorem pervenisse, quam operae in plagula duodecima haererent, praetermissorum igitur recensus cum aliis supplementis olim in Addendis extabit; rationes autem critici negotii summatim editoris praefatio commonstrabit. Interim de significatu notarum per universum opus sparsarum haec observentur. *A. Parisinum* esse principem eundemque Küsteri optimum, item *Parisinos B.* (hunc quidem a Küsteriano cognomini diversum) *G. H. Oxonienses* autem *C. D. Bruxellensem E. Florentinum F. Leidensem V.* et **V.* quidem e Gronoviana collatione; *Med.* tam ad principem *Mediolanensem* pertinere quam ad *Aldinam*, nisi forte huius scriptura diserte memoratur; *vulg.* lectionem dici Küsterianam, *vulgg. edd.* huius et Gaisfordi consensum.

Sophistae, quos nemo nisi Graece sciens adeat, tantosque progressus iam adulta philologia fecit, ut Latini sequestres non facile Graecis scriptoribus adiungantur. Fatendum tamen Suidam per diversas quaestionum opportunitates non ab uno hominum litteratorum genere posci, qui tuto duce praesertim historicam materiam velint peragrare; porro locos ex antiquis auctoribus desumptos saepe tam mutilos et obscuros esse, vix ut subactus criticus exitum inveniat; denique mira rerum varietas ea brevitate sermonis et insolentia laborat, ut paucis magistris oratio Graeca multorum saeculorum testis nullam obiiciat difficultatem. Cum igitur redemptores Suidam Latine versum remittere nollent, invitus quidem condicionem irrevocabilem accepi, sed meliorem in partem verti: quippe quae mediocrem utilitatem et vicariam commentariorum operam praestaret, in locis autem corruptis, ubi certam medelam neque licuit parare neque in Graecis reponere, sensum pateretur identidem significari. Hoc tamen propositum non sine taedio magnaque iactura temporis explevi. Quae enim Aemilii Porti ferebatur conversio, Küsteri curis passim reficta, sic eam esse comparatam vidi, ut plerumque novam sufficere debuerim. Portus quam imperitus et obtusus fuerit interpres, Küsterus sub finem suae praefationis ostendit, ubi decessoris errores paene ritu ludimagistri exagitat; qui quae specimina decerpsit, eorum unum ex v. *Σοφοκλῆς* petitum instar omnium esto*). Sed praeter tot peccata molestissima fuit verbositas interpretationis, quae solet in paraphrasin et puerilem profluentiam excrescere; siquidem Portus more sui temporis in Suidae glossis lexicon Graeci sermonis eiusque varios significatus, quos intra uncos inculcat, tironibus volucrat explanare. Küsterus autem etsi menda turpissima sustulit, leviter tamen hoc editoris munere perfunctus est et colorem totius interpretationis servavit, neque falsam correxit sententiam, ubi veram e scriptoribus a Suida laudatis, modo libros Graecos inspexisset, promptum erat exhibere; quamquam longioribus fragmentis Valesii saltem elegantissimam orationem e Peirescianis excerptis adhibuit. Nos industriam perseveranter huc intendimus, ut Suidas presse, fideliter, perspicue versus extaret.

Novissimam operis laboriosissimi partem Indices implere debuerunt, quam partem reliquis minus arduam fore speraveram. Nimirum Küsterus inchoaverat, Gaisfordus autem materiam ab illo praeparatam sic perfecisse videbatur, ut Tomus eius tertius (hoc enim Indices et Addenda continentur) doctorum indoctorumque necessitatibus sufficere posset. Qua fiducia motus nihil supplendis indicibus collegeram, tam luculentum scilicet instrumentum ratus levissime mutatum transferri posse. Verum in ipsa calce totius opificii spes nos fefellit. Küsterus enim tres subiecerat indices: primum *rerum*, secundum *auctorum a Suida laudatorum*, tertium *locorum investigatorum, quae absque nomine auctoris in Suidae lexico citantur.* Horum primum Gaisfordus repetiit, nos multis partibus immutatum et auctum retinuimus, ne quis quereretur subsidium olim magni habitum sibi subtractum esse. Tertius autem index a Küstero laudabiliter institutus debuit cum secundo conflari; sed neuter aut plenus est aut sic dispositus, ut scriptorum versus libri capita cum singulis glossis, in quibus eorum manifesta vel tacita extet memoria, coniungantur et in oculos incidant. Immo Küsterus sub nomine *Ἀριστοφάνης*, ut hoc utar, glossas stipavit omnes, a quibus titulus absit fabulae, sub *Βατράχων* autem et reliquarum praescriptiones nudas, nulla versuum

*) Haud temere Küsterus in v. *Ἠλέκτωρ* (ubi prodigium extat interpretationis): *Sed tam boni stomachi fuit Portus, ut omnia concoqueret, ei vix ulla lectio tam foeda esset et spurca, quae ei nauseam movere posset.* Adde *Reinesii* V. L. III, 7. Iam quo simplicitatis ille praesertim in deformandis nominibus propriis evaserit, Küsterus si libet in omnium conspectu posuit sub vv. *Ἄχιτος, Ἰατροφῆσαι, Ὑπερφέρων, Φιμοί*, alibi. Ceterum hic novam versionem contendit sese substituisse, donec in v. *Διονύσιος* fessus resignaret, T. I. p. 598.

distinctione, glossas eas coegit, quae nominatim edant fabulam. Talis autem index nominem iuvare queat, nisi quis otio circumfluat. Gaisfordus vero post indicem rerum novum collocavit eumque spatiosissimum, *indicem glossarum*; quem ut supervacuum propter eas rationes, quas in Commentatt. de Suida II, 2. exposui, reiiciendum duxi. Hunc autem excipit tertius, *index scriptorum a Suida citatorum*, qui locos aut cum nominibus aut tacite laudatos in unum ut par fuit contraxit et distinctos pro diversitate librorum et versuum singulatim enumerat, sed praeter morem receptum sedes glossarum paginis exempli Gaisfordiani accommodavit. Itaque nemo his uti potest nisi numeros apud Gaisfordum indaget; modo numeri ne sint vitiati, quod per typographum saepius accidit. Illud tamen vehementius displicuit, quod editor materiam collectam ipse noluit diligenter explorare relatamque suos in ordines dispertiri, deinde quod nullam in homonymis discernendis (ut in *Ἀριστοφάνης*, *Διονύσιος*, *Μένανδρος*) curam posuit ac ne Küsterianum quidem indicem post absolutam operam comparavit. Inde factum ut perturbentur ac distrahantur, quae ad eundem locum erant revocanda (vide vel congeriem perversissimam sub nominibus Philostrati, Iuliani, Synesii, ubi quae in annotatione nunc ad paginas nunc ad orationem quampiam vel epistolam referuntur, tanquam diversa seiunguntur); itemque ut libri et fabulae poetarum confunderentur, velut Iliadis versus cum Odysseae, Sophoclis Oed. R. cum Coloneo (peius etiam Trach. 722. 1325. cum Aiacis et Philoctetae versibus), Iosephi Bellum cum Antiquitatibus permutantur; sed nihil minus expectatum evenit, quam quod hic index auctorum plerumque mancus est ac saepenumero locis iis caret, quos Küsterus congesserat. Ac ne Scripturam Sacram (v. *Γραφή*) longius persequar negligentius habitam, satis est dixisse Timaei, qui sub octo glossis memoratur, quattuor, Symmachi tres, Porphyrii septem locos sileri, quorum sex apud Küsterum extant. His igitur damnis et incommodis serius animadversis infinitum quidem laborem nec libuit nec potui remetiri; quoniam tamen in indicibus Suidae non leve momentum ad iuvanda doctrinae studia situm est, novissimum taedium devorare statui, socio laboris assumpto God. Bochmio, tum scholae Halensis Latinae, hodie Dortmundanae praeceptore, qui fidem et diligentiam accuratissimam hoc etiam in genere mihi probavit. Tot symbolis adiutus materiam auctam et suppletam tutius curis secundis digerere coepi. Prae ceteris autem indicem auctorum expolivimus omnium usibus accommodatum et multis accessionibus locupletatum; plenissimum tamen et integerrimum minime spondemus. Index rerum supra memoratus facilius profligari potuit; indicem annotationis et observationum notabilium ipse conficiendum sumpsi, neque videtur ab eo quicquam abesse quod hodieque vir doctus ab Suidae commentariis exquirat.

Tandem laetamur divino numine nobis contigisse, ut magnis aerumnis exantlatis in portum appelleremus. Superest ut Suidam opibus amplissimis ornatum faustis ominibus et votis prosequamur, eumque fidentius auguremur, postquam in ora hominum doctorum et consuetudinem firmam pervenerit, inter utilissima studiorum Graecorum subsidia numeratum iri.

Scrib. m. Martio a. 1853.

COMMENTATIONES

DE SUIDAE LEXICO.

PROŒMIUM.

Vetus est dictum ab Iusti Lipsii auctoritate ductum, *pecus esse Suidam*, *sed pecus aurei velleris*. Vocem sane non honorificam viri docti calculis suis comprobarunt. Hinc mos ille plerisque communis increbruit, ut siquando per varias quaestionum opportunitates thesaurum bonarum rerum inexhaustum strictim decerpant (integrum enim lexicon ab nemine suspicor esse cognitum ac ne ab ipsis quidem editoribus continuo labore pertractatum), eximias quidem copias et materiam utilissimam agnoscant, erroribus autem per totum opus sparsis foedisque piaculis omne genus vexati vel impediti non cessent Suidam *stuporis* insimulare, qui praeclaris scilicet opibus *prudenter* uti nescierit. Ergo non dubitant in unius Suidae caput tot commissorum culpam certatim conferre. Longius etiam progressus, quem par fuit honori scriptoris sui consulere, Küsterus (in v. *Θαλά*) *pecuinum* ei *stuporem* exprobrabat; quo minus Toupium, hominem protervum et intemperantis linguae, miramur nullis conviciis aut aculeis pepercisse, quibus *virum suavissimum* ac *fidei Graecae* libenter insectatur. Quodsi Küsterus munere critico qua decuit fide fuisset perfunctus et certissimum ducem, librum dico Parisinum optimum, secutus orationem Graecam infinitis fraudum accessionibus liberasset, idemque paulo frequentius vestigia fabricae recentis ipsis codicibus monstrata rimari coepisset: haud scio an iniqui reprehensores Suidae debitam gratiam rettulissent, abiectis magistellorum sordibus et seiuncto quicquid symbolarum in opiparam coenam conluxit. Nunc secus res cecidit. Nempe paucorum in manibus, de quo supra monitum in *praelatione*, Suidas versabatur, cumque prae ceteris exempla Küsteriana usurparentur, quae habent levem admodum et exiguum apparatum, pusillis istis annotamentis parum inerat unde tuto primitivas partes ab adulterinis discernere liceret. Misera profecto lexicographi condicio, quem nemo fere citra contumeliam vel suspicionem in gravissimis disputationibus adhiberet; constat autem Suida carere non potuisse, qui vel artem criticam inprimis in poetis Atticis facti-

tarent vel fragmentis librorum perditorum augendis instarent, denique qui historiam litterarum Graecarum in omnia doctrinae genera diffusam perscrutarentur.

Tandem beneficio *Gaisfordi* melior lux tam huic scriptori quam philologorum desideriis affulsit. Etenim Suidas lucem formamque pristinam hactenus recuperavit, ut quid ex librorum auctoritatibus germanum, quid subditum vel suspectum sit, statim oculorum obtutu possit dignosci, nec scripturam codicum in vetustis testimoniis, quibus lexicon affluit, rimantes apparatus destituat locupletissimus. Itaque nemo iam dubitet, qui centenas glossas in annotationem reiectas circumspiciat earumque numerum inire velit, quin opus amplissimum ultra dimidiam partem sedulitate lectorum hominumve studiosorum succreverit et manibus nunc commodis nunc ineptis, quibus non alia cura fuit nisi ut digitis cornucopiae comportarent, foedissimas interpolationes expertum sit. Quocirca non modo criticorum, sed omnium qui caute Suidam adhibere volent, interest primum causas et varia genera multiplicis auctarii nosse, deinde notas et indicia, quibus deterior interpolatorum aetas et fabrica teneatur et ab originibus sinceris distinguatur. His enim finibus recte constitutis suam in possessionem Suidas videbitur esse restitutus, ut eius doctrina, iudicium, dignitas ex merito queat aestimari. Gaisfordus tamen cum susceptum munus dextre posset implere, noluit quaestionem longe fructuosissimam subire. Tantum enim abest ut leges istas et rationes interpolationis paulo severius indagarit, ut ne suppositas quidem glossas, quas omnes consentiunt ex marginibus invectas fuisse, velut onirocriticae poesis commenta, dictiones proverbiales, observationes ex aliis glossis identidem derivatas, constanter exterminarit, etiamsi nullam utriusque codicis (i. e. A. V.) auctoritas tutetur. Satius igitur ei visum hoc negotium sic expedire, ut siquas alteruter omittat, partem in annotationem coniiciat, reliquas autem uncis circumscribat.

Nos ut labores emendationis a Britanno critico laudabiliter susceptae novis curis sumpsimus pertexendos, ita disputationem de Suidae fontibus et subsidiis, de primitiva lexici descriptione, de fraudibus interpolatorum, addita historia codicum et librorum editorum, tanquam provinciam derelictam non libet recusare. Sed brevitatem multo maiorem haec narratio sequetur quam olim destinatum erat. Nam et animus diuturnis taediis et aerumnis, quas per nimiam annorum seriem in Suida devoravimus, vehementer fessus requiem poscit et ad perorationem festinat, et redemptor promptissimus, quem honoris causa par est appellare, morae longioris impatiens urget ac vel invitum facile commovet, ut nihil nisi summam quandam et fastigia rerum perstringam. Itaque commentatio nostra quattuor capita continebit. Primum de Suida historiaque lexici ab illo conditi, ab multis lectitati variosque in usus derivati tradit; secundum de partitione multiplicis materiae, quam Suidae thesaurus nova ratione conflavit, deque subsidiis et auctoritatibus, quibus tanquam emblematis opus tessellatum distinxit; tertium de lexici fatis et interpolationibus, quae librum multifariam ornatum oneratumque mirificam in molem diduxere; quartum in historia critica Suidae versabitur, quae ex indole codicum, ex editorum exemplorum cognitione, denique criticorum ex opusculis pendet.

CAPUT PRIMUM.

DE SUIDAE PERSONA, TEMPORIBUS ET HISTORIA LEXICI AB ILLO CONDITI.

Solent narrationes de scriptoribus antiquis fere sic institui, ut quaestio de persona moribus aetate nunc brevis nunc molestior ac multis ambagibus diducta praetexatur. Hoc tamen loco paucis defungi licet. Suidas enim cuias fuerit et quibus temporibus interfuerit nemo prodidit; neque saeculum hominis constituimus nisi minutis quibusdam significationibus probabiliter coniunctis. Nomen quidem *Σουίδας* (v. Schol. Ven. Il. δ'. 66.) nec recens fuit nec prorsus in litteris obscurum. Extitit autem Suidas scriptor *rerum Thessalicarum*, fabulas et antiquitates rariores diligenter scrutatus, cuius locos congessit C. Müllerus in Fragm. Histor. Vol. II. p. 464. Is quod interdum popularium ambitioni favisse videbatur, propterea Strabo sub finem l. VII. (*Σουίδας δὲ τοῖς Θετταλοῖς μυθώδεις λόγους προσχαρίζόμενος*) cum reprehendit, cum oraculum Dodonaeum a Thessalorum stirpe repetisset; nec dissimiliter ab Achille, Dodonaeum Iovem apud Homerum invocanti, Thessalicum deum compellari censuerat. Steph. v. *Δωδώνη: καὶ Σουίδας δέ φησι Φηγωναίου Διὸς ἱερὸν εἶναι ἐν Θεσσαλίᾳ, καὶ τοῦτον ἐπικαλεῖσθαι.* Multus omnino fuit in fabulari doctrina, quam loci de Centauris et natalibus Achillis e *duobus* libris *Θεσσαλικῶν* a Schol. Apollonii I, 554. 558. II, 1231. prolati demonstrant; nam tertium librum quod ab iisdem Scholiis IV, 816. memorari perhibent, error est. Porro cursus Argonautarum ille non praeteriit, si quid ex Schol. II, 1015. colligimus. Ceterum ne quis opinetur eum res Euboeae tradidisse, prava scriptura motus Schol. I, 558. *Σουίδας γὰρ καὶ Ἀριστοτέλης οἱ περὶ Εὐβοίας πεπραγματευμένοι . . . καὶ Δαΐμαχος καὶ Διονύσιος ὁ Χαλκιδεύς:* periti facile intelligent *οἱ περὶ Εὐβοίας πεπραγματευμένοι* post *Χαλκιδεύς* esse transponenda; neque verior est alter titulus apud Steph. v. *Ἄμυρος*, ubi vulgata *Σουίδας δ' ἐν ταῖς γενεαλογίαις* Meinekius perspexit post iacturam nonnullorum verborum male coisse. His affinis est observatio Schol. Vatic. in Eurip. Androm. 18. monentis Thetideum esse Thessalorum oppidum, *ὡς φησι Φερεκύδης καὶ Σουίδας.* Accedat alia de civitate Gyrtone, Schol. Apoll. I, 57. ubi accessionem libri Parisini *οὕτως Ἴδας φησίν* recte correxerunt; adde de Larissa quae ex l. I. Eust. in Od. ζ'. p. 1554. memoravit. Tandem in Deucalionis fabula *Σουίδας* affertur ab Hesychio v. *Πυῤῥαία.* Thessalicus autem scriptor hunc nobis usum praestabit, ut Suidae lexicographi nomen ab errore virorum doctorum (v. Fabricii Bibl. Graec. T. VI. p. 391.) vindicemus, qui saeculis superioribus *Sudam* temere dictitabant. Sed fortiter iis repugnavit Casaubonus in Diog. I, 101. cui praeter alios idoneus adest testis Eustathius toties Suidam appellans; eumque post Maussacum in Diss. crit. p. 395. sequitur Küsterus in ipso commentariorum initio, quamquam tres Regios Parisinos et Colbertinum *Sudae* nomen concedit praescripsisse. Similiter Morellius

in Biblioth. MS. (Bassani 1802.) p. 314. *Auctor Σοῦδας in codicibus Marcianis omnibus appellatur.* Tandem Thessalum Suidam, quem principibus Romanis apparet fuisse vetustiorem, quod *Lilius Gyraldus* (v. Küsteri praef. p. II.) non diversum a Suida lexicographo duxit, id infantiae temporum illorum condonandum. Sed quid *Brequignium* (*Notices et Extraits* T. V. p. 10.) censebimus, qui Gyraldi somnium etiam superaverit? quicquid enim glossarum probarum extet, id ad Thessalum istum, christianas autem ac deteriores ad interpolationem serioris aevi simpliciter revocabat.

2. Nomen igitur tenemus, Suidae Byzantini hominis non magis professionem quam aetatem tenemus. Grammaticam et liberales disciplinas eum docuisse vix crediderim, nec persuadet operis color aut interioris notae doctrina. Nihil usquam apparet quod reconditas artes in prosodia, notatione vel fabrica vocabulorum, observatione glossematicae solitariaeve dictionis positas aut vitam diiudicandis et explanandis scriptoribus classicis consecratam arguat. Nam etyma sicubi commemorantur, ea fides librorum aut ignorat (ut appendicem v. *Ἀγηοχώς*) aut in suspicionem adducit (ut quae v. *Ἄαπτος* adhaerent expellenda sunt); contra praecepta prosodica, formulae vel significatus rariores, fragmenta poetarum, potissimum scenicorum, exquisita, quibus olim apparatus et existimatio nobilis grammatici censebatur, omnia bonis lexicis rhetoricis ac scholiis lectissimis debentur; neque hac in parte Suidae condicio magnopere discrepat ab Eustathio, qui quicquid in genere grammatico sapit e digestis et commentariis philologorum antiquis haud operose deprompsit. Huc accedit ut Suidas nullos proferat primorum ordinum grammaticos aut magistros antiquitatum, quin eorum nomina sententiasque a scholiis eruditis et glossariis acceperit. Itaque verisimillimum videtur eum ecclesiastico quodam munere functum ac solo litterarum amore ductum grammaticorum etiam studia complexum esse. Rationes ut videtur eaedem *Iosephum Scaligerum* praeter alios moverunt ut Suidam appellaret *monachum* Coniect. in Varron. p. 100. Bip. Sic demum intelligi licet cur ille particulis historiae sacrae, vitis patrum episcoporum haeresiarcharum, glossis sacris, nominatim Theodoreteis explicationibus locum concesserit amplissimum. Ceterum fidem eius orthodoxam et ab iconomachorum furore prorsus alienam profitetur insectatio Theophili Imperatoris acerbissima, quam praestat v. *Θεόφιλος*.

Sequitur ut aetatem Suidae satis probabiliter constituamus. Quodsi quaestionem finibus extremis, ultra quos coniectura non possit evagari, paulo laxius circumscribimus, Suidas iis annis scripsit qui Photium inter et Eustathium interiecti sunt. Illum enim decerpsit, ab Eustathio frequenter adhibitus est; nam quod a Zonara quamvis in paginam lexici sui translatus videtur, id aliorsum spectare demonstrabitur in huius capitis §. 4. Libentius ei sufficeremus Eudociam, Diogenis Romani coniugem (sub a. 1070.), quae plurimum ab Suida profecit, modo constaret illius libellum purum et ab interpolatione vacuum mansisse. Proinde hisce terminis parum lucramur, ut quibus tria saecula contineantur. Sed angustiorem in gyrum vel illud nos compellit, quod Suidas bibliothecis usus est auctoritate Constantini Porphyrogenneti digestis, velut Excerptis historicis et Anthologia Cephalae. Hactenus efficitur ut neque post saeculum XI. neque ante finem S. X. queat collocari. Iam longius progredienti commode succurrit locus v. *Ἀδάμ*, unde H. Valesius in Praef. Collectaneorum iisdem paene temporibus quibus Imperator Constantinus Suidam collegerat vixisse. Namque temporum notatio ibi desinit in haec verba: *ἀπὸ δὲ τοῦ Πορφυρογεννήτου ἕως τῆς τελευτῆς Ἰωάννου τοῦ Τζιμισχῆ ἔτη κέ.* Ubi *Reinesius*: „A. C. 974. Hoc tempore vixisse Suidam patet ex iis quae habet in *Πολύευκτος*.“ Dicit autem glossam per

lectores inculcatam, quam cum MS. A. unde pedem intulit in marginem ablegavi: *Ἐγένετο καὶ καθ' ἡμᾶς Πολύευκτος, ἀποφράς, ἡμιγύναιος, θεοστυγής, βαρυόργητος, Κωκυτοῦ καὶ Στυγὸς δεινὸν καὶ ὀλέθριον τῷ βίῳ ἐκλόχευμα.* Sed quisquis istud virus conviciorum evomuit, in aequalem vel suis temporibus non multo superiorem effudit: Polyeuctus autem, patriarcha Constantinopolitanus, homo tetricus et acerbissimus hierarchiae vindex, cuius constantiam Imperatores Nicephorus Phocas et Ioannes Tzimisces experti sunt, admiratorem ille nactus disertum Leonem Diaconum, vita decessit a. 970. Quodsi quis possessor talem annotationem marginibus codicis sui commisit, efficitur ut auctor lexici non ultra posteriorem Saec. X. partem differri possit. Neque huic obest calculo, quod glossae *Ἀδάμ* novissima pars non eiusdem fontis est et aetatis cuius praegressa computatio. Huius enim verba *Ὅτι ἀπὸ Ἀδὰμ* et quae sequuntur usque ad Michaelis memoriam debentur Nicephori Breviario; extrema vero, *ἀπὸ δὲ Μιχαὴλ ἕως Ῥωμανοῦ υἱοῦ Κωνσταντίνου τοῦ Πορφυρογεννήτου ἔτη* [*εὕρηται ρκ΄.*] *ἀπὸ δὲ τοῦ Πορφυρογεννήτου ἕως τῆς τελευτῆς Ἰωάννου τοῦ Τζιμισκῆ ἔτη* [*κέ.*] non modo numeros habent vitiatos, sed desunt etiam quae uncis inclusa sunt optimo MS. A. partim aliis quoque libris. Istam igitur appendicem qui subtexuit, calculos non perfecit; sed sive Suidas Nicephorum continuavit sive homo studiosus (extat autem in Augustano Zonarae codice Nicephorus ad obitum Tzimiscis usque productus, Tittm. Prolegg. Zon. p. XI.), neutrius aetas multum ab imperio Tzimiscis afuit. Alioqui causam non licet invenire cur post tantas epochas tantillum temporum spatium observatione dignum habeatur; nam Romani principatus a Tzimiscis obitu sedecim annis distat. Eadem ratio cadit in librarios audaculos, qui computationem suam usque ad principatum Ioannis Palaeologi Secundi sive a. 1438. in recentissimis duobus MSS. (v. Brequignium in *Notices* T. V. p. 8. Morellium in Bibliotheca supra dicta p. 314. sq.) produxerunt. Ceterum quae disputavimus de conclusione gl. *Ἀδάμ*, ea glossam alteram *Κωνσταντινούπολις* in memoriam revocant; eam vero tam indoles annotationis quam praefixum *ὅτι* serius arguit accessisse. Verba novissima sunt haec: *ἀπὸ δὲ τῆς κτίσεως τῆς νέας Ῥώμης μέχρι τῶν κατεχόντων τὰ σκῆπτρα Ῥωμαίων Βασιλείου καὶ Κωνσταντίνου τῶν Πορφυρογεννήτων ἔτη..* Ubi quod denuo numerum deficere videmus, arguit id planissime ab eiusdem, ad quem redit accessio glossae *Ἀδάμ*, ingenio haec profecta fuisse. Nec iam dubitari potest quin Suidae lexicon, quod huiusmodi notationibus temporum sub dominatu Basilii II. et Constantini IX. (hoc est, post mortem Tzimiscis) repletum est, iam sub a. 976. in manibus et ore hominum versari coeperit. In hac igitur parte discedimus a R. Bentleio, qui in Phalarid. p. 159. ex v. *Ἀδάμ* collegerit Suidam intra annos 975. et 1025. scripsisse. Idem tamen iure Hieronymi Wolfii exagitavit errorem, qui cum *Logothetam* aliquoties a Suida laudatum vidisset, de Theodoro Metochita cogitans auctorem lexici sub Palaeologis vixisse somniavit. Non iniucundum fuerit Bentleii sententiam cognovisse. „Sed quicquid id est (inquit), error Wolfii est. Loca enim quae respicit, sunt in v. *Ἄβαξι* et *Νοθεύει*, ubi quidem citatur Logotheta, non vero iste Logotheta, quem opinatus est Wolfius, *Theodorus Metochita Logotheta*, qui mortuus est a. 1302. sed *Simeon Metaphrastes Logotheta*, qui floruit saeculo X. ineunte. Verba sunt — in v. *Νοθεύει: ἐν τῇ τοῦ μακαρίτου Λογοθέτου μεταφράσει τῇ εἰς τὸ μαρτύριον τοῦ ἁγίου Λουκιανοῦ.* Ubi ipso nomine *Μετάφρασις* significatur Simeonem *Μεταφραστὴν* respici; sed, quo res demonstratur, extant etiamnum duo isti sermones Simeonis. Adhaec lector observet Simeonem *μακαρίτην* a nostro dici; quo nomine nunquam, puto, usi sunt Graeci nisi de illis, qui non ita pridem, et quidem memoria eius qui dicat, mortui sunt. Floruit autem Simeon tempore Leonis, qui mortuus est 58 annis ante ultima tempora, quorum in rationibus Suidae mentio fit.

Siergo Simeonis aequalis fuit Suidas, oportet brevi post mortem Zimiscae, CC. ante Eustathium annis, librum suum scripserit.“ His Bentleii verbis nihil adiiciendum praeter unum, quo pars argumentationis elevatur, glossam scilicet unicam in qua *μαχαίτης* Logotheta dicatur esse suppositam. Recte tamen fecit quod Pselli versiculis aliquoties insertis, quos Küsterus monuit esse suspectos, nihil tribuit. Nam praeter alios Oudinus in medium Saec. XII. reiecit Suidam, quippe qui Psellum et Simeonem Metaphrasten laudet, ipse ab Eustathio laudetur. Recentissimus autem nisi fallor auctor est Logotheta, quem Suidas descripserit nomine prolato; nam Oecumenius interpres Epistolae ad Romanos, cuius ad auctoritatem refertur gl. *Περιτομή*, vereor ut in censum veniat. Nempe nihil habet illius brevis observatio quin ex aliis multis fontibus derivari potuerit. Vide vel Photii Epist. 205.

3. Lexicon ab Suida conditum quoniam reliquis insigni rerum et verborum copia multum praestabat, homines id diripere coeperunt et multis additamentis locupletare, postmodum etiam partes tanti thesauri novos in commentarios sermonis Graeci traducebant. Hinc magna vis interpolationum, quas per tertium caput manipulatim enarrabimus, nec substitit in magnis vel fortuitis accessionibus, quarum nullus codex immunis fuit, lectorum et librariorum industria; sed glossas etiam fusiores et amplas, ut ingenium aevi Byzantini semper epitomas et brevissimam disciplinam captabat, membris demptis vel transformatis videmus per ignaviam mutilari. Hanc quidem sortem inprimis liber Vossianus expertus est, graviorem etiam eius gemellus Oxoniensis C. Nunc tamen de studiis doctorum virorum explicandum, qui Suidam Saec. XII. suos in usus converterunt, potissimum Eustathii et si credimus Zonarae. Horum Eustathius leviorem poscit mentionem, quippe qui rarius quam pro mole commentariorum suorum illum excitet; vehementer enim dubitamus num ex vero contendat Küsterus in glossa *Πύνδαξ*, quae iam sublata est, tacito nomine Suidam ab Eustathio saepius compilari. Sed quanti fidem lexicographi fecerit, ostendit eius iudicium de v. *Θεαιδέστατον*. Glossas autem cum Archiepiscopi verbis infra posui. Pleraque horum pertinent ad Parecbolas Odysseae.

v. *Ἀνδράχλη. διὰ τοῦ λ̄ ἑνικῶς. ἀντὶ τοῦ αἴθρανος.* Nam perperam Küsterus alteram *Αἴθρανος*, quae post v. *Αἴθοψ* olim erat intrusa, putabat ab Eust. in Od. *ή*. p. 1571, 25. respici: *καὶ ἡ παρὰ τῷ Σουίδᾳ αἴθρακος* (sic), *ἡ καὶ ἀνδράχλη ὡς ἐκεῖνος λέγει.*

v. *Ἴννοί. οἱ κολοβοὶ τῶν ἵππων.* Hanc potius quam sinceram glossam *Νάνος* tangere videtur in Il. *λ'*. p. 834, 47. *ἴσως δὲ καὶ τοῦ γίννος ἴννος, ὧν τὸ μὲν παρὰ Ἀριστοτέλει κεῖται —, τὸ δὲ ἐν τῷ κατὰ στοιχεῖον μεγάλῳ βιβλίῳ τοῦ Σουίδα, δηλοῦντα ζωίδια κτλ.*

v. *Θεαίδεστατος* fere totidem vocibus descripsit Eust. in Il. *γ'*. p. 378. *ὁ δὲ γράψας ἐν στοιχειακῇ τάξει λέξεων λέγεσθαι Θεαιδέστατον διὰ τῆς αϊ διφθόγγου προπαραληγούσης τὸν Θεοῦ ἰδέαν ἔχοντα, καὶ παραθεὶς χρῆσιν Ἀντιφῶντος, τὸ Ἄνθρωπος ὃς φησι πάντων θηρίων θεαιδέστατος γενέσθαι, καινὸν μέν τι γράφει, πιστεύεται δὲ ὡς λόγου πολλοῦ ἄξιος.*

v. *Κολόκυμα. τὸ κωφὸν κῦμα καὶ μὴ ἐπικαχλάζον.* Eustath. in Od. *έ*. p. 1539, 54. *ὅτι δὲ ταὐτὸν κολόκυμα καὶ κωφὸν κῦμα δηλοῖ ὁ γράψας· κολόκυμα, κωφὸν καὶ μὴ* (hoc deest ed. Lips.) *ἐπικαχλάζον.*

v. *Μάλεος*. *Μάλεος γάρ τις τελέσας τὸν λίθον τοῦτον ἀνιέρωσε τῷ Ποσειδῶνι πρὸς τὸ μὴ τὰ κύματα προσπελάζειν τῇ Φαιστῷ.* Repetit Eust. in Od. *β*. p. 1469, 22. *Ὅτι δὲ ὁ ὡς εἴρηται μικρὸς λίθος ὁ κατὰ Φαιστὸν τετελεσμένος ἦν πρός τινος Μαλέου, καὶ ὡς ἀνιερώθη Ποσειδῶνι πρὸς τὸ μὴ τὰ κύματα πελάζειν τῇ Φαιστῷ, ἐν τοῖς τοῦ Σουίδα κεῖται.*

v. *Ὀί*. *ὀδυρομένων ἐστὶν ἐπίφθεγμα καὶ δυσχεραινόντων· καὶ οἱ φοβούμενοι δὲ οὕτω λέγουσιν.* Haec sic disposuit Eust. in Od. *ε*. p. 1538, 45. *πολλῶν δὲ καὶ ἄλλων τοιούτων ὄντων, οἶδεν ὁ Σουίδας καὶ τὸ ὄϊ* (sic), *κοινότερον μὲν ὂν τοῦ ὠή, ἐπιφθεγγόμενον δὲ ὑπὸ δυσχεραινόντων καὶ φοβουμένων καὶ ὀδυρομένων.*

v. *Παραβλήδην*. *ἀπατητικῶς, παραλογιστικῶς.* Eust. in Od. *ά*. p. 1406, 22. *καὶ τὸ παραβλήδην παρ' Ὁμήρῳ . . . κατὰ δὲ τὸν Σουίδαν ἀντὶ τοῦ ἀπατητικῶς, παραλογιστικῶς.*

v. *Ποδηγέστερον*. *ὁδηγητικώτερον.* Eust. in Od. *β*. p. 1441, 12. *καὶ τὸ ποδηγέστερον ἐκ τοῦ ποδηγός, ἀντὶ τοῦ ὁδηγητικώτερον, ὅπερ ἐν τοῖς τοῦ Σουίδα κεῖται.*

v. *Πρόεγμα*. *στήριγμα.* Eust. in Od. *ε*. p. 1528, 27. *ἔστι δὲ πρόεγμα, ὡς δηλοῖ ὁ Σουίδας, στήριγμα.*

v. *Πυρσουρίδας*, addito testimonio historici, interpretatur Eust. in Od. *η*. p. 1571, 26. *ἐνθυμητέον δ' ἐνταῦθα καὶ τὰς παρὰ τῷ Σουίδᾳ πυρσουρίδας, φανοὺς δηλαδὴ βαρβάρων ἕλευσιν προσημαίνοντας.*

v. *Φιαλεῖς*, ubi novissima sunt, *φιαλεῖν δὲ κυρίως ἐστὶ τὸ ἄρχεσθαι πράγματος. Ἀριστοφάνης· Ἄγε δὴ σὺ ταχέως ὕπεχε τὴν φιάλην, ὅπως Ἔργῳ φιαλοῦμεν, εὐξάμενοι τοῖσιν θεοῖς.* Huc respexit Eust. in Od. *ά*. p. 1403, 17. *εἰ δὲ κατὰ τὸν Σουίδαν οὐκ ἔστι τετρασυλλάβως ἐφιαλεῖς ἀλλὰ τρισυλλάβως φιαλεῖς ἀπὸ τῆς φιάλης, ἀντὶ τοῦ, μετ' εὐχῆς ἔξῃ τοῦ πράγματος, κατὰ τὸ Ταχέως ὕπεχε* (editur *ὕπεσχε*) *τὴν φιάλην, ὅπως ἔργῳ φιαλοῦμεν κτλ.*

Contra quae leguntur in Od. *σ*. p. 1851, 24. *τοῦ δὲ μεσθὸς . . . καὶ μισθάριον καθ' ὑποχορισμόν, οὐ χρῆσις καὶ ἐν τοῖς τοῦ Σουίδα*, eorum evanuit omne vestigium, atque videtur Eustathium fefellisse memoria.

4. Eustathium qui paulum aetate superavit, Zonaras primus creditur Suidae thesauros in suam Lexicon transfudisse. De quo nihil aut verbo haberemus monere, si huius editor muneri sic satisfecisset, ut scriptorem ipsum quem titulus ostentat philologi tenerent. Nempe Iohannis Zonarae Lexicon ex tribus codicibus primus in lucem protulit, duos in tomos diductum et observationibus illustratum, I. Aug. Henr. Tittmannus, olim theologus Lipsiensis. Et observationes quidem silentio praetermittimus, quas nemo non intelligit satis exiliter esse conlectas, non e diligenti litterarum Graecarum aut ecclesiasticarum usu profectas; minus autem excusare licet, quod multas glossas illo reliquit intactas et infinitam vim corruptionis patienter *tulit* vel successu mediocri tentavit. Nunc illud unice premendum, quod homo verbosus duobus *voluminibus* Zonaram nobis venditavit, qui nullus unquam extiterat. Tribus scilicet apographis *suis inter se* diversissimis, quibus modo glossae continentur breves et ieiunae, nunc observationes *semidoctae* crebrisque testium veterum exemplis munitae, tantam ille discrepantiam multum afuit *ut e dissimillima* lexicorum natura interpretaretur, ut potius brevitatem ad ignaviam vel festina-

tionem librariorum referret, pleniorem autem formam lexicographo dignissimam haberet. Longius vero progressus eandem legem etiam ad Suidam traduxit, cuius in glossis et locis omittendis scribae licenter grassati fuerint, antequam Küsterus (mirabile dictu) egregia multa Parisinis ex codicibus repararet. Iam cum Augustanus liber multis partibus brevior sit et indoctior Dresdensi, hunc ut locupletem Tittmannus ducem et fundum Zonarae sui elegit: apparet enim luculentissime (inquit) non Dresdensem interpolatum esse, sed Augustanum multa temere omittere, multa truncata aut in compendio exhibere, genuini vero operis exemplum Dresdensem exhibere. Vide Prolegg. p. XIX. sqq. Adeone quemquam inventum fuisse tam hebetem et inopem ingenii, ut aliquot paginis perlectis paulisper dubitaret uberrimae lexici descriptioni, quam Dresdensis complectitur, nihil nisi Suidam subesse in epitomen missum, exilem contra glossarum congeriem, quae nullo lectionis apparatu splendeat, ipsam Zonarae manum referre? Huius autem rei veritatem facillimo licebit experimento probare. Subiecit enim Tittmannus indiculum auctorum apud Zonaram, sane nec plenum neque commode structum, sed ut usibus nostris sufficere queat. Ibi recurrunt sparsa litterarum profanarum testimonia, quae paucis e scriptoribus classicis clarisve paulo liberalius laudantur, potissimum tamen ex Anthologia, Apollonio Rhodio, Aristophane, Demosthene, Herodoto, Polybio, Procopio, Sophocle, Thucydide; quamquam neque hos nec rariorum nominum locos apparet a studiosa commentatione luminumque vetustorum observatione esse profectos. Sed quicquid speciem eruditionis et elegantis doctrinae iactat, id omne Suidae debetur, sic ut nec poetae epigrammatici versiculus nec Polybii formula lexicographo relinquatur. Atque haud scio an sufficiat vel paucas pagellas 255—274. contemplari, ubi verba ex *ἀπὸ* composita nullis firmantur exemplis nisi quae Suidas suppeditarit. Subtractis igitur gemmulis et luminibus adventiciis nihil ille sibi arrogabit praeter suetas Etymologicorum copias et auctoritates poetarum scholasticas, ut Homeri vel Hesiodi, itemque grammaticorum, ut Herodiani Ori Georgiique Choerobosci; quibus accedit numerus haud exiguus et glossarum sacrarum cum dictis utriusque Testamenti probantibus et definitionum ex interiore philosophia, qualem tum theologi Byzantini tractabant. Quid multa? germanus Iohannes Zonaras, quem apparet profanae lectionis parum degustasse, more vulgari glossarium additis etymologiis condiderat; nec dubium quin modicum unum volumen cum paucis annotationibus, si quidem typis dignus erat, eum capere potuerit. His autem quos dixi finibus omnes lexici codices continentur, nisi quod variis accessionibus passim inter se differunt; iisque debet annumerari codex Bernensis, quem Sinneri perversus error (ab I. Morellio dudum confutatus, v. Tittmanni p. XXXIII. sqq.) olim Iohanni Damasceno tribuit, ipse post C. G. Mülleri Anal. Bernens. Partic. I. p. 9. sq. dum in Bibliotheca Bernensi versor ad unum Zonaram redire mihi persuasi; porro quem *Ducangius* adhibere solet in Glossario labentis Graecitatis, *Suidas in Etymologico*, de quo titulo Bastius in Gregor. Cor. p. 541. ambigebat. Contra quod non dissimiliter *Salmasius* (v. comm. in Hist. Aug. T. I. pp. 779. 837. 935.) *vetus Etymologicum Suidae* posuit, glossis ut aiunt Graeco-Romanis usus, earum nec Suidas habet vestigia neque Zonaras, item ut frustra circumspexeris Suidam, unde Salmasius in Tertull. de Pallio p. 333. dictum traxerit incognitum, *ἀγορανόμοι οἷς ἔμελε περί τε τῶν αὐλητρίδων καὶ ψαλτριῶν καὶ κοπρολόγων*. Nempe non ad Zonarae quodpiam apographum ista redeunt, sed ad Etymologica Palatina sive Parisina, quae Gudiano edito maxime cognata sunt. Similiter codex Marcianus Etymologici M. (vide Gaisfordi praefat. p. 4.) inscriptum habet, *Ἀρχὴ σὺν Θῷ τῶν ἐτυμολογιῶν τοῦ Σουίδα*, quarum duas voces novissimas manus recentior adiecerat. Sed non alienum fuerit *Cramerum* in Anecd. Graec. e codd. Bibl. Paris. Vol. IV. p. 59. audire, significantem etiam unde

Suidae nomen irrepserit: „Codex **2636.** chartaceus est form. in fol. et saeculo XV. videtur exaratus. — In primo folio minutissimis characteribus miniatis leg. *Λεξικὸν τοῦ Σουΐδα.* — Annotabo tantum eundem titulum invenisse Salmasium in Palatinae Bibliothecae Lexico, e quo quaedam exscripsit, nunc etiam in Bibl. Reg. Paris. asservata. Ego haec Salmasiana Excerpta contuli cum Cod. Reg. **2636.** et ea omnia consentire repperi". Iam quae pro speciminibus inde Cramerus decerpsit, ea nihil nisi supplementa praebent et variam scripturam Etymologici Gudiani. Itaque probabiliter ad similem fontem revocabimus, quae tanquam ex Suida protraxit Stephanus in Aristot. Rhetor. ap. Cramer. Anecd. Pariss. Vol. I. p. **272.** *τὰ δὲ κοττάβια οἱ μέν φασιν ὡς ἐν τῇ Σουίδα εὕρηται· τύμπανα ἢ σαυλάκια ἢ ἐκπώματα ἢ κωμύδρια οὕτω λεγόμενα.* Quae hodie desiderantur apud Suidam, sed quam Stephanus iste narrationem subiunxit de cottabis, ea totidem vocibus continetur in secunda gl. *Κότταβος.* Neque secus ***ineditum Suidae Etymologicum*** sese habere suspiceris, quod ***Villoisonus*** Anecd. T. II. p. **250.** Venetiis sibi visum descripsit, confundens illud cum Suida. Sed revertamur ad Zonaram. Vidimus igitur huius consilium et doctrinam ab Suidae rationibus plane discrepare, nedum ut Zonaras ab hoc *potuerit* describi, quod ***Valckenarii*** (in Theocr. Adoniaz. p. **297.** in Herod. V, **33.**) sane temerarium fuit iudicium, Excerptis quibusdam in Bibliotheca Leidensi suam in rem abutentis. Nimirum ignorabat vir eximius bipartitum esse genus codicum, quorum alii nudum et principalem glossarum indicem servant, alii copias Suidae cum variis testimoniis admiscent, velut Parisinus ab eodem Cramero Anecd. Pariss. Vol. IV. p. **82.** sqq. parum fructuose descriptus. Neque iam attinet in perversissimis Tittmanni commentis (Prolegg. p. LIII. sqq.) inhaerere, qui dignitatem lexicographi sui deterrima comparatione sic exornet, ut lexicon post Hesychium omnium scilicet quae supersunt copiosissimum doctissimum accuratissimum affirmet ab Suida neque rerum copia neque eruditione et grammatica subtilitate superari, sed multis modis vincere, Suidamque frequenter ex illo consarcinatum et interpolatum fuisse. Sufficit quod ostendimus, vanum et commenticium esse Zonaram fabricae Lipsiensis; sincerum autem lexici argumentum verissime declarat inscriptio codicum, si quis simpliciter interpretetur: *Συναγωγὴ λέξεων συλλεγεῖσα ἐκ διαφόρων βιβλίων παλαιᾶς τέ φημι γραφῆς καὶ τῆς νέας καὶ αὐτῆς δήπου τῆς θύραθεν.*

5. Superest ut epitomas enumeremus ex Suida confectas. Earum est notissima quam **Eudocia Augusta** Violario suo tanquam indicem litteratum intexuit. Solet enim post fabulas Graecae mythologiae vitas et libros auctorum clarissimorum ex ordine litterarum hactenus recensere, ut sub praescriptionibus poetarum, historicorum, philosophorum, rhetorum, grammaticorum, aliorum nomina distribuat e Suidae lexico plerumque repetita. Sed raro mulier erudita recessit a tralaticia librorum scriptura, neque saniorem aut emendatiorem servat memoriam locorum, quos apud Suidam legerat: ut usum criticum ea prope nullum afferat. Interim nonnihil inde lucramur, primum quo Suidam modicis additamentis augeamus, deinde leviores ut accessiones ab lectoribus invectae expungantur. Et additamenta quidem non spernenda hinc recuperant voces *Ἀρχιμήδης, Ἄνυτος, Λαμόχριτος, Λίων Ἱππαρίνου, Μητροφάνης, Νεάνθης, Πρόκλος Μαλλώτης, Ῥοῦφος, Σήκριτος.* In his videri potest e plenioribus libris profecisse; alibi tamen Eudocia praebet quaedam *auctaria*, quae tantum ab Suidae narratione distent, ut ad fontes diversos revocanda sint: dico glossas *Ἐπαφρόδιτος, Κάλλιππος, Μυρώ, Σαλούστιος Μοψεάτης*, quam autem prodit scripturam gl. *Μάξιμος Τύριος*, ea studioso cuidam homini debetur. Longe maiorem fructum in iis glossis *percipimus*, quas sedulitas lectorum opibus Athenaei cupidius exornavit. Aut enim Athenaei

nomen ignorat Eudocia, velut in v. *Ἔριφος* novissima *ὡς φησιν Ἀθήναιος ἐν τῷ ιδ' τῶν Δειπνοσοφιστῶν*, itemque sub v. *Εὐθυκλῆς*, gl. 2. *Πλάτων, Φίλιππος κωμικός*, aut narrationem sic conformavit, ut Suidam interpolatum esse satis appareat. Exemplis defungamur his. Gl. *Δαμόξενος* sic est perscripta: *Δ. Ἀθηναῖος, κωμικός. τῶν δραμάτων αὐτοῦ Σύντροφοι, ὡς Ἀθήναιος λέγει ἐν τρίτῳ Δειπνοσοφιστῶν· καὶ Ἑαυτὸν πενθῶν, ὡς πάλιν ὁ αὐτὸς ἐν τῷ ἑνδεκάτῳ.* Istorum tria priora nomina, nec quicquam ultra, posuit Eudocia. Sed qui levem cum Suida familiaritatem contraxerit, ab hoc talem citandi morem, quem philologi nostri temporis sequuntur, novit alienum esse; neque dubium quin appendix aliunde fluxerit, ad eandemque normam exigenda sit glossa quarta *Διόδωρος*. Porro iuvat nos luculenter Eudocia, Cicilium poetam tradens: *Κικίλιος Ἀργεῖος ἐποποιὸς ἁλιευτικὰ γεγραφὼς καὶ περιήγησιν Ἑλλάδος, καὶ ἄλλα.* Brevius etiam in glossae principio Suidas: *Κ. Ἀ. ἐποποιός, Ἁλιευτικὰ γεγραφώς*, at his quae succedunt, *καὶ Νουμήνιος Ἡρακλεώτης, Παγκράτης Ἀρκάς, Ποσειδώνιος Κορίνθιος, Ὀππιανὸς Κίλιξ. καταλογάδην δὲ ἔγραψαν οὗτοι· Σέλευκος Ταρσεύς* et quae sequuntur, nonne manum intempestivam arguunt, quae memoriam Halieuticorum plenissimam ex Athenaeo congesserit? Tertium sit documentum v. *Πυλάδης*, quam ex eadem Athenaei Epitoma misere fabricatam Eudocia dedit nec prudentius indidem amplificavit. Ceterum priusquam mulierem doctam dimittamus, monendum videtur Excerpta quaedam de Dictye, quae cum Eudocia conspirant, de Epimenide, de Rhiano contineri libro Parisino n. 2600. sub inscriptione *Ἐκ τοῦ Σοῦδα*, unde Millerus in Marciani et aliorum geographorum opusculis p. 311—313. reposuit.

Macarii Hieromonachi Eclogam e Suidae lexico si quis cognoscere cupit, speciminibus sane pusillis satisfaciet Tittmannus post Prolegg. in Zonaram p. XCII—XCVI. Minus indocte brevius lexici corpus concinnavit ex Etym. M. et Suida Constantinus Lascaris, de quo narrat Iriartes in Codd. Matrit. Graec. 21. p. 83. Porro his vetustiorem Episcopum Lincolnii Robertum Capitonem (Grossetête), qui post gravissima rerum discrimina a. 1253. obiit, Suidam Latine vertisse tradit post Vossium de Histor. Graec. II, 26. Schoellius in Hist. litt. Graec. T. III. p. 198. ed. Berol. dubitatque num illius opus adhuc extet. Sed quamvis Matthaeus Paris, quem ille testem edit, Suidam ab Roberto e Graecis translatum et annotationibus illustratum referat, in amplissimo tamen librorum ineditorum indice, quem praeter alios Oudinus de Scriptt. ecclesiast. T. III. confecit, nulla tanti laboris vestigia supersunt. Itaque Fabricio videtur assentiendum, qui nihil nisi lepidam fabulam gl. *Ἰησοῦς*, ab multis Latine versam (cf. Fabricii Cod. apocryphum N. T. I. p. 371. II. p. 547. cui Harlesius addit libellum rarum, De Iesu Christi sacerdotio narratiuncula, Gr. et Lat. ed. 1541.), a Roberto tractatam suspicetur.

Desinat narratio nostra in opusculum Bibliothecae Parisinae, quod ipse Parisiis degens inspexi. Tenet enim codex chartaceus Supplem. 96. quartae formae, medico ambitu, delectum Suidae, qui glossas ad historiam maxime litterarum Graecarum spectantes, sed in compendium redactas non sine verborum mutationibus complectitur. Ostendit subscriptio, *Emanuel scripsit hunc librum*, manum Emanuelis (ut C. B. Hasius suspicabatur) Chrysolorae. Speciminis causa posui glossas, quae litteram *Υ* complent.

Ὑπατία. Θέωνος τοῦ γεωμέτρου θυγάτηρ φιλόσοφος πολλοῖς γνώριμος ἐπὶ τῆς (sic) *βασιλέως Ἀρκαδίου. ὑπόμνημα εἰς Διόφαντον τὸν ἀστρονομικὸν κανόνα. εἰς τὰ* (desunt quaedam) *Ἀπολλωνίου ὑπόμνημα. ὑπῆρχε κατὰ τὴν φύσιν γενναιοτέρα τοῦ πατρός, ἥτις*

καὶ περιβαλλομένη τρίβωνα ὡς φιλόσοφος τοῖς βουλομένοις παρεῖχεν ἀμισθὶ τὴν τῶν μαθημάτων σαφήνειαν καὶ διδασκαλίαν. πᾶν δὲ εἶδος ἐμπράκτου ἀρετῆς πρὸς τῷ διδασκαλικῷ κατορθώσασα, σωφρονεστάτη οὖσα παρθένος διετέλει, καὶ ταῦτα καλή τε οὖσα σφόδρα καὶ εὐειδής. τινὸς οὖν ποτε τῶν προσφοιτώντων ἐρασθέντος αὐτῆς καὶ μὴ δυναμένου κρατεῖν τοῦ ἔρωτος, αὕτη διδασκαλίαις πρότερον χρησαμένη πρὸς αὐτόν, ὕστερον προενεγκαμένη τι τῶν γυναικείων ῥακῶν καὶ τὸ σύμβολον ἐπιδείξασα τῆς ἀκαθάρτου γενέσεως, τούτου ἔφη ἐρᾷς ὦ νεανία. ὁ δὲ ὑπ' αἰσχύνης μετετράπη τὴν ψυχήν, καὶ διετράπη πρὸς τὸ σωφρονέστερον.

Ὑπερέχιος. Ἀλεξανδρεύς, γραμματικός, ἐπὶ τῶν χρόνων et quae sequuntur in editis.

Ὑπερίδης. υἱὸς Γλαυκίππου ῥήτορος, οἱ δὲ Πυθοκλέους, Ἀθηναῖος, ῥήτωρ τῶν ἀ κεκριμένων δέκα εἷς, μαθητεύσας ἅμα Λυκούργῳ καὶ Πλάτωνι τῷ φιλοσόφῳ Ἰσοκράτει τῷ ῥήτορι. καὶ ἀπέβη μὲν — ἠτιήθη (ut in editt.). καὶ ἀνῃρέθη δὲ αὐτὸς — ἔθαψε μνῆμα (cum edd.). λόγοι τούτου ῆς.

Nihil his inest quod repetitionem totius opusculi commendet. Sed tantam copiam hominibus curiosis Suidas offerebat, ut quaslibet inde particulas decerpere liberet. Velut glossam Ἰησοῦς, quam supra diximus a pluribus esse Latine versam, quamque Lambecius Comm. T. IV. p. 391. in Cod. Vindob. 166, 12. inventam tractat, in principio codicis miscelli Biblioth. Paris. Supplem. 64. in chartis formae quartae scripti deprehendi. Continet libellos cum alios theologorum et medicorum, tum Symeonis Seth syntagma de alimentorum qualitate utilitate damno. Ceterum pauca sunt in quibus narratio de Iesu discedat ab editis exemplis Suidae. Et haec quidem de historia lexici.

CAPUT SECUNDUM.

DE PARTITIONE SUBSIDIIS AUCTORITATIBUS

LEXICI A SUIDA CONDITI.

Suidas cum thesaurum eruditionis Graecanicae pararet, opes suas ad captum et usum lectorum apposite secundum seriem elementorum ordinare debuit. Id quidem tunc minime novum ac ne Alexandrinis quidem grammaticis incognitum fuit, ut collectiones rerum et verborum indicesque litterati bibliothecarum ordinem alphabeticum sequerentur. Illud vero severius quam reliqui lexicorum opifices (vide Ritschelii Prolegg. in Thom. M. p. XV.) Suidas peregit, quod glossas singulas sub constantem ternarum vel quaternarum litterarum successionem vocat et ad rigorem exaequat, neque eas tanquam manipulos disciplinae militari subiectos patitur ordines suos tantisper migrare. Nam geographicum Stephani lexicon, quod genus commentarios notum est prae ceteris ad legem elementariam astringi, minus admiramur pari diligentia concinnatum. Habuit tamen Suidas sibi praeeuntem Diogenianum: v. Rankium de lex. Hesych. p. 70. Ergo perturbatus glossarum ordo quaedam arguit ex marginibus alienam in sedem intrusa vel fraude lectorum ascripta, qui lexicon suum quibusvis accessionibus gestirent collocupletare. Huc errores accedunt initio glossarum vel in syllabis earum commissi: de quibus in capite tertio disseruimus. Sunt vero loci nonnulli, quos minus diligenter reposuit, suos fontes secutus: id quod factum in duabus glossis post v. Ὁ κάτωθεν νόμος a Photio traditis. Contra cum duas alteras Harpocrationis v. Ὑπὸ γῆν οἰκοῦντες accepisset, quasi legi satisfacturus partem posteriorem sub v. Ὑποχυδής repetiit. Frequenter sane haec alienae manus indicia iussimus observari, non raro tamen ut fit inter curas diversissimas serius ad istam rem attendimus aut plane nos ea fugit. Quamquam glossis hiantibus, modo cognatione quadam inter se vinciantur et eidem praecepto subiici possint, interdum succurrere licuit inserta καὶ vel δὲ particula, quam librarii temere negligunt vel inculcant. Ceterum saepius rectum et integrum ordinem servavit optimus liber A.

2. Sed haec litterarum lex et norma minorem habet insolentiam quam coniugatio vocalium finitimarum, sive ut clarius breviusque dicam ordo litterarum ἀντίστοιχος. Eum vero nec librarii patienter tulerunt neque homines docti concoxere; quid quod nuper fuit qui voces ab ω̄ exordientes cum in consueta sede frustra circumspexisset, eas tanquam per socordiam omissas nunciaret inberetque postliminio reduci. Sed excusandus erat illius error, quoniam exempla vetera vulgarem ordinem quasi librorum iussu propagaverant ac ne Küsterus quidem dissensum optimi Parisini

commemoravit, quamvis ab *Henr. Valesio* *) admonitus. Omnium vero longissime processit *I. L. Schulzius:* qui cum glossas ordine non satis concinno dispositas esset conquestus, indignabundus vellicavit criticos, tantum iugum sibi imponi passos, ut turbatum vocum ordinem, cuius origo sine dubio repetenda sit ab ignorantia vel supina negligentia, superstitiose conservarent. Huius verba cum aliquem usum praebeant, infra posui **). Neque veri dissimile fuerit inusitatum et perplexum glossarum ordinem eo valuisse, ut multi qui raptim et minimo cum temporis dispendio Suidam adire vellent, non invenirent exoptatum aditum ab eoque deterrerentur; itaque factum ut, qui studia suorum aequalium artificio novo conaretur iuvare, iaceret apud posteritatem ac nimia moliendo sibi ipse deesset. Sed huic et lectorum commodis Gaisfordus operoso secundum alphabeticam seriem recensu sive glossarum indice consuluit, qui in iusti libelli magnitudinem excrevit et ambitum lexici vastissimi possit in conspectu collocare. Nos tamen chartis parcendum rati tam prolixum indicem eo minus repeti noluimus, quod post Aldum, qui tabula quadam ab omnibus ante primordium Suidae renovata successiones litterarum descripsit, paucis monitis sic lectorem instruere licet et praeparare, quilibet ut locus nulla cum haesitatione, nedum horulae iactura statim queat indagari.

Ἀντιστοιχία vocalium sive societas ac permutatio sonorum affinium latissime dominatur in declinandis nominibus et verbis, in fabrica vocabulorum ad euphoniae legem exigenda, denique in campis pathologiae grammaticae spatiosissimis, eaque multum valet ad proprietatem vel licentiam dialectorum Graecarum probe perspiciendam. Huc igitur grammatici sagacissimi, quorum antesignanus fuit Herodianus, mentem intenderant, unde causas observationum de dictionibus poeticis figuratis solitariis explicarent. Satis vetustum huius studii testimonium inest Asclepiadis Myrleani verbis apud Athen. XI. p. 501. B. Nullus tamen interiores sympathiae et antipathiae rationes videtur universe praecepisse; quod ab illis omissum ne quis miretur, monendum est subtilissimam artem et intelligentiam huius disciplinae nostris demum temporibus e primariis linguis inter se comparatis effloruisse. *Herodianus* igitur initia tantum delibavit: de quo genere fuerunt opuscula περὶ συντάξεως στοιχείων (v. Lobeckii Paralipp. p. 30. Lehrs. in Musei Rhenani Novi T. II. p. 120.) et aliorum περὶ ἀσυντάκτων ὀνομάτων non dissimilia, neque diversum spectat librum Theognostus ab Cramero proditus, ubi Ἡρωδιανὸς ἐν τῇ τάξει τῶν κδ' στοιχείων p. 26. laudatur, infra p. 78. dictus ἐν τῇ συντάξει τῶν στοιχείων. Nam fefellit sola species Göttlingium in Theodos. p. X. cum argutulam *Theodosii* disputationem (apud Bekkerum in Apoll. de Syntaxi p. 351. sqq.) de rationibus, cur singulae litterae hunc ordinem tenerent et invicem exciperent, ad Herodianum revocabat, de cuius prudentia par est melius existimare. Post huius autem tempora minor ἀντιστοιχίας cura haberi coepit, donec labes Graecae pronunciationis, quae neglectum et errores orthographiae traxit, Byzantinos magistros advertit. Tum illi regulis

*) In Ammiani Marcell. XXIII, 6, 63. *In Lexico etiam Suidae MS. Bibl. Regiae ante litteram* Υ *observavi positum fuisse* Οι, *quod tamen in editis minime observatur. In singulis quoque litteris is ordo servatur in edd. quoque vulgaribus Suidae, ut* οι *ante litteram* υ *proxime collocetur.*

**) *Schulzius* in Specim. obss. in Suid. §. 3. *Alphabeticus quidem ordo litterarum, uf in huius generis libris fieri solet, fundamentum partitionis est, adeo tamen varint, ut qui in Suida hospes est infinitas voces frustra quaesiverit. Non ipsae solum litterae, variato earum recepto ordine, liberrime dispositae sunt, sed etiam in serie glossarum unius eiusdemque litterae maxime arbitraria est vocum successiva combinatio. — Ecquis vero Suidam inspiciens in stuporem non abripitur, si litteram* Θ *post* Ι, *litteram* Ω *post* Ο, *diphthongum* ΕΙ *post litteram* Ζ, *et voces quae cum* ΑΙ *incipiunt, post litteram* Δ *demum invenerit? Nihil dicam de arbitraria et lectoribus molesta dispositione singularum vocum, quae sub unaquaque littera itidem ordine suo se excipere debuissent.*

infinitis et tabulis terminationum studia discentium regere conabantur, ut sonos affines sibique respondentes ex artis praeceptis eleganter in eloquendo scribendoque distinguerent, inprimis autem librarii certam haberent normam, quam in propagandis litterarum sacrarum et gentilium exemplis observarent. Itaque valuit necessitas et usus vitae communis, non liberalis et otiosa sermonis Graeci contemplatio, ut locus grammaticus olim ab rudimentis scholasticis remotus in ludum introduceretur; neque iam causa latebit cur litteratores, qui pronunciationem emendatam unice spectarent, non totum huius doctrinae campum amplexi sint, in quo consonantium etiam ratio (velut cum *ἀντιστοιχεῖ τὰ δασέα τοῖς ψιλοῖς*, $\bar{\vartheta}$ $\bar{\tau}$, aut permutari quaedam dicuntur *κατὰ ἀντιστοιχίαν τοῦ* $\bar{\chi}$ *εἰς* $\bar{\kappa}$, Gregor. Cor. p. 485. Etym. M. vv. *Θάσσονας* et *Δοχός*) constare debet, sed in vocalibus omni corruptioni obnoxiis fere haeserint. Hinc pendet ***Theognostus***, quem Cramerus in Anecd. Oxon. Vol. II. primus edidit, *continens* (ut ***Bentleius*** in Ep. ad Millium p. 77. memoraverat) ***mille regulas de recta scribendi ratione, quarum*** XL. ***docent quando*** $\bar{\alpha\iota}$ ***scribere oporteat et quando*** $\bar{\epsilon}$, ***totidemque ubi*** $\bar{\alpha\iota}$ ***et ubi*** $\bar{\upsilon}$. Tot autem canones libri, quem scriptor ad Imp. Leonem Armenium misit, si necessarii fuerunt ad evitandam sonorum perturbationem, merito ***Villoisonus*** Anecd. Gr. T. II. p. 127. colligit pravam istam pronunciationem saeculo nono, quo receptam videmus et inveteratam, etiam anteriorem fuisse. Huc ***Theodosii*** quoque caput ed. Göttl. p. 66—79. spectat, sed prae ceteris commentarius qui vanum nomen iactat, ***Herodiani*** qui fertur ***Epimerismi***, quorum consilium Boissonadus non est assecutus. Vide vel nostram historiam litt. Graec. T. I. p. 622. Porro non desunt indiculi, qui doctrinam operosam in delectum brevem redegerint: ut (ne Psellum dicam in Boissonadi Anecd. T. III.) in Bibliotheca Matritensi (v. Iriartis Codd. Matr. p. 271.) latet *Τεχνολογία περὶ ἀντιστοίχων*, in Laurentiana (v. Bandin. T. II. p. 570.) *Ἑρμηνεία περὶ ἀντιστοίχων*. Tandem his tabulis et institutionibus effectum est ut quicunque rectam scribendi pronunciandive rationem sive in vocabulorum initio sive in terminationibus per partes orationis cognoscere vellet, celerrime doceretur et in transcursu leges etiam declinandi non spernendas secum auferret: velut quibus nominibus genitivus $\overline{\omega\nu o\varsigma}$, quibus $\overline{o\nu o\varsigma}$ conveniat vel $\bar{\omega}$ in commissura vocum compositarum.

Iam facilis et parata fuerit ad Suidam progressio. Hunc igitur apparet, quod praemunisse operae pretium erat, arbitrarias istas litterarum vices nec temere nec per incuriam dispensasse. Sed morem tunc receptum et scholasticis institutionibus tritum ille sequebatur, quem suspicor tanquam regulam alphabeti Byzantini tabulis etiam sive laterculis descriptum fuisse. Suidas tamen si minus primus, at certo nobis unus est, qui thesaurum sermonis Graeci doctrinaeque historicae secundum antistoechiam ordinaret et usu quotidiano quasi per lusum voluerit animis rectam scribendi rationem instillare. Cuius conatus inprimis admonet ***I. A. Schmelleri***, qui legem antistoechiarum ad idiotismos dialecti Bavaricae traduxit eaque duce solus inter nostrates universam verborum familiam per omnes cognationis gradus atque varietates singulari solertia recensuit. Graecus vero lexicographus intra vocalium affinitatem substitit. Is copulavit $\bar{\alpha\iota}$ et $\bar{\epsilon}$, $\bar{\epsilon\iota}$ $\bar{\eta}$ $\bar{\iota}$, $\bar{o}$ $\bar{\omega}$, $\bar{o\iota}$ $\bar{\upsilon}$, sic ut $\bar{\alpha\iota}$ $\bar{\epsilon\iota}$ $\bar{o}$ $\bar{o\iota}$ eos praecedant sonos, quibuscum confundi solebant, eamque legem non solum in successionibus elementorum sed in singulis etiam litteris et constituenda serie glossarum conservat. Quam sicubi violari videmus (quamquam id rarissime factum), id praeter illius voluntatem evenit, et interdum suspicionem fraudis sive manus diversae movet. Ut inter *Δήιτε* et *Δήιος*, *Δηία* quaeque recte sequuntur interpositae sunt *Δηθά*, *Δηθάκις*, *Δῆθεν*, *Δηθύνω*, item glossae *Δημοσθένης* ante *Δημοσιεύων* et cognatas, *Διθυραμβοδιδάσκαλοι* et finitimae ante *Διέναι* et reliquas rite dispositas; eandemque rationem in *Α Λήθαργος* et eiusdem

societatis glossae ante *Λήια* et finitimas, in *O* sequuntur *Ὄθεν* cum similibus usque ad *Ὀθρυονεύς*, quas excipiunt *Ὀί* et continuae. Similiter gl. *Ἐπαθαίνετο* et *Ἔπαθλον*, quibus facile caremus, antecedunt glossam *Ἐπαΐειν*. Porro duplex glossa *Εἰδέα*, cum rectum *Ἰδέα* suo loco legatur, quin ab lectoribus sit invecta non dubitamus. Praeterea geminatae litterae, praesertim liquidae non curantur more temporum Byzantinorum: ut ad glossarum ordinem nihil referat, duplex an singula littera vocabulis insit. Defungamur unico exemplo, quod in re minime obscura sufficiat: recte sibi succedunt *Μαλιασμός*, *Μάλλιος*, *Μάλιστα*, *Μαλθακόν* —, *Μαλχίομεν* —, *Μᾶλλον*, *Μάλλωνος*, *Μάλχος*, *Μαμμάχνθος*, *Μάμας* —, *Μάννα*, *Μαναΐμ* et quae similiter conformata sequuntur *). His igitur praemissis apparet tam initio quam in medlis vocibus ordinem elementorum apud Suidam extare talem:

α. β. γ. δ. αι. ε. ζ. ει. η. ι. ϑ. κ. λ. μ. ν. ξ. ο. ω. π. ρ. σ. τ. οι. υ. φ. χ. ψ.

Inde facile colligitur, ut his utar, *Εἰκαία* et similia inter *Εἰκασμένος* et *Εἴκελος*, *Ἐλείας* et affines inter *Ἔλεψεν* et *Ἑλῆ*, *Τοιᾶσδε* quaeque a *τοι* exordiuntur inter *Τρυχωθείς* et *Τύανα* esse quaerenda. Reliqua suppeditabit Aldi quam diximus tabula.

3. Post partitionem nihil ad cognoscendum fructuosius aut suavius quam conspectus subsidiorum et auctoritatum, quibus Suidas thesaurum suum extruxit et ornavit. Subsidiorum vero duplex fuit genus, alterum e lexicis scholiis collectionibus petitum, unde vocabula cum explicationibus (*λέξεις*) et lectissima parte testimoniorum delegit; alterum autem ad historiam sacram et profanam itemque historiam Graecorum litteratam spectabat. Medium quodammodo genus, sed ab subsidiis diversum efficiunt observationes et auctoritates, quas Suidas ex lectione plurimorum librorum coacervatas glossis aut receptis aut recens factis attribuit. Tantam eruditionis et industriae varietatem si quis obtutu continuo lustret, fatendum sane post Photium inter Byzantinos non extitisse, qui Suidam diligentia studiorum aut amore doctrinae liberalis aequaret. Itaque huius lectio vel silentium nobis eum praestat usum, ut qui scriptores tum celebrati fuerint vel neglecti, quae grammaticorum institutiones invaluerint, qui scholiastae temporibus illis in certum et absolutum corpus succreverint, notis manifestis intelligamus: nec facile horum omnium codex vetus et praestans invenitur, qui multis annis aetatem Suidae excedat. Nempe saeculum X. mira bibliothecas instruendi, scriptores antiquos excerpendi, compendia doctrinarum et florilegia fabricandi libido corripuerat, quam ingenium ut videtur Constantini Caesaris et obsequium aulae principalis inflammavit. Quo minus fortuitum haberi potest quod Suidas, noviciis collectionibus non mediocriter adiutus, in eandem societatem sarcinas antiquitatis colligendi venit. Apparet igitur studium et benefaciendi voluntas, non ingeniosa Graecarum artium facultas aut iudicium criticum et notandis scriptorum generibus subactum, quod hominibus Byzantinis omnino defuit; nec siquis, ut solebant post renatas litteras tot viri peritissimi, durius pronunciet a Suida *vitia codicum fideliter transcribi et collatis vel corrasis*

*) Iniuria hanc simplicitatem conquestus est *Schweighäuserus* in Opusc. T. II. p. 147. — *in litterarum praesertim duplicandarum ratione (codicum fortasse culpa, quibus usus est) ita negligenter versatum Suidam videmus, ut, quanquam ad collocandos singulos lexici sui articulos secundum litterarum seriem, quibus quodque constat vocabulum, summam curam adhibuit, duplicatarum tamen litterarum in serie articulorum nullam prorsus habuerit rationem.* Ceterum extant in Etymologico M. levia quaedam glossarum *ἀντιστοίχως* dispositarum vestigia (ut quae *ab αἰὲ* exordiuntur media sunt inter *ἀιτός* et *ἄζω*, porro *ἀκραία* et *ἀκραιφνής* post *ἀκράτη* leguntur, *ἀλειπής* et quae sequuntur usque ad *ἄλεισον* et *ἀλείτης* inter *ἀλιωφή* et *Ἀλήτης*, *ἀμείβω* cum similibus post *ἀμεύσιμον*); sed haec ad diphthongos fere redeunt nec multum valent in eo lexico, cuius ordines non ad rigorem aequalis successionis sunt exacti.

undecunque laciniis centonem esse consarcinatum, his probris inest quod ad unum lexicographum pertineat. Nobis quidem satis est eius manu pretiosissimas opes non indiligenter servatas esse, neque prudentiam aut subtilitatem ultra captum istius saeculi requirimus; sed stuporem et ignorantiam sensus communis rerumque vulgarium nolumus temere inculcari, nisi forte paucos locos excipimus, in quibus ambigi licet utrum Suidas an lectores culpam sustineant. Huius igitur vindiciis plurimas annotationis partes destinavimus, quibus tanquam supplementum accedat harum quaestionum caput tertium; eodemque mentem advertant, qui in glossis evolvendis rudem et incertam materiam deprehenderint.

Iam videndum quibus **subsidiis** usus ille thesaurum suum Graeci sermonis sive congeriem *λέξεων* construxerit. Nam ipse fontes suos constanter silet nec philologorum modo, quem Etymologicum Magnum expressit, rariorum saltem observationum auctores edit grammaticos. Itaque nonnulli fidem eius desiderarunt, ut ***Lipsius*** (de militia Rom. IV, 10.), iniquus ille Suidae reprehensor: ***Nam*** (inquit) ***et nomina fere supprimit, et intendere oportet, quid eius sit, quid alienum.*** Sed qui commentarios et lexica superioris aetatis acervatim decerperent et exhaurirent, nolebant nec per angustias spatii poterant singulos ascribere decessores; ac plerumque satis visum eos in prooemio breviter indicari. At enim superesse videtur index virorum undecim, qui copias suas Suidae subministraverint, ab omnibus editoribus praemitti solitus *). Id tamen continuo apparet, quod unus non cepit Fabricius, sed ipsa clamant praescriptionis verba, non a Suida hanc tabulam auctorum esse profectam. Sequitur ut eam coniecturae hominis docti tribuamus; quamvis mireamur hos solos appellari, neglectis pluribus et gravioribus subsidiis,

*) Per hanc opportunitatem placet primum scripturam codicum afferre, potissimum a Gaisfordo collectam. Paulo maius autem variat codex Matritensis apud Iriartem p. 83. Is in praescriptione, *Τὸ λεξικὸν τοῦ σούδα* (σούδα etiam B. *σοῦδα* D. F.) *συνέταξαν ἄνδρες πλεῖστοι σοφοί*: ubi F. *Βιβλίον λέξεων σοῦδα· συνταχθὲν παρὰ διαφόρων σοφῶν ἀνδρῶν.* In Eudemi memoria *Α. Εὐδήμου ῥήτορος.* In Helladii Matr. *Ἑλλάδιος ὁμοίως ὁ ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ νέου.* In Eugenio *παμμιγῆ λέξιν κατὰ στοιχεῖον* reliquit Gaisfordus, quae desunt Matr. *ὁμοίως* etiam D. In Zosimo *ῥητορικαί* F. *περὶ ῥητορικῶν λέξεων* Matr. In Caecilio *Κεκίλιος* A. B. *Κεκίλλιος* (cum D. F.) *μεγαριὺς σικελιώτης ἐκλογὰς λέξεων κ. στ.* Matr. In Longino *Λογγῖνος ὀκάσιμος* (vel *ὁ κάσιμος*) *ὁμοίως* Matr. B. D. F. In Vestino ipsum *Οὐηστῖνος* ex A. dedit Gaisfordus, monens *Ἰουστῖνος* in aliis codicibus extare. Post *σοφιστής* reliqua desunt Matr. Porro *βιβλίων — Ἡάκατος* om. B. D. F. In Pacato *Πλάκατος* Matr. omissis *κατὰ στοιχεῖον*, cum B. D. F. quae post *Ἡάκατος* habet A. In Pamphilo *ποικίλων — πέντε* om. B. D. F. *περιοχὴν — πέντε* om. Matr. Sub finem *πεποίηκε* firmant B. D. F. Matr.

Ceterum ***Valckenarius*** p. 297. ***Suidam ego quidem iudico nullum vidisse lexicorum, quae in fronte libri memorantur.*** Id quidem ut arbitrarium mitto; quamquam non exputo cur Eugenium Helladium Vestinum, quorum nomina passim recurrunt, ab eo non visos credamus. Horum antiquissimus ***Vestinus*** (cuius integrum opus a Suida descriptum fuisse Maussacus Diss. crit. de Harpocr. p. 392. temere pronunciat) etsi raro commemoratur, extat tamen apud Basilium in Gregor. Naz. apud Boissonadum (***Notices et Extr.*** T. X. p. 233.), *οὕτω Ἰουστῖνος ὁ Ἀττικιστής.* Nam *Οὐηστῖνος* in *Ἰουστῖνος* abisse supra monitum. Alterum tamen Scholium in eundem Gregor. Naz. quod primus edidit Montfauconus Diar. Ital. p. 214. cum tali subscriptione, *ἐκ τῶν Διογενιανοῦ τῆς ἐπιτομῆς τῶν Οὐηστίνου Ἑλληνικῶν ὀδ*, ubi critici Batavi refinxerunt *Οὐηστίνου*, num sincerum sit ambigi potest, cum eandem observationem praeter ullam ambiguitatem Schol. Il. *ι*. 576. sic concludat: *ἐκ τῶν Δ. τῆς ἐπιτομῆς Ἑλληνικῶν ὀνομάτων.* Nam duplicem Pamphili Epitomen, quam fecerint Diogenianus et Vestinus, iunctim proferri (v. Rauk. de Hesych. p. 131.) non est verisimile. Memoriam autem Vestini celebravit inscriptio olim ad viam Ostiensem reperta (ap. Murator. p. 2033. in Corp. Inscr. Gr. n. 5900. cf. Letronnium ***Recherches p. servir à l'hist. de l'Egypte*** p. 251.): *Ἀρχιερεῖ Ἀλεξανδρείας καὶ Αἰγύπτου πάσης Λευκίῳ Ἰουλίῳ Οὐηστίνῳ καὶ ἐπιστάτῃ τοῦ Μουσείου καὶ ἐπὶ τῶν ἐν Ῥώμῃ βιβλιοθηκῶν Ῥωμαϊκῶν τε καὶ Ἑλληνικῶν καὶ ἐπὶ τῆς παιδείας Ἀδριανοῦ ἐπιστολεῖ τοῦ αὐτοῦ αὐτοκράτορος.* Unus post hos superest ***Eudemus***, cuius lexicon Suidas sic collaudavit, ut usurpatum ab eo suspiceris. Sed quae hodie collectiones in bibliothecis sub Eudemi nomine feruntur (v. Ritschelii Prolegg. in Tho. M. pp. 78. sqq. et de Oro p. 78.), tam sunt exilia cumque reliquiis aliorum conspirant, ut Valckenarii iudicium non possint refutare. Neque Küstero satisfecerunt, qui quicquid lexicorum sub Eudemi nomine reppererat, ea *ψευδεπίγραφα* vocet, hoc est, expectatione minora.

a quibus Suidam profecisse constat. Iure enim Valckenarius mirabatur Pamphili quidem lexicon laboriosum simul cum Pamphili Epitome ab Vestino facta commemorari, Harpocrationis autem quem Suidas adhibuerit nullam fieri mentionem; nedum ut pater istius indicis suspicatus sit huic alias inesse partes praeclaras, quas a nullo tot lexicographorum potuerit derivare. Verum ne coniecturam quidem semidocti hominis agnoscere licet, sed otiosus lector ex ipsius Suidae glossis, quibus memoria lexicographorum continetur, mutatis vocibus opellam suam confecit totam, neque tamen ad finem adduxit qualemcunque. Quid quod parum perite non modo Caecilium arripuit, qui delectum vocum Atticarum composuerat, et Longini λέξεις paucis lectas, sed Pamphili notitiam perverse compilavit duplicemque titulum in unum conflavit, *Π. λειμῶνα λέξεων ποικίλων, περιοχὴν βιβλίων ἐνενήκοντα πέντε* (sub Vestini nomine *ἐ. ἑνός*, i. e. ut Hemsterhusius vidit, *ἐ. ἑ.*). *ἔστι δὲ — πεποίηκε.* At Suidas distincte, *ἔγραψε Λειμῶνα· ἔστι δὲ ποικίλων περιοχή. Περὶ γλωσσῶν, ἤτοι λέξεων βιβλία ἐ. πέντε κτλ.* Non fugit indicis origo Valckenarium, qui digressione IV. in Theocr. Adoniaz. p. 295—299. prudenter eum disceptavit. Sed ut iusto calidius ille fraudes et clandestina furta suspicari solebat, ita malum indiculum ad mangonem nescio quem revocat, id scilicet spectantem, ut speciosa fronte libri, quem descripsisset vel describendum curasset, emptores alliceret. Huic quidem assensum praebuit Ruhnkenius de Longino p. 343. Opusc. T. I. p. 524. Miretur sane quispiam indiculum grammaticorum, qui copias Suidae suppeditassent (huc enim redit formula satis perplexa, *οἱ δὲ συνταξάμενοι τοῦτο ἄνδρες σοφοί*), mangonio fingi debuisse; nam quotusquisque Byzantinorum hominum obscura nomina rescit aut curavit? mitto tamen rem levioris momenti. Sed vir sagacissimus, ut erat sui iuris et in litteris Graecis ab omni superstitione vacuus, processit longius ac scriptorem indiculi, quippe magistellum aetatis infimae, contendit etiam mendacem Epistolam ad Eulogium, quae Hesychio praefigitur, vel fabricasse vel a sodali quodam editam legisse. Nempe Diogenianum illic laudari, quem index Suidae praemissus silentio premat. Acumen hercle Valckenarianum agnoscis: ego vero fraudis ne levissimam quidem umbram inveni. Quodsi verum par est fateri, neutrius opusculi manus ad falsarium, ut Valckenario videbatur, ac nebulonem redit. Repugnavit etiam, qui difficillimam de lexici Hesychiani origine quaestionem diligenter inchoavit, C. F. Rankius; quamquam professionem illius Epistolae cum eo Hesychio, quem hodie versamus, concordare non est demonstratum. Nobis interim nostrum opus tueri sufficit, postquam intelleximus laterculum istud, quod Suidae satis mature praemunitum est, nullius usus aut auctoritatis esse.

4. Praevertamur ad subsidia lexicorum, quibus Suidas glossaria debet cum explicationibus et testibus exquisitis. Is in delectu materiae eam fere rationem excoluit, quam Diogenianus epitome Pamphili confecta saeculis otiosis monstraverat. Recte breviter Pearsonus Adversariis Hesych. p. VIII. *Ante Diogenianum nemo generale lexicon confecit. Diogenianus voces ex Homero, comicis, tragicis, lyricis, rhetoribus, medicis, historicis collectas κατὰ στοιχεῖον disposuit, adeoque et veterum et sui temporis vocabula simul iunxit, et proverbia etiam inseruit.* Deinde plurimum valuere studia sophistica, cumque flores poetarum et Atticae dictionis tam in scholis et auditoriis quam in libris eleganter compositis iactarentur, certatim grammatici vocabula, formulas, antiquitates rerum Atticarum et quicquid pigmentorum orationisque figuratae superesset in apparatus sophisticos et lexica rhetorica redegerunt. Satis est illorum laborum recensum e Photii Biblioth. Cod. 145—158. peti: qui quod animadvertit conflatis Aelii Dionysii et Pausaniae lexicis pulcherrimum utilissimumque praesidium studiosis

litterarum Atticarum paratum iri, huic consilio celerrime sic est satisfactum, ut doctae superioris aetatis collectiones evanescerent. Iam ignavia temporum Byzantinorum gliscente tot tantaeque contentiones in epitomas vergebant ac minus ampla sufficiebant promptuaria, postquam nec singulis scriptoribus classicis priva lexica sive glossaria destinabantur et imitatio sermonis Attici prorsus exaruerat. Itaque sophisticos apparatus cum lexicis rhetoricis, rhetorica cum lexicis poetarum et commentariis coaluisse videmus, nec mirum quod Suidas, monumentis reconditae philologiae plurimis interceptis, non *ὑπομνήματα* profert, sed magnam partem eruditionis e scholiis sive marginibus auctorum depromere solet. Tandem etiam integra lexicographorum opuscula perierunt aut pristinam formam amiserunt, eoque paulatim res evasit, non ut breviata vel mutilata numerentur et observationi commendentur, sed ut annotetur si quod lexicon malignas manus effugit. Quodsi hanc communem sortem recordamur, prae ceteris idem Suidas nostram movet admirationem, cuius molem nimiam tantum afuit ut epitomatores imminuerent, ut lectores novis potius auctibus exaggerarent. At Etymologicon Magnum quod artes grammaticorum, glossaria et lexica rhetorica consumpsit plura, similem sortem dissimili cum eventu videmus expertum esse: multorum enim industria sic veterem eius mutavit habitum, ut tot symbolas atque varietates non iam liceat constanter unum ad rigorem revocare. Porro doctam antiquae grammaticae hereditatem cum omnes nullo sudore tanquam communia bona distraherent, per manus transditam eam magistri magistellique propagabant, oblitteratis fere temporum notis; nec siqui splendidos testes et observationes minime vulgares ostentant, ipsos fontes et principes litterarum quisquam sibi persuaserit etiamtum aditos fuisse. Velut Eudemus, quem supra memoravimus, quoniam plerumque cum eo libello qui *Λέξεις χρήσιμοι* inscribitur communes habet glossas auctoritates fragmenta locorum, multum fallatur qui de hominis aetate doctrinaque (v. Ritschel. de Oro p. 79.) inde velit existimare. Quamobrem malumus opibus utiliter servatis quam incertis nominibus confidere forte casuque praemunitis. Sed in hoc quasi prooemio quaestionis nostrae subsistamus: non enim historiam lexicorum enarrare libet, sed condicionem et gradus laborum significare, quibus cognitis de Suida recte poterit iudicari. Nam qui notitiam huius generis uberiorem consequi volet, cum invabunt diligentissima *Meieri* prooemia duo in academia Halensi vulgata a. 1842. 1843.

Quodsi Suidae fontes ad eos revocamus auctores, qui aetatem tulerunt vel probabili coniectura firmantur, horum gravissimos iam Valckenarius recensuit in Adoniaz. p. 297. Nominavit enim Photium et Harpocrationem, aliud simile lexicon rhetoricum minime contemnendum, item (ut illius vocibus utar) perinsigne quoddam opusculum veteris Atticistae, ex quo nobis unus omnium egregia, fragmenta quoque comoediarum, per lexicon illud grande sparsa, conservavit; porro Ruhnkenius eum docuit e Phrynichi Apparatu nonnulla fluxisse; tandem e Zonara (quod in cap. I, 4. refutavimus) partem coniectabat esse descriptam. Brevem indicem his absolvit: *Ab his paucis diversa Suidam istius generis lexica adhibuisse vix opinor.* Hactenus ille scienter, nisi quod vana specie deceptus Atticistis locum concessit. Eundem errorem prodidit etiam Piersonus, nobilissimus Valckenarii discipulus, in Moer. p. 17. *Huiusmodi generis observationes e veteribus Atticistis derivatae apud Suidam sunt plurimae. — Huiusmodi glossae ubique per totum opus veluti totidem gemmulae dispersae sunt.* At Suidas, quoniam iis temporibus interfuit, quibus studia leporis Attici deferbuerant nec formulae selectae quaerebantur, non aliis utitur Atticistarum praeceptis et artibus nisi quas e lexicis rhetoricis et multiplici

congerie *λέξεων χρησίμων* forte derivarat. Tunc enim diversissimae lexicorum opes unum in locum contrahi solebant, interdum etiam eodem volumine iungebantur; de quo genere celeberrimus est codex Coislinianus 345. Saec. X. qui solus pretiosissimum eruditionis Graecae thesaurum custodivit. Codicem illum sive gemellum cum Suidas tractaverit et in suos usus traduxerit, placet eius argumenta summatim in conspectu collocare. Continentur autem 1. Apollonii Lex. Homericum. 2. Phrynichi Apparatus sophisticus in eclogas discerptus. 3. *Συναγωγὴ λέξεων χρησίμων.* 4. Timaei Lexicon. 5. Antiatticistes. 6. Glossae Herodoteae. 7. Moeris. 8. Lexicon Rhetoricum in Bekkeri Anecd. T. I. p. 181—318. editum. 9. *Λέξεις* ad libros Vet. Test. et Acta App. spectantes. 10. Tabula Paschalis. 11. *Λέξεις Λυκόφρονος* cum antiquissima poetae recensione. 12. *Λεξικὸν τῆς γραμματικῆς.* 13. Lexicon de Syntaxi a Bekkero proditum. Codex absolvitur libellis grammaticis, quos Bachmannus in Anecd. T. II. recepit. Horum vero 3. 4. 6. Suidas totos, 8. partim usurpavit. Nam a Phrynicho, quod Ruhnkenius contendit, nihil profecit, sed siqua habet uterque communia, fluxerunt ab epitoma quadam. Eadem observatio cadit in Lexicon de Syntaxi. Quodsi summam colligimus, lexicis usus est Harpocrationis, Photii, Timaei, Lexico Rhetorico, Glossis sacris et aliis paucis; plura tamen Scholiis debet poetarum copiosissimis. Contra lexicis de structura verborum abstinuit: quorum etsi vestigia non leviter impressa hodieque cernantur, demonstrabimus tamen in cap. III. quicquid syntaxin Graecam sapiat ab interpolatione repetendum esse. Porro vix monendum est Suidam fontes suos fideliter ac sine mendorum vel erroris suspicione descripsisse. Quod neque novum est nec tam inusitatum, ut in huius unius lexici condicionem cadat. Nam iusto iniquius pronunciat Ruhnkenius Epp. Critt. p. 180. *Nullus autem grammaticorum, si Hesychium excipias, Suida vel crebrius a librariis deceptus est vel turpius.*

5. Harpocrationem igitur, ut ab hoc exordiar, Suidas non integrum legit, sed epitomen eam cum Photio sequitur, quam liber Palatinus praestat. Epitomen autem minus proprie dictitant id exemplar lexicographi, quod testimonia solet compendifacere vel imminuta supellectile docta, praesertim memoria singulorum librorum, mutat explicationes ac totam orationem extenuat et popularem in habitum convertit. Ac ne longius abeam, specimen esto primum gl. *Ἀγραφίου.*

Harpocr. vulg. *Ἀγραφίου. εἰδός τι δίκης οὕτω καλουμένης κατὰ τῶν ὀφειλόντων μὲν τῷ δημοσίῳ καὶ διὰ τοῦτο ἐγγραφέντων, εἶτα πρὶν ἐκτῖσαι ἐξαλειφθέντων. διδάσκουσι δὲ τοῦθ' οὕτως ἔχειν Δημοσθένης τε καὶ Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Θεοκρίνου καὶ Λυκοῦργος ἐν τῷ κατ' Ἀριστογείτονος, ἔτι τε Πυθέας ἐν τῇ πρὸς τὴν ἔνδειξιν ἀπολογίᾳ.*

Harpocr. Pal. et Suid. *Ἀγρ. εἰδος δίκης κατὰ τῶν ὀφειλόντων μὲν τῷ δημοσίῳ καὶ διὰ τοῦτο ἐγγραφέντων, πρινὴ δὲ ἐκτῖσαι ἐξαλειφθέντων. οὕτω Δημοσθένης καὶ Δείναρχος καὶ Λυκοῦργος.*

Aliam faciem multa praebent exempla, quorum instar sit membrum gl. *Ἀκή*: *ἣν οἱ μὲν τὴν νῦν Πτολεμαΐδα καλουμένην οὕτω πάλαι φασὶν ὀνομάζεσθαι. Δημήτριος δὲ οὐ τὴν πόλιν ἀλλὰ*

τὴν ταύτης ἀκρόπολιν. Sic Pal. et Suidas; at reliqui Harp. libri: *ἣν Νικάνωρ ὁ περὶ μετονομασιῶν γεγραφὼς καὶ Καλλίμαχος ἐν τοῖς ὑπομνήμασι τὴν νῦν Πτολεμαΐδα καλουμένην φασὶν εἶναι· Δημήτριος δὲ ἰδίως τὴν ἀκρόπολιν τῆς Πτολεμαΐδος πρότερον Ἀκὴν ὠνομάσθαι φησίν.* Rarius autem epitomes auctor eam brevitatem affectat, quam ostendit gl. *Ἀγνίας*, ubi nihil reliquit praeterquam *ὄνομα χύριον.* Rursus nullum is de suo dedit additamentum: nam quae bis recurrunt gl. *Ἀειστώ* et *Αἰειστώ* subtexta vulgatisque Harp. exemplis adiuncta, *ἡ λέξις Διογενειανοῦ* (vel similiter conformata) *ἐν Ἀληθείας δευτέρῳ*, ea neque codices Harpocrationis agnoscunt et apud Suidam in suspicionem vel hoc nomine debent adduci, quod Diogenianum ille nusquam laudavit. In Harpocrationem tamen olim ex Suida glossae copiosae vel leviores immigraverant, quas Bekkerus tacite sustulit; itaque colorem et vim interpolationum nemo perspexerit nisi collatis priorum criticorum exemplaribus. Rem breviter in v. *Πόριος* observarat *H. Valesius* in notas Maussaci p. **322.** confirmavitque *Porsonus* in Aristophanicis Dobraei p. **19.** *Ex Suida interpolatus est Harpocration vv. ἐπιτροπή. φασκώλιον. προπεπωκότες. πρυτάνεις.* Idem Porsonus paulo crassiorem fraudem in v. *Ἰναφεύς* animadvertit, cui partem tantum suggesserit Suidas. Ceterum hic paucas Harpocrationis glossas sprevit, ut v. *Ξυστίς*, quam Photius descripsit.

Photius autem et Lexicon Rhetoricum a Bekkero Bachmannoque evulgatum thesauros formularum ac rerum Atticarum praebuerunt, quos Suidas libenter cum pulvisculo, hoc est, cum mendis codicis utriusque haud exiguis in scrinia sua derivavit. His et observationes lectissimas debet, quibus publicae Graecorum antiquitates illustrantur, additis proverbiorum et comicae dictionis luminibus, et recondita poetarum Atticorum fragmenta, quae philologos oblectant et ingenia criticorum aluerunt. Itaque Suidas olim tanquam procurator ditissimus merito suo colebatur, cum neutrius lexici copia doctis esset facta; nunc autem etsi gratiam novitatis amisit, dignitatis tamen partem retinebit, quoniam dimidium fere Photiani codicis intercidit. Ceterum Photius quod elegantiis et antiquitatibus Atticorum, quorum castam orationem neque expressit nec magnopere dilexit, tantam impendit diligentiam, nemo miretur, qui lectionem assiduam ab viro negotiosissimo cum intenta locutionum et figurarum observatione iunctam ex eius Bibliotheca cognoverit. Quam in rem satis est memorari indicia de lexicis et opusculis Atticistarum, eclogas rhetoricas ex Aristide Himerio Damascio congestas (ut quae sub inscriptione p. **349.** extant, *ὅσα παρεῖται χρεὼν ταῖς ἐκλογαῖς συντετάχθαι καλλιέπειαν ἔχοντα*), porro disputationes de verborum usu vel auctoritate, quae continentur Epist. **156.** et Quaestionibus ad Amphilochium **XXI.** (ab A. Maio in Collect. Auct. Vatic. T. I. editis) ubi Lexicon suum p. **234.** significat. Assumpsit vero cum aliorum collectiones, tum Epitomen Harpocrationis et copiosissimum illud Lexicon Rhetoricum. Haec igitur subsidia cum Suida collata nihil fere nisi apographa eiusdem operis repraesentant.

Minoribus etiam lexicis, inprimis Glossis variorum generum Suidas usus est. De quibus brevis sufficiet narratio, neque habet haec litterarum pars in quo diutius moremur. Extant igitur in codice Coisliniano quem supra memoravi Glossae Herodoteae, secundum ordinem librorum novem dispositae, sane tenues et quae rarius interpretem possint iuvare. Recepit tamen universas fere, nec sine mendis et erroribus, Suidas (quod ab eo mirere factum, qui Herodotum ipse lectitarit et frequenter in usum vocet), non paucas suscepit Timaei lexicon. Notavit quaedam a Suida commissa Wesselingius Diss. Herod. c. 5. cuius adeundus commentariolus cum additamentis Schweighäuseri sub finem Tomi VI. Iam etsi multa temere corrasit, dubito tamen Suidae duplex

peccatum sub vv. *Ζώνη* et *Σκέπη* assignare, quas ille per confusionem explicationis cum lemmate arguitur finxisse. Ceterum expendenti glossas paulo doctiores I, 85. (ubi Diogenianus appellatur) III, 156. ex vetustis lexicis derivatas, item ut eas quae fide nulla sub librum IX. coguntur aut ad suas sedes nequeunt referri, vix credibile videbitur syllogen tam exilem certum et absolutum glossarii corpus effecisse.

Maioris sunt ambitus glossae sacrae, quas dicunt, ad intelligentiam utriusque Testamenti collectae. Iam nobis otium fecisset liber *I. Chr. G. Ernestii* (Suidae et Phavorini glossae sacrae Graece — congessit et illustr. Lips. 1786. pp. 179.), quem post Epistolam de Suidae usu ad crisin et interpretationem librorum sacrorum, L. 1785. ediderat, si sedulitatem et profluentiam verborum iudicio prudenter temperasset. At neque materiam ille probe definierat, ut ratum haberet quid esset glossa sacra, nec fontes agnovit aut distinxit unde Suidas hauserat (nempe Hesychium etiam ab eo fuisse compilatum affirmat), et glossas suas sacras, quarum umbram captat levissimam, ex serie litterarum enumerat, cum deberet libris S. Scripturae singulas pro *diversitate* fontium aggregare. Hinc opusculum prodiit iusto grandius et raro profuturum. Nec maiorem attulit usum *I. Fr. Schleusnerus*, particulis duabus Auctarii Observationum in Suidam et Hesychium et alios lexicographos Graecos, ratione maxime habita glossarum sacrarum, Viteb. 1809. 1810. 4. Longe maiorem vero fructum ab eiusdem opera percipient theologi, qui glossas Suidae aliorumque lexicorum in Schleusneri Thesauris utriusque Testamenti collectas et inter se comparatas voluerint usurpare. Sed ut negotio nostro brevissime defungamur, Suidas cum neque Hebraicum teneret sermonem nec Novi Testamenti sensus ultra vulgarem interpretum captum assequeretur aut ad interiores theologiae recessus aspirasset, subsidia variorum conquisivit, quibus penuriam suam solaretur ac desideria mediocrium lectorum expleret. Primum igitur historiam quam ferunt biblicam selectis potius narrationibus, quarum lineamenta cum de Graecis interpretibus Veteris Testamenti, de Iosepho, chronicis Byzantinis similibusque rivulis traxit, tum interdum mysticis allegoricis apocryphis nugis et commentis diversarum aetatum (vide specimina prae ceteris luculenta *Ἀβραάμ*, *Ἀδάμ*, *Ἰησοῦς*, *Ἰώβ*) tanquam nobili sapore infecit, quam plenis et continuis capitibus adumbravit. Deinde non dissimili consilio locos obscuros et controversos Scripturae, quorum oratio recedit a consuetudine vulgari, per glossas sic dispertiit, ut inprimis Psalmos, Euangelia et Paulum Apostolum respiceret. Aderant autem glossaria quaedam minora, quorum nec doctrina neque verborum ambages molestiam crearent: ut illud *Io. Albertii* cura non spernenda proditum, cuius libellus sic inscriptus est, *Glossarium Graecum in sacros N. F. libros. Ed. Io. Alberti. Accedunt eiusdem Miscellanea critica in glossas nomicas, Suidam, Hesychium. LB.* 1735. Alterum glossarium non melioris notae continetur glossis Hesychii sacris, quas omnes esse spurias et opera lectorum adventicia in Hesychium insertas praeclare demonstrat *Bentleius* Epistolarum a Burneio vulgatarum 69. Sed recte fecit Suidas, quod opes eruditorum interpretum iuuis istis explicationibus adiunxit. Nemini vero tantum debet quantum Theodoreto, quem cito nomine pro viribus descripsit et glossis Psalmorum explanandis libenter accommodavit: si quis enim nostrum Indicem Auctorum sub vv. *Ἀπόστολος*, *Γραφή*, *Εὐαγγέλιον*, *Θεοδώρητος* contempletur, intelliget quod verum est, reliquas Sacrae Scripturae partes praeter Psalmos ab eo *strictim* contrectari. His tandem finibus operam suam continuit lexicographus; novas autem glossas lectores inculcarunt, a quibus alias identidem sub variis lemmatis repetitas fuisse consensus codicum ostendit.

Glossas nomicas sive publici iuris paucas animadvertimus easque sic comparatas, ut appareat Suidam omni tam sermonis Latini quam antiquitatum Romanarum et actionum legitimarum scientia caruisse. Quo minus admirandum vocabulorum etiam portenta recurrere, quae non modo rudem et in Latinis plane infantem (ut cum Montacutio loquamur) arguant, sed quamlibet etiam medelam aut explicationem aspernentur. Velut *Ἰνγρουσία* vix divinando potuit expediri; nam perversas notationes, in quibus Graeculi mire sibi placuerunt (v. *Κῆνσος — παρὰ τὸ καίνω τὸ κόπτω*), facile toleramus. Sed utcunque haec deformata sunt, fluxerunt a traditis collectionibus (unde repetenda quoque gl. *Πραίφεκτοι*, quamvis antiquitus e Polybio manaverit), ac sufficit istam Suidae partem cum *Labbaei* Glossis verborum iuris comparari, quae Glossariis ab eo congestis Lutet. 1679. adhaerent.

Novissimum in Glossis locum obtineat Timaeus: quem verbo praetermisissem, nisi viri primarii non levis error mentione dignus esset. Etenim glossas Timaei plerasque Suidas recepit, *celato semper nomine*, quod Ruhnkenius p. 113. factum incusat, tanquam ille reliquorum fontium nomina soleret annumerare. Sed invenerat Timaeum in ea lexicorum sylloge, quam codice Coisliniano custoditam supra (4.) monuimus a Suida esse usurpatam. Huic igitur partim glossas Platonicas refert acceptas, partim observationes quae Herodotum et antiquitates Graecas illustrant. At quis credat scriptorem Platonis studiosum adeo fuisse temerarium, ut in exiguum libellum, quem Photius *βραχὺ πονημάτιον* dixit, argumentum alienissimum pertraheret neque cum formulis Atticis coniunctum? aut rebus e materia dissimili petitis interpolatorem nescio quem praeposterum, quae Ruhnkenii fuit sententia, stulte abusum esse? atqui glossae istius generis centenarium paene numerum implent. Longius tamen in hac quaestione procedendum erit, quam vir ingeniosus sicco pede praeteriit. Epitomen enim ille nos tenere pronunciat; ac debuit fortasse liber olim amplior ab aliis ad hanc brevitatem redactus videri, si *Wyttenbachius* vere narrat, lexicon breve quidem esse dictionum rariorum et exquisitarum, quae grammatice explicentur, nullo cum eruditionis apparatu, accurate tamen et diligenter, utiliter item cum ad multorum locorum intelligentiam aperiendam; tum ad veram lectionem constituendam. Hem voces suaves et honorificas! in quibus praeter solam veritatem nihil desideres. Nec multis verbis opus, cum hodie nemo speret e Timaeo fructum ad Platonis intelligentiam aut emendationem sese percepturum. Immo perpaucae insunt glossae Platonicae, longe plures autem e communibus lexicis haustae, quales sunt, *Ἄγαμαι. ἀποδέχομαι, θαυμάζω ἄγαν. Ἀλαζών. ψευδής. Ἀντικρύ. κατευθύ, ἐπ' εὐθείας. Ἀτάρ. σύνδεσμος ἀντὶ τοῦ δή. Γενναῖος. ὁ εὖ γεγονώς. Διθύραμβος. ὕμνος εἰς Διόνυσον. Ἥκιστα. οὐ πάνυ. Νώ. ἡμεῖς*, et, ut unum locum addamus, *Οὐχ ἥκιστα. πάνυ*, quibus homo semidoctus Porphyrium testem ascripsit. Haeccine per interpolationem admixta putabimus? aut Graecis Romanisque tam inaudita, ut lexicographus in usum sodalis ea colligere debuerit et explicare? sic enim praefatur: *ἐξέλεξα τὰ παρὰ τῷ Φιλοσόφῳ γλωσσηματικῶς ἢ κατὰ συνήθειαν Ἀττικὴν εἰρημένα, οὐχ ὑμῖν μόνοις τοῖς Ῥωμαίοις ὄντα ἀσαφῆ, ἀλλὰ καὶ τῶν Ἑλλήνων τοῖς πλείστοις.* Enimvero parum huic professioni cum delecta glossarum convenit, adeoque verendum ne, quod in Hesychio videmus usu venire, idem in Epistolam cadat operi dissentientem. Nempe huius fundus sine dubio pendet e lexico quodam Platonico, nec quicquam subest observationis rarae, quin id in Scholiis Platonicis recurrat. Sed illa cum modici essent voluminis, postea cum variis glossis et floribus lexici rhetorici coepta sunt conflari, donec haec opusculi facies provenit. Igitur glossarum lemmata, quamvis vox apud Platonem extet, non ubique licet ad huius

auctoritatem revocare: velut *Ἔρρε. φθείρου, ἀπαλλάττου.* Apparet iam satis bene se habere codicis inscriptionem, quae Ruhnkenio displicuit, *Τιμαίου σοφιστοῦ ἐκ τῶν τοῦ Πλάτωνος λέξεων.* Et haec quidem de lexicis a Suida descriptis.

6. Brevius Scholia designare licebit, quibus ille vicem glossariorum sive *ὑπομνημάτων* (v. supra 4.) usus est. Hinc glossas selectas poetarum et historicorum decerpsit, quarum explicationem lectores requirebant, easque nube scholiorum quasi commentariis in epitomen coactis circumdare solet. Sic desideriis hominum Byzantinorum, qui nullas opes nisi parabiles et commode structas admitterent, satis prospectum videbatur. Itaque scholia, hoc est, silvam inconditam ac multis saeculis aggestam, ut invenerat, Suidas bona fide repetiit, nec raro digitos magis quam iudicium secutus plura describit quam lemma locique interpretatio poscit. Velut (nam levissimum exemplum instar aliorum sit) in v. *Ἀναξία* cum Sophoclis *ἀλλ' ἀπειρέ τις ἔποικος ἀναξία οἰκονομῶ δόμους πατρός*, plura contineat explicatione digna, non substitit in praescriptione *ἀναξία*, sed adiungit etiam quae spectent ad *ἔποικος* et *οἰκονομῶ*, universamque sententiam infra sub v. *Οἰκονομῶ* pertractat. Adde v. *Πάροινος*. Quamquam haud exiguus glossarum est numerus, in quibus scholion eruditum ac diffusum ultra necessitatem finesque concessos adeo recoquitur, ut supervacuae partes ad lectorum industriam revocari debeant. Nam quicquid eruditae frugis in scholiis animadversum esset, id in hunc thesaurum cupide traductum fuisse cum alia docent specimina, tum observatio mire detorta sub v. *Ἐξ ἀμάξης*. Ceterum quod Suidas aliis scholiorum corporibus diligenter, aliis negligentius utitur aut ea prorsus ignorat, id ipsum nobis significat, quae collectiones tum viguerint quaeque nec fuerint consummatae neque consuetudine vulgi celebratae.

Sed nullis commentariis Suidas tantum tribuit quantum Scholiis in Aristophanem. Horum enim magnam et exquisitam partem per totum opus diffudit, eaque multiplicavit etiam industria lectorum, qui particulas copiosissimi cuiusque scholii varias in glossas derivare solent vel glossis singulis tanquam auctarium apponunt. Numerum autem tot scholiorum si cui libet computare vel cum ceteris accessionibus Suidae conferre, satisfaciet Index Auctorum, ubi recensus locorum ex Aristophane laudatorum duas ferme plagulas typis minutissimis implet. Itaque haud fallitur qui Suidam opinetur in poeta comico quasi deliciis litterarum Graecarum oculos defixisse, cum eoque studiose reliquias veterum interpretum coniunxisse. Quibus cum tantum spatii concesserit, ut quodammodo novus interpres inde colligi possit, cumque Scholiis Aldinis observationes immixtae legerentur, quae manifestam proderent interpolationem: non miramur olim (v. Maussaci diss. de Harpocr. p. 396. et A. Schotti praef. in Suid. Prov. p. 329.) dubitatum fuisse, *utrum Suidas ab hodierno Scholiaste Aristophanis an vero Scholiastes a Suida sua mutuatus sit.* Verba sunt Küsteri praef. p. III. qui fraudes sane quasdam ab editoribus Scholiorum admissas (cf. annot. in v. *Ἄϊσωπος* gl. 3.) agnovit, nec potuit tamen Massari temeritatem divinare, quem recensio Dindorfii plane demonstrat multos et longissimos locos (v. Dindorf. p. VIII. et in Addendis) e Suida traduxisse. Perspexit autem Küsterus lexicographum suum plenius atque castigatius Scholiorum exemplar usurpasse; sed ut laborem ille molestum refugiebat, nec scripturae discrepantiam e Scholiis diligenter enotavit neque horum emendationi, cum Aristophanem curabat, utilissimas Suidae copias admovit. Primus eas in Scholiis Pluti Hemsterhusius sedulo comparavit, adhibito libro Leidensi; deinde praeceptoris vestigia secutus haud semel (Diatr. in Eurip. pp. 49. 204. in Adoniaz. p. 297.) monuit Valcke-

narius apud Suidam cum alias partes largiores extare, tum vetera in Thesmophoriazusas Scholia, quae tum desiderabantur, ex eo colligi posse. Tandem beneficio *Guil. Dindorfii* purum et locupletissimum Scholiorum corpus nobis contigit, quali homines Byzantini multis saeculis ad Comnenos usque utebantur. Idem etiam Suidae affuit, cuius rei saltem admonet *Σχο.* praefixum in v. *Βλιχωνία*, nec dubitare patitur utriusque comparatio quin illis temporibus haec ipsa commentariorum Aristophanicorum facies tanquam perfecta valuerit. Nam in Lysistratam et Thesmophoriazusas, ubi Scholia rarescunt et extenuantur, nihil obtulit Ravennas amplius quin id apud Suidam inveniatur. Is enim cum primariis codicibus, Ravennati et Veneto, sic conspirat et Scholiorum nunc scripturam emendatam nunc partes recens editas vel auctas confirmat, ut merito tertii codicis loco habeatur. In quo non minimi est momenti, quod quae seorsim aut Ravennas servat aut Venetus, ea confertim prodit et verbis tradit uberrimis. Sed dispar illius extitit opera, cumque Scholia copiosissima praestet in Pace, propemodum deficit in Vespis, ubi plurimae Musuri fraudes deprehenduntur e solo lexicographo ascitae. Neque vero Suidam exhausit editor aut utriusque codicis consensio tam inutilem reddit, ut non solerter adhibitus etiamnum meliores praebeat lectiones et accessiones qualiscunque pretii (ut in v. *Εὐρωτιῶν*) aut plurimum ad restituendam membrorum iuncturam conferat. Serius autem et confectis aliquot fasciculis (v. supra p. XXII.) exemplar Dindorfianum ad nos accessit; sed ut chartis et tempori parceretur, non libuit Addenda spicilegiis parum commodis onerare.

Similis est condicio Scholiorum in Sophoclem. Horum enim Suidas ut interpretum Comici plenissimam descripsit collectionem, hoc est, eam quam unus liber Florentinus custodivit. Iam post Aristophanem nullum ille poetam studiosius legit et in usus suos convertit quam Sophoclem; nempe pro captu Byzantinorum, qui prae reliquis fabulis Aiacem, Electram et utramque Oedipum terebant et libenter exarabant. Itaque factum ut Suidas locis suis Sophocleis adiungeret etiam Scholia, quae marginibus circumfusa paene cum pulvisculo recepit, praesertim cum brevitas et modesta doctrina syllogen commendaret. Rarius enim mutila proposuit Scholia: cuius rei exemplum est gl. *Οἰοβώτης*. Ipse bis ea citavit, in v. *Λύσοργος*, ubi *σχό* optimi libri praefigunt, et in v. *Ἦμαρ*, ubi vulgatum *Σχόλια* (*Σχ̃* V.) refingi debuit *σχόλιον*: vide vel Etym. M. vv. *Ἀζείδαο* et *Ἀιδρις*, item Etym. Leid. ap. Gaisf. pp. 156. 160. Iam etsi scripturam interdum praebet emendatiorem, raro tamen accessionem paulo maiorem ex eo memini me annotare: quamobrem opinabar auctarium Scholiorum in Aiacem quod ostendit v. *Θρηνεῖν*, fragmentum dico fabulae Sophocleae, aliunde petitum esse. Sed eundem locum agnoscit plenius scholion in codice Florentino G. quem Dindorfius nuper in utilissimo supplemento Schol. Soph. Vol. II. p. 90. memoravit; itemque p. 42. fragmentum alterum e Schol. uberiore Oed. R. 750. ductum et p. 95. levem observationem in v. *Ἐμφανές*. Contra quae copiose tradit v. *Ἀλύειν* iure negat Dindorfius p. 119. ad scholion poetae plenius esse revocanda. His igitur aliisque vestigiis motus speciose vir eruditus ib. p. V. iudicat Suidae codicem, e quo Scholia sumpsit, ipsi Flor. G. quam alteri Florentino sive Laurentiano similiorem fuisse. Cuius sententiam alia iuvant, alia non mediocriter infirmant. Ut in v. *Ῥαψῳδία* quae cum Laurentiano concordant, per dittographiam aucta, *τὸ δὲ ὄνομα τοῦ ῥαψῳδοῦ καθ' Ὅμηρον ἢ μεθ' Ὅμηρον ἦν*, omissis autem extremis G. sic redintegravit, *καθ' Ὅμηρον ἦν. ἀνιχρόνισεν οὖν ὁ Σοφοκλῆς*: aliter quam Dindorfius volebat p. 39. adiuvanda duco, *τὸ δὲ ὄνομα τοῦ ῥ. μεθ' Ὅμηρον ἦν*. Ceterum Suidas Electrae quidem Scholia selecta decerpsit, Antigonae (quam fabulam obiter inspexisse videtur) neglexit,

Trachiniarum et Philoctetae commentarios, quorum color ab antiquitate multum recedit, fere praetermisit.

7. In ceteris scholiis non attinet multum immorari. Nam longe rarius vestigia Scholiorum in Homerum, Thucydidem, Platonem, Lucianum deprehenduntur. Contra neque Aeschyli Scholiis usus est neque Euripidis; quod minus mirabuntur qui Suidam viderint utriusque poetae fabulas leviter attigisse, neque copiis interpretum nisi paratis et ad facilem usum accommodatis ille mentem advertit. Atqui corpus scholiorum satis absolutum in neutro tragico confectum est, quod cum Scholiis Aristophanis vel Sophoclis posset comparari. Iam observationes doctas quas duo Veneti codices Iliadis servarunt, non infrequenter Suidas in explicandis notionibus philosophorum et glossis vel significationibus repetiit; rarius tamen et paucioribus verbis librum usurpat Veneto A. similem, diligentius alterum B. unde sensus mysticos et sapientiam allegoricam hausit. Quamquam huic codici tot observationes inferioris aevi, quae potuerint e diversissimis fontibus ad Suidam redundare, sunt aspersae (vide vel gl. *Ἀγαθόν*, *Ἀφροδίτη*, *Εἴδωλον*, *Ἡρακλῆς*, *Θυμός*, *Φόβος*): ut minus tuto pronunciari liceat. Sed certum est Scholia Thucydidis multas suppeditasse rerum et verborum explicationes, quae solebant ad apparatum Atticae lectionis et lexicorum rhetoricorum referri. Harum pleraeque breves sunt, nec facile mutat Suidas aut auget scripturam traditam, quae commentariis rhetorum ac sophistarum debetur. Porro cum ordines illorum Scholiorum tam aetate quam bonitate distinguantur, antiquiora tantum assumit, nec sprevit ea quae pertinent ad interpretationem locorum insignium: horum enim dum Thucydidem assidue lectitat numerum non exiguum Suidas decerpsit. Vide specimen insigne gl. *Καταφρόνησιν*. Aliter usus diiudicari debet, quem Scholia Platonis et Luciani videantur attulisse. Iam Scholia Luciani multis in observationibus cum Suidae verbis conspirant, scilicet quod ex communi fonte hauserat uterque grammaticus. Insunt sane Scholiis istis quae magistri parum periti (nempe diversis manibus constat ea congesta fuisse) de Suida corraserint, ut Schol. Amor. 12. ex interpolata gl. *Ἀμφιλαφῆ* miro stupore ductum est aut Schol. Contempl. 7. *τορύνην: εἶδος ξύλου στρογγύλου· ἢ τὸ σκαμβὸν ξύλον καὶ οὐδέποτε ὀρθόν*, quae nemo posset expedire, nisi Suidas ostenderet duarum glossarum initia coaluisse. Adde glossas *Ἀμφράδης*, *Κωκυτός*, *Κρησφύγετα*, *Σχολιόν* in Scholia translatas. Sed talia non miramur, cum Scholia Luciani de quibuslibet angulis impari successu fuisse compilata vel potius codicum marginibus allita hodie demonstret sylloge studio Iacobitzii confecta. Suidas autem nec legerat multos Luciani libros, quem raro laudat, nec doctam opinor observationem habet, quae hunc solum ad fontem revocari debeat; immo feruntur in Scholiis narrationes longe meliores et luminibus suis commendatae, quas Suidas non videtur aspernaturus fuisse. Similis est condicio Scholiorum Platonis, quae ipsa de marginibus codicum colligi coepta sunt. Ea iusto rarius philosophi sensus et orationem peculiarem interpretantur, frequentius autem formulas, structuras, proverbia, mores ac personas antiquitatis Graecae tractant et exquisitis opibus, nominatim memoria locisque scriptorum perditorum illustrant. His vero grammaticis testes rerum Graecarum non vulgares praesto fuisse codex Bodleianus ostendit, qui subinde monuit etiam de placitis et arte Platonis; insunt etiam quae prosopographiis accepta referantur, ut narrationes de Socratis aequalibus vel adversariis. Suidas igitur partim cum Scholiis illis consentit et totidem vocibus quasi communem exhibet doctrinam, quam studiosi homines e lexicis rhetoricis derivabant; partim brevius eandem eloquitur sententiam. Velut prolixius Scholia tradunt p. 314. (in Annot. II. 1. p. 1186. corrige

numerum vitiatum) proverbium *δστράκου περιστροφή*, alterum *κοινὰ τὰ τῶν φίλων* p. 319. cum auctario quodam, Sibyllas p. 315. Chaerephontem p. 331. formulam *χαλεπὰ τὰ καλά* p. 394. (a quibus differt p. 369.) et iusto loquacius causam dicti *ὄνου σκιά*. Contra longe plenior est Suidas in v. *Παιδικά*. Hic vero consensus talis est, ut alter quidem alterum iuvet et utriusque comparatio cum fructu possit institui, Scholiorum tamen corpus sive flosculos in marginibus Platonis sparsos non videatur Suidas invenisse. Quodsi quis de tot glossis velit, ut his utar, vv. *Τέως* et *Φαῦλον* considerare, non dubitabit quin ille subsidia descripserit aliter digesta pluribusque testimoniis ornata. Fallatur autem qui Suidam, propterea quod locos e diversis Platonis dialogis non parce produxit, in eorum lectione satis versatum suspicetur neque commentarios interpretum qualescunque sprevisse. Horum enim locorum maior pars ad argumenta lexicorum rhetoricorum, praesertim Photii pertinuit, minor ad glossas Platonicas, quas olim a nescio quo collectas supra (5.) diximus in Timaeum et Scholia receptas esse; medium autem ordinem implent observationes Graeci sermonis sive *λέξεων χρησίμων* ex variis collectionibus ductae, quas lector Platonis non plane rudis minime desideraret. Inde fluxerunt animadversiones vulgaris notae, qualem habet p. 375. de formula *ὡς ἔπος εἰπεῖν* ab Suida breviter allata, sed brevius et ut peritum decuit interpretem alterum Scholion p. 397. Denique glossario Platonico debet Suidas non multa quidem, selecta tamen et certis indiciis signata: quorum est *Ἀνδραποδώδη τρίχα* et glossa prae ceteris illustris *Ἀριστίνδην. κατ' ἐκλογὴν καὶ αἵρεσιν τῶν ἀρίστων νομοθετῶν*, hoc est, ut demonstravimus, *Νόμων θ'*.

Superest ut moneamus Scholia Hippocratis et Demosthenis fidei esse nullius vel suspectae. Quorum annotationes in Hippocratem cum paucae sint et parum utiles, tum eas reiici iubet auctoritas librorum. Vide quae diximus in gl. *Ἠβός*, quae glossa portenti instar est. Sinceras quidem glossae Hippocraticae quali fuerint colore, melior pars Erotiani significat vel specimen a Gaisfordo proditum in Addendis Etym. M. p. 975. Ab his diversa Scholiorum in Demosthenem ratio fuit: quae quoties in explicandis formulis et antiquitatibus Atticorum cum Suida consentiant, annotatio frequenter ostendit. Sed tota res merum est commentum et fraus bono quasi dolo *Guil. Morelii* commissa. Nam ut princeps Suidae editor alienissimas geographorum et medicorum opes ausus est inculcare, ne quid eruditionis in copiosissimo lexico desideraretur, ita Morelius in edendis Scholiis Demosthenicis, commoda lectorum magis quam fidem librorum suorum spectans, multis Suidae glossis, aliis etiam ex codice Bavarico sumptis, apparatum auxit: unde factum ut errores Suidae vel deteriorum librorum ab eo propagarentur. Huius igitur interpolationes qui primus detexit et in annotationem relegavit, *Guil. Dindorfius* (v. in Schol. Demosth. T. I. p. 178. sq. exemplorum vim ab eo congestam quaeque in Addendis sub v. *Θεωρικά* monita sunt), idem nova recensione persuasit etiam Suidam Scholiis vetustis caruisse. Sed quascunque rerum et verborum apud oratorem explicationes ille collegit, non ex epitome commentariorum derivavit, sed e lexicis rhetoricis. Proinde variae lectiones ex vulgatis Scholiis identidem enotatae nullius iam usus sunt et auctoritatis.

8. Hactenus e doctis subsidiis Suidas cornucopiae Graeci sermonis et antiquitatum Atticarum collegerat, quod temporibus illis ad intelligentiam litterarum sacrarum et profanarum sufficere posset; idem tamen, nequa pars eruditionis deficere videretur, realis etiam quam dicunt doctrinae thesaurum adiunxit. Historiam igitur gentium antiquarum fabularem, sacram, civilem, potissimum Romanorum et Graecorum usque ad imperatores Byzantinorum clarissimos intexuit;

non ille morem recentium encyclopaediarum secutus, ut infinitam nominum illustrium et ignobilium seriem enarraret plenissime, sed satis habuit fastigia rerum antiquarum et quasi capita decerpsisse. His tamen finibus operam suam non continuit, sed vitas scriptorum, additis librorum indicibus, tanquam historiam Graecorum litteratam haud vulgarem in modum inseruit. Quodsi vastissimam spectamus materiam et molem ex commentariis omne genus accumulatam, profecto miramur temporum illorum assiduitatem et constantiam laboris, in quo vel nostrates manus quamvis exercitata deficiat. Sin vero diligentiam iudicium subtilitatem in tantis tamque dissimilibus copiis digerendis exigimus, voluntatem magis et patientiam agnoscimus quam ingenium prudens et experientia probe temperatum, ac totum negotium sic administratum plerumque videmus, ut casus potius et temeritas lectionis quam sapiens consilium dominetur. Neque iam curamus errores et naevos ex festinatione vel ignorantia rerum singularium natos, ut nomina confusa vel negligenter excepta, narrationes distractas vel a glossis suis alienas, homonymos parum severe distinctos: qualia notant Reinesius Varr. Lectt. p. 362. sqq. et Küsterus praef. p. V. Etenim talia commiserunt et committere pergunt etiam viri cautissimi, nedum ut homines Byzantinos, quorum ingenium ab arte criticaque facultate remotissimum fuit, durius accipiamus per socordiam turpiter labentes. Sed iustissime Suidas potest reprehendi, quod nec delectum in libris excerpendis ullum instituit nec luculentas glossas ex apparatu ditissimo collegit, in quibus imaginem et memoriam antiquitatis adumbraret. Immo qualescunque fontes, modo brevitate commendarentur, ille forte fortuna corripuit, obscura nomina cum claris permiscuit, narrationes fortuitas ac frivolas prolixe descripsit, et, ut generatim dicamus, fractas tabulas ex omni litterarum supellectile sic per universum opus dissipavit, ut neque summae sua ratio constet nec singulis glossis dignitas atque iunctura. Quid quod Christo locum concessurus fabulam ex apocryphis arreptam homo callidus exornat, quasi qui simplicem historiae maiestatem nugis fucatis praetexeret. Adeo saeculum illud inter tristes excerpendi compilandique sudores obtorpuerat.

Sed perstringamus istos flosculos historicae doctrinae. Primum igitur plane desunt fabulae sive capita mythologiae Graecae, quam monachi pietas aversabatur. Partem tamen nominum fabularium servavit tanquam primordia Graecorum annalium, sed mirum in modum allegoriis et artificiis pragmaticorum deformatam. Etenim auspiciis Iulii Africani scriptores christiani chronica mundi fabricaverant, quae prisca tempora gentium Asiaticarum, Graecorum, Romanorum breviter delineata cum historiis sacris conflabant. Non illa perpetuam quandam narrationem et probabilem successionem rerum spectabant, sed epitomen nominum memorabilium et quasi nucleum e fontibus turbidis et commentis umbraticis ductum eoque colore vestitum, qui novellas recentium populorum referre videatur. His igitur chronicis unice homines utebantur Byzantini, qui sententiis verbisque simillimis historiam suam universalem sic propagabant, ut tot manus et aetates ab Eusebio inde usque ad Comnenos nihil nisi familiam unam et eiusdem codicis apographa repraesentent. Maxime tamen consentiunt in rebus priscis barbarorum et Graecorum; adeoque scriptores infimi aevi Georgium Codinum in Originibus CP. multa totidem litteris, quibus Suidas, videmus consignasse. Quamobrem si fructum historicum, non criticum usum et diversam sequimur scripturam, unus et alter ex isto grege sufficit, cuius antesignani Georgius Syncellus, Chronicon Paschale, Georgius Cedrenus sunt; his accedunt, qui potissimum Graecam mythologiam et memoriam Veteris Testamenti sibi sumpserant ad captum Byzantinorum conformandam, epitomator sub initium Saec. X. cuius Ἐκλογὴ ἱστοριῶν opera Crameri (Anecd. Pariss.

II. p. 166—230.) innotuit, Georgius Hamartolus (ibidem Vol. IV. editus) et insignis tenebrio Io. Malalas; nam de reliquis temporibus quis nescit ab hoc tantas nugas esse disseminatas, ut cum aliis fabulatoribus componi nequeat? Sed nuper demum intellectum est omnibus viam praecisse Ioannem Antiochenum: qui qua diligentia chronicon mundi per varias populorum ambages ad Iustinianum usque deduxerit, plenissimum eius corpus ostendit ab *C. Müllero* (in Appendice Fragm. Hist. Graec. Vol. IV. 1851.) laudabiliter concinnatum. Is in partitione quidem totius argumenti nihil a communi tramite discessit, in singulis autem periodis unum certumque ducem sibi delegit, a quo brevissimas narrationes sine dubitatione mutuaretur; itaque factum ut opere procedente veros et fideles auctores nactus ipse disertior fieret ac munus suum probabiliter expleret. Hinc Suidas totus pendet, cumque plurimas eius glossas cum Antiocheno, qui locum insignem in Constantini Caesaris Excerptis obtinuit, tam in sensibus quam in membris habituque orationis videamus conspirare, haud temere suspicamur alias etiam particulas ex eodem officina fluxisse. Rudimentis autem huius generis praemunitis iam breviter campos lexicographi historicos peragrare licebit, quorum conspectum *Suidae Historica* per *Hieronymum Wolfium* utcunque Latine versa (Basil. 1564. 1581.) praestant. Itaque Suidas ex vetustate Graecorum paucos heroes selegit, quos pragmaticis artibus tum solebant in ratiunculas populares mutare; porro deos nonnullos vel potius simulacra deorum interposuit, non ut varietatem fabularum enarraret, sed ex instituto temporum Byzantinorum ut mysticas notiones subtiliter illustraret; itemque superstitiones gentiles et occulta sacra cum heroicis nominibus coniungit. Vide vel glossas *Λέρας*, *Κέκροψ*, *Μαρσύας*, *Ὀρφεύς* novissimam, *Παλλάδιον*, *Περσεύς*, *Πῆχος*, *Προμηθεύς*, porro notionum divinarum exempla *Ἑρμῆς* et *Ἑρμῆς ὁ Τρισμέγιστος*, *Ζεύς*, *Ἥλιος*, *Ἡρακλῆς*, et quae unam efficiunt societatem *Ἰοητεία*, *Μαγεία*, *Προφητεία*, *Οἰωνιστική*. Accedant de genere cognato *Βραχμᾶνες* et *Σερούχ*. Asiae tamen populos rarius attigit, praeter Iudaeos, quorum historiam nunc e Chronicis supra dictis nunc ex interpretibus Veteris Testamenti et Iosepho illustrat. Vide supra p. XLV. E florentissima Graecorum aetate pauca recurrunt nomina, quae Scholiis vel Lexicis Rhetoricis et historicis, praesertim Polybio debet. Plus autem tribuit imperio Romano, cuius ab cascis initiis exorsus iocularem inscitiam et Latini sermonis et morum ostendit. Vide vel vv. *Βρουμάλια*, *Λίβερνος* et *Φιβρουάριος*, ac si quis specimen nominis detorti quaerat, *Βορίανθος*, quod illi significat *Viriathus*. Sed quid Byzantini homines in antiquitatibus Romanis ausi sint, praeter alios chronicorum opifices ostendere potest excursus Georgii Cedreni p. 167—170. Paulo melius et verius sese habent glossae frequentes de viris clarissimis reipublicae Romanae, quas subsequitur recensus imperatorum usque ad Iustinianum Mauricium Theophilum deductus. Harum plerasque praebuit Io. Antiochenus sive huius Collectanea magnam partem in Excerptis Constantini reposita. Ioannes vero cum Dionem quique Dionem aut continuarant aut in brevitatem coegere, Herodianum, Zosimum, alios descripserit vel in narrationem suam illigarit, non satis tuto decernere licet, utrum comitem illum ducemque perpetuum an ipsos fontes Suidas adierit. Utrique tamen praesto fuit Eutropii breviarium, quod Graecis admodum placuit, eleganter et concinne versum ab homine sermonis utriusque perito, quem criticorum coniectura verisimilis Capitonem Lycium perhibuit. Vide Küsterum in v. *Ἀμύσσειν*, et longiora specimina sub vv. *Αὐρηλιανός*, *Πομπήιος*, *Τιβέριος*, *Φαβρίκιος*. In rebus autem labentis imperii cum alios adhibuit Suidas, tum Procopium, Theophylactum et qui facta post Mauricium tradit Nicephorum Patriarcham (vide *Ἰουστινιανός* gl. 2.) in Corpore Bonnensi cum Pisida iunctum, cuius editor Suidam neglexit.

9. His igitur historiae lineamentis nihil aliud Suidas est consecutus, nisi ut lectores ex uno volumine commode decerpere possent, quae multis in commentariis chronicisque sparsa nollent otiose pertractare. Sed philologorum ille gratiam meruit glossis numerosis, quibus historiam litterarum Graecarum peragravit et instrumento firmavit pretiosissimo. Numerum quidem et insignem earum varietatem in conspectu posuerunt *Βιογράφοι* a Westermanno collecti Brunsv. 1845. Nec vero dignitatem et usum huius partis imminuit misera condicio totius farraginis, quam Suidas magis assidue quam prudenter et cum aliqua iudicii subtilitate compilavit. Nempe Photius adhuc eo valuerat ingenio atque iudicio litterarum, ut vitas scriptorum apte referret, argumenta librorum explicaret, elocutionem et colorem orationis diiudicaret, flosculos etiam et specimina doctrinae suaviter spectanda concinnaret. Noster autem monachus opes ab aliis traditas bona fide describit, vitas et indicem librorum exiliter perstringit, mores dicta placita, quicquid est interioris notae, quod sapore quodam antiquitatis imbuere nos debet, nunc pro modo facultatum per saturam effundit, nunc silet vel minutatim ostentat; idemque si varias narrationes e diversis fontibus collegit, eas non digestas in perpetuitatem redegit, sed singulas in glossas dispertitur, ut subinde talia de diversis personis videatur accepisse. Velut duae glossae, *Τιμοκλῆς, Ἀθηναῖος, κωμικός.* — *Τιμοκλῆς ἕτερος, καὶ αὐτὸς κωμικός*, quarum neutra tituli fabularum iidem recensentur, non dubium quin ab ipsius Suidae errore ducendae sint. Vehementius tamen miramur de scriptura nominis *Στράβων* fuisse dubitatum: itaque suis locis duplex est reposita glossa, tam haec quam *Στράτων*. Harum perturbationum causam infra (10. coll. III, 2.) docemus. Porro de magnis ac primariis viris paucas servavit narrationes, quibus haud aegre neque cum doctrinae damno carere possis; quamquam intercurrunt rarae quaedam et singulares antiquitatis reliquiae, ut in v. *Σοφοκλῆς* observatio quantivis pretii, quae gravissimis quaestionibus de tetralogiis scenicis et arte Aeschyli praebuit opportunitatem. Sed tametsi Suidas materiam luculentissimam crassa Minerva subegit, et multis in partibus muneri suo defuit, ut qui copias paratas mutilare quam plena manu tradere malit, plurimos autem scriptores secundarios (v. annot. in v. *Ἕρμιππος Βηρύτιος*) plane praetermisit: mediocrem tamen illius operam grati laudamus ac praeclare nobiscum actum opinamur, quod unus saltem homo doctum propagavit instrumentum, cuius per aliorum socordiam omnis propemodum evanuit memoria. Mihi quidem tot errores et commissa videtur fractis tabulis eruditionis Graecae redemisse, quibus notitiam litterarum post Alexandrum Magnum, praesertim rhetorum et grammaticorum, probabiliter instauramus. Vide *Valcken.* in Adoniaz. p. 298. Fruamur igitur bonis huius consilio servatis, citra viri parum solertis iniquam et acerbam quae nonnullis hodieque placet insectationem; ac potius naviter agamus, quod doctrinam aetatis nostrae decet, ut primitivae sinceraeque partes reiectis accessionibus et commentis pravis eruantur, ut emendentur plurima quae labem antiquitus traxerint, ac stamina veteris famae detersis fraudibus contexantur. Id unice nos in annotatione secutos esse verbo monitum praef. p. XXII.

Verum haec facilius assensum invenient quam coniecturae de fontibus ac subsidiis, quibus Suidas in genere glossarum litterato videatur usus esse. Magnus enim numerus fuit commentariorum de vitis clarissimorum auctorum, magnus item acervus narrationum perpetuarum vel miscellarum de singulis litterarum generibus, praesertim de fatis poesis librisque superstitibus; eaque studia diligentissimis Peripateticorum laboribus exculta, disciplina grammaticorum ac thesauris bibliothecae Alexandrinae nutrita, tandem eam in molem excreverant, ut breves tot rerum institutiones et epitomae habiles requirerentur et a doctis etiam viris inchoarentur. His

igitur quicunque fuere Suidas cum indices litteratos historicorum medicorum grammaticorum rhetorum debet, tum vitas poetarum principum, quales hodie poetis scenicis, Hesiodo, Pindaro praefigi videmus ex antiquorum interpretum Prolegomenis decerptas: non enim philologiae tam cupidum eum et accuratum cognovimus, ut copiolas suas e singulis poetarum exemplaribus corrogaverit. Quid quod in memoria sophistarum Eunapium sprevit, Philostratum raro consuluit, in philosophis Diogenem Laertium nec semper neque curiose comparavit; sed philosophorum sectas et placita nonnunquam e libris ecclesiasticis depromit, Pythagoream sapientiam etiam ex anonyma Pythagorae Vita, quam Photius legerat; quod autem maxime mireris ab osore gentilium sacrorum admissum, multas ille glossas novissimis Platonicis eorumque deliris superstitionibus dicavit, auctorem adhibens Damascium, quem idem Photius in capita Bibliothecae studiosissime recepit. Porro non ea mente Suidas Athenaeum perlustrat, ut historiam et fabulas comicorum inde reportet, sed ut exiles quasdam observationes et minime reconditas colligat; quamquam vix credas heluonem istum librorum et antiquitatum, quem Eustathius devoravit, ab conditore thesauri negligi potuisse. Verumtamen ad Athenaeum posthac (cap. III, 4.) redeundum erit; nunc illud monemus, quod ad nostram facit disputationem, interdum eum et in sola comicorum memoria testem adiungi, quorum titulos quospiam attulerit, sed nullum fere locum reperiri, quin suspicione fraudis laboret per lectores invectae. Huc accedit silentium Eudociae, quam supra (I, 5.) diximus saepius appendicem istam *ὡς φησιν Ἀθήναιος ἐν Δειπνοσοφισταῖς* vel similem ignorare. Vide glossas interpolatas *Διοκλῆς*, *Ἐπίνικος*, *Ἔριφος*, *Εὔφρων*, *Ἡγήμων*, *Ἡγήσιππος*, *Λύσιππος*, *Σώπατρος παρῳδός*, *Στράττις*, et mendacium glossae *Θεόγνητος*: quo magis gl. *Σώφρων κωμικός* adventiciam esse nobis persuademus. Numquis autem a Suida profectam putet aut turpem laciniam gl. *Καρκίνος Ἀκραγαντῖνος* aut talem formulam, quae gl. *Τιμόθεος Ἀθηναῖος* subiicitur? *καὶ Κυνάριον Τιμοθέου δρᾶμα, ὡς φησιν Ἀθήναιος ἐν τοῖς αὐτοῖς αὐτοῦ*. His autem locis subtractis vix unus et alter superat; quos ipsa paucitas in suspicionem adducit. Contra habuit Suidas in promptu comicorum indicem, cuius nunc magis vestigia quam auctorem licet indagare. Quamquam non absonum fuerit haec ad amplissimam Dionysii Historiam Musicam referre: de qua disseruit Fr. Ritterus in Didymi Opusc. p. 89. Saltem in gl. *Ἐπίνικος* quae leguntur *καὶ αὐτὸς κωμικός*, non praegressa cuiusquam poetae memoria, facilem habent explicatum, si quis apud Eudociam p. 166. recensum comicorum intueatur: *Ἐπιγένης. Ἐπικράτης. Ἐπίνικος. Ἐπίχαρμος. Ἔριφος. Ἕρμιππος. Εὐθυκλῆς*. Eandem in gl. 1. *Φιλήμων* verborum *καὶ αὐτὸς κωμικὸς τῆς νέας κωμῳδίας* rationem esse perspexit Küsterus, qui similem ad causam iure revocat in v. *Ἰοῦστος Τιβεριεύς: ἐπεχείρησε μὲν καὶ αὐτὸς Ἰουδαϊκὴν ἱστορίαν συντάξαι*, post Iosephum scilicet, quem Sophronii Catalogus cum altero iunxit. Porro redolent indicem sophistarum illa, *Πολέμων ὁ νεώτερος, σοφιστής. γέγονε καὶ αὐτὸς ἐπὶ Κομόδου*, modo copulentur male disiecta *σοφιστὴς καὶ αὐτός*, item ut indicem oratorum v. *Ὑπερίδης* haec, *ἀνῃρέθη δὲ καὶ αὐτὸς ὑπὸ Ἀντιπάτρου*: tertium tamen locum in v. *Τήλεφος* negamus satis integrum esse. Ceterum Suidae glossas de comicis Atticorum complexus est Meinekius in Fragm. Com. Gr. Vol. I. p. 547—558.

Sed absolvamus quaestionem de subsidiis, quae Suidas in glossis litteratis videatur usurpasse. Narrationes quidem de patribus ecclesiae nonnullis et haereticis simpliciter ille deprompsit ex Sophronio, Graeco Hieronymi interprete, dein ex Eusebio, Socrate, Sozomeno, Philostorgio quique praeter hos de rebus christianorum tradiderunt; sic tamen in plerisque

capitibus versatus, ut in patribus et historia tam ecclesiae quam dogmatum eum vix mediocriter sapere iudicemus. Sed in reliquis partibus, quae latissime patent, si duces anquirimus, nihil aliud ipse docet nisi forulos et armaria bibliothecarum ab se perlustrata fuisse et in usum vocata. Gl. *Λαμόφιλος.* — *γράψας πάμπολλα, ἐξ ὧν ταῦτά μοι εὕρηται ἐπὶ* (sic) *ταῖς τῶν βιβλίων θήκαις.* Et gl. *Σέλευκος Ἐμισηνός: καὶ ἄλλον δέ τινα Σέλευκον εὗρον ἐν παραθήκῃ, βιβλία δὲ οὐκ ἴδιε.* Quae tamen gl. *Διονύσιος Κορίνθιος* adhaerent, ad tabulam quandam Dionysiorum referenda, *ταῦτα δὲ εὗρον καὶ ἐν Διονυσίῳ τῷ τὰ Λιθιακὰ γράψαντι. πότερος οὖν αὐτῶν οὐκ οἶδα,* lectoribus debentur. Quodsi coniectare licet de ceteris vitarum scriptoribus, Philonem Byblium ties a Stephano laudatum etiam Suidae visum esse suspicamur; eaque suspicio corroborari ptest indiciis gl. *Ἡρωδιανός*, modo ne redeant ad fontem vetustiorem: *γέγονε κατὰ τὸν Καίσαρα Ἀντωνῖνον τὸν καὶ Μάρκον, ὡς νεώτερον εἶναι καὶ Διονυσίου τοῦ τὴν Μουσικὴν Ἱστορίαν γράψαντος καὶ Φίλωνος τοῦ Βιβλίου.* Superest unus auctor, quem certo tenemus, Hesychius Illustris, cuius libellum hodie superstitem de viris eruditione claris Suidas integrum legerat. Nam quod aetatem tulit opusculum, infestam manum epitomatoris subiit et, si cum Suida comparetur, adeo florem suum amisit, ut pauca scriptorum nomina contineat, eorum autem ex vitis singularia quaedam vel frivola tradat; insunt etiam capita, quorum argumentum hisce minutiis totum compleatur. Reliquorum instar haec sunto. *Γενέθλιος ὁ Παλαισῖνος ἐν ἀκροάσει μιᾷ μελέτην ὅλην ἀπεμνημόνευσεν. Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς τοσοῦτον ἦν εὐπρεπής, ὡς ὑπό τινων προσαγορευθῆναι Λαμπετὼ καὶ χαριτοβλέφαρος. Τίμαιος Ταυρομενίτης γραοσυλλέκτρια ἐλέγετο διὰ τὸ τὰ τυχόντα ἀναγράφειν.* Verum ne multa profundamus in re manifesta: Homeri memoria continetur omnis uno membro. *Ὅμηρος ἱστορεῖται γυῖσθαι τυφλός, ὡς μὴ ἠττηθεὶς ἐπιθυμίας, ἣ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἔρχεται.* Contra longiores *idem* libellus servat narrationes de philosophis eorumque placitis, magnam partem e Diogene Laertio sumptas, quas Suidas neglexit. Is quoniam exiles istos articulos glossis suis uberioribus intexuit, non dubium est quin Hesychii commentarium reppererit copiosum et illibatum, epitomen autem quam solam hodie versamus, aliorum industria novis partibus, nominatim Diogenis auxerit. Sequitur ut in Suidae v. *Ἡσύχιος Μιλήσιος* illis, *ἔγραψεν Ὀνοματολόγον ἢ Πίνακα τῶν ἐν παιδείᾳ ὀνομαστῶν, οὗ ἐπιτομή ἐστι τοῦτο τὸ βιβλίον*, cum epitomen ignoret lexicographus, novissima statuamus ex interpolatione studiosi lectoris accessisse. Nam quod *C. Müllerus*, qui Hesychium nuper in Fragmentis Hist. Graec. Vol. IV. p. 155—177. repetiit, opinabatur p. 144. a Suida formulam in epitome lectam fuisse, quam nulla mutatione transcripserit, *οὗ ἐπιτομή ἐστι τοῦτο τὸ βιβλίον:* prodigium istud foret inscriptionis. Sed talia lectorem sapiunt, non Suidam; hunc autem vel invitum similibus additamentis auctum esse nemo miretur, qui praeter alia multa glossam probam et sinceram *Σώπατρος κωμικός* didicerit ab homine semidocto sic suppleri: *Σώπατρος παρῳδός. τούτου ἐστὶ δρᾶμα Βακχίς, ὡς Ἀθήναιος ἐν Δειπνοσοφισταῖς.* Novam scilicet et notabilem rem ille comperisse sibi visus inventum suum in margines effudit, Suidam autem in vituperationem adduxit, tanquam qui imperite comicum a parodo distingueret.

10. Sic apparatum glossarum et thesaurum rerum verborumque Suidas satis amplum construxerat. His tamen copiis vix dimidiam operis partem opinor effici. Sed inusitatam rationem *idem* utilissimo consilio secutus est, ut voces ac significationes potissimum doctas et minus tritas auctoritatibus scriptorum plurimis magis quam exquisitis illustraret. Nam Atticistae quique

praecepta puri sermonis exemplis auctorum munierant, non omnium aetatum et generum nomina cumularunt, nedum ut locos plenissimis verbis apponerent, sed delectum testium Atticorum inter quaestiones et controversias paulo difficiliores promere solebant neque voces exscribere complures, nisi cum opportunum esset. Eadem condicio fuit Lexicorum, quae Rhetorica vocantur vel Etymologica; nec dubitari potest quin epitomen perpessa sint, siqua nunc plenis utuntur testimoniis, nunc breviter ea nominibus auctorum designant: id quod apud Hesychium usu venit et Harpocrationem Palatinum supra (5.) commemoratum. Contra Suidas omnia litterarum Graecarum genera et saecula pervagatus, quicquid in diffusa scriptorum lectione novi vel eruditi deprehenderat, unde vocabulorum usus fides significatus cognosci posset et stabiliri, id totum in lexici sui penetralia transfudit, in quo negotio neque vetera recentibus, rara vulgaribus, prosam poeticis artibus secrevit ac distinxit, neque constanter auctorum nomina protulit, quasi leve momentum in iis situm esset. Id silentium criticis onus minime gratum, cui post Portum et Küsterum primus incubuit Toupius, iniunxit et iniungere pergit, ut auctores celatos impari successu debeant indagare. Sed quos auctores ille suam in rem verterit continuo docebimus; nunc paucis ac necessariis observationibus summatim ostendamus rationem, quam in testimoniis disponendis et explicandis inierit. Ac primum videtur monendum, quod ab aetate Byzantina nemo non expectet, locos scriptorum rarius integros afferri, plerumque neglectis quae in oratione longiore describentem morarentur vel pro supervacuis haberi possent. Exemplorum instar sint tot Polybiana vel Appiani fragmentum in v. *Ψαφαρόν*. Hinc innumerae criticis dubitationes atque coniecturae subnasci debent, ut locis salebrosis et suspectis si minus integritatem reddant, ac certe sententiam probabilem et explicatum sanum inveniant. Nec tamen defuit versiculis poetarum, praesertim Sophoclis, industria lectorum, qui locos parcius exhibitos addendis plusculis, sed ultra glossae consilium, tanquam privatos in usus continuarent. Hinc in gl. *Ἀμυνίας. ὄνομα κύριον*, cui sufficere potuit unus Aristophanis versus, amplius sex accesserunt, quos apparet non ad glossae sed ad comici intelligentiam desiderari. Praeterea hoc quoque compendium operae suae fecit Suidas, quod in principiis locorum nominibus cum parte membri pressis nudam formulam *Ὁ δὲ — Οἱ δὲ —* introducit. Ut in gl. *Ἴσῳ ζυγῷ* locum exorditur ab his, *Ὁ δὲ ἀγαπήσας αὐτὸν καὶ φιληθεὶς* et quae sequuntur; Iulianus autem Caesar cuius orationem decerpsit: *πότερον ὡς ὁ Σκηπίων ἐκεῖνος ὁ τὸν Λαίλιον ἀγαπήσας καὶ φιληθεὶς κτλ.* Quantum ista brevitas studia hominum doctorum eluserit, qui locos mutilos et obscuratos suis auctoribus reddere conarentur, non attinet demonstrare. *Schweighäuseri* *) quidem observatio paucas in glossas cadit. Multo vero magis miramur in gl. *Τετραποδητί* potuisse locum quempiam, *Οἱ δὲ τετραποδητὶ τρόπον τινὰ προσπλεξάμενοι ἐβιάζοντο*, licenter e Polybianis fingi dissimillimis, *διὰ τὸ τοὺς μὲν ἄλλους τόπους, εἰ μὴ τετραποδητὶ τρόπον τινὰ προσπλεξάμενοι βιάζοιντο κτλ.*, vel ex verbis historici bis prolatis, *ὥστε καὶ τοὺς ἐν τῷ συνεδρίῳ ἀχανεῖς γενέσθαι καὶ παρεκστῆναι ταῖς διανοίαις, συμπάσχοντας τῇ τῶν ἀκληρούντων ὑπερωδυνίᾳ*, prodisse tale frustulum sub v. *Ὑπερωδυνία: Οἱ δὲ συνέπασχον τῇ τῶν ἀκληρούντων ὑπερωδυνίᾳ*. Ceterum si quis unum de Collectaneis Constantini titulum versavit, non ignorat singulis excerptis particulam *ὅτι* praemitti. Similiter locos non solum historicos, quos ex illius horreo depromit, sed theologorum etiam et philo-

*) Opusc. T. II. p. 214. *In more hoc habuit lexicographus noster, ut veterum auctorum testimonia, in quibus oratio obliqua quodammodo aut infinita esset, a verbis Οἱ δὲ inciperet, quo scilicet oratio recta prodiret et verbum in indicativo modo poneretur, atque ita magis persuicua redderetur dictionis ratio.*

sophorum satis frequenter (non enim constanter id observatum) Suidas ab ὅτι exorditur; ac saepenumero Gaisfordus ex codicibus eam voculam reduxit *).

Deinde plures glossas cum Suidas sub eodem lemmate repperit, eas in unam non solet conflare, sed deinceps disponit, servatis etiam si qua insunt falsa sibique repugnant. Ac dixerit aliquis tantam Byzantinorum ignaviam, qui criticam solertiam et iudicii subtilitatem minime desiderarent, boni consulendam esse, quod largiorem materiam et incorruptam nobis ostendat. Veramtamen partem utilitatis ipse minuit confundendis mutilandisque membris, quae propter similitudinem viderentur concidi posse; turbas autem incredibiliter auxit error librariorum et nulla lectorum sedulitas: quorum librarii copias a Suida vel possessoribus temere relictas magis etiam omittendo distrahendove permiscuerunt, lectores cumulandis novis accessionibus adeo sui dissimilem fecerunt, ut posteritati stuporis et imperitiae notis obrutus male commendaretur. His tribuendum quod exemplis scriptorum subinde cum explicationibus glossae parum convenit: ut in vv. *Καταβολή*. Cf. III, 6. Nulla tamen labes molestior accidit quam dissipatio homonymorum et confusa hominum domi militiaeque clarorum memoria; quo in genere quam misera glossis litteratis obvenerit fortuna supra (9.) monuimus. Sed satis est specimen perturbationis infinitae posuisse glossas *Δημάδης*, de quibus vide novissimas curas in Addendis. Porro testimonia plura sub unam glossam coniecta nunc indiciis nullis distinguuntur, quae res saepe valuit ut locos diversos nec librarii neque editores dirimerent; nunc interposita formula *καὶ αὖθις*, quam vir doctus Chardonus Rochettus fragmenta de Babylonicis Iamblichi conquirens incaute sic accepit, tanquam auctoris praegressi novus locus subiiceretur. Sed istud *item* Suidae cum lectoribus eius industriis commune fuit, nec raro dubitare licet utrorum habenda sit annotatio locorum, praesertim eorum qui per saturam et extra legitimum ordinem cumulentur. Quamquam, ut his instar centenorum utar, quis in huiusmodi glossa, *Χρήματα χρήματ' ἀνήρ, πενιχρὸς δ' οὐδέποτ' ἀνθιός. — μέμνηται τοῦ Ἀριστοδήμου καὶ Ἀλκαίος· Ὡς γὰρ . . . καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ αὖθις Ἀριστοφάνης· Οὐκ οἶδ' ὅτι χρῆμά με ποιεῖς. Σκέψαι τοίνυν — ὑπὸ τῶν ἀεὶ δημιζόντων. Καὶ Σοφοκλῆς· Τί χρῆμα δρᾷς, Αἶαν;* et quae per sex versus decurrunt, quis igitur diffiteatur Aristophanis et Sophoclis auctoritates alienas et insitivas esse?

In explicationibus afferendis collocandisque non eandem rationem videmus extare. Priores quidem glossographi parcius eas assumebant et operam suam plerumque locis obscuris vel controversis navabant. Suidas vero quoniam materiam ex variorum commentariis derivavit, nunc panciores ascribit interpretationes, nunc crebras et confertim aggestas, quae vix in unum et alterum testimonium competant; raro nudam statuit glossam nec facile citra suspicionem fraudis ab lectoribus commissae, qui voces insolentes ex aliis scriptoribus vel ex ipsius Suidae glossis satis habeant annotasse. Hinc turpia portenta, quae obelo debent procurari: velut *Ἐφαπίδαυλος* in Anthologiae versu, quem glossa superior deformarat, vel *Τιγχάρων* e *τεττάρων* male lecto

*) *Schweighäuser.* Opusc. T. II. p. 208. *Quod autem ut alia multa, sic et hoc fragmentum ab v. ὅτι inchoavit lexicographus, id indicio est non ex ipso Polybio haec talia ab illo descripta fuisse, sed ex Constantini Porphyrogennneti Excerptis.* Qui quod morem istum ad solas observationes historicas rettulit, sane Küsterianum exemplar ob oculos habuit. Nam *Gaisfordus* demum ὅτι eclogis addidit diversissimis, quae sub unam Suidae glossam cogantur: de quo monuit in v. *Ἄβαρις* p. 8. *Hunc notam ab editoribus usum eius non intelligentibus perperam omissam in sequentibus restituam saepius e MSS.*

cupidius arrepta. Porro nominibus geographicis iidem appingere solent *ὄνομα πόλεως, ὄν. ἔθνους, ὄν. ποταμοῦ*, ubi meliores libri breviter *πόλις, ἔθνος, ποταμός*, nominibus autem propriis saltem *ὄνομα κύριον*, unde monstra syntaxis nascuntur, ut, *Τηλέγονος. ὄνομα κύριον. ὃς πρῶτος ἐφεῦρε τὴν οἰωνιστικήν κτλ.* Cf. III, 3. Interdum etiam inchoatas et imperfectas explicationes e codicibus didicimus: ut in altera gl. *Καιρός*, quam concludit *ἀντὶ τοῦ . .*, *Διεκερμάτισε, Στρῆνος.* Sed interpretationes quas ab ipso Suida profectas credere licet, iusto saepius leviter factae sunt et magis ad sensum locorum quam ad proprietatem verborum accommodatae. Ut *Ἐνέβαλεν. ἔτυψεν* num quis concoxerit, nisi quod subiicitur exemplum ostendat formulam *πληγὰς ἐνέβαλε* significari? vel *Ἠρίθμησεν. ἀπεδειλίασε, μεθ' ἡσυχίας ἦγαγε*, quae Scholiorum Aristophanis commenta simul respiciunt ad acutam poetae dictionem et eiusdem scripturam deteriorem. Multo tamen magis observandum has explicationes non solum initio glossarum reponi, sed in finem etiam reiici, nec rarius in orationem exemplorum mediam inculcari. Horum tertium genus saepe Mediolanensis editor et Küsterus per interpolationem oblitteraverant, quam optimi codices manifestam fecere. Vide modo v. *Ἀντελαμβάνοντο.* Tandem interpretamenta quasi extra ordinem adhaerent rarissime, quibus singularis exempli vox vel formula tangitur: vide vv. *Ἀντισθένης, Καρτερός, Κᾶτα.* Nos huiusmodi explicationes, siquae mediis vel extremis testimoniis allinuntur, formis typorum minutis iussimus distingui. Id institutum non solum verbis auctorum disiiciendis vel perperam conglutinandis dedit opportunitatem, sed effecit etiam ut partes exempli cum interpretatione paene coalescerent. Ut, *Ἀντ' ἄλλης ἀρχῆς ἐστι τοῦτο δρᾶν. τουτέστιν, ἀντὶ τοῦ ἄρχειν τὸ καινοτομεῖν. τῶν δὲ ἀρχαίων ἀμελεῖν.* Aristophanis verba sunt, *Δρᾶν ἀντ' ἄλλης ἀρχῆς ἐστιν, τῶν δ' ἀρχαίων ἀμελῆσαι.* Porro, *Ἐγκόνει. ἀντὶ τοῦ σπεῦδε. μέλλοντας γὰρ ἐσθίειν ἐπέχεις. δειπνεῖν κατακωλύεις πάλαι.* Eiusdem poetae sunt, *Ἐγκόνει. δειπνεῖν κατακωλύεις πάλαι*, reliqua Scholiorum, quae bifariam partiri Suidas omisit. Alibi vel interpretatio locum ipsius testimonii occupavit. Ut in v. *Ἀνέχει: καὶ Σοφοκλῆς· Οὐκ ἀνέχουσι τῶν πόνων. ἀντὶ τοῦ, οὐ περιγίνονται τῶν πόνων.* Expulso *τῶν πόνων*, quod in superiorem ordinem irrepsit, revoca manum Sophoclis in v. *Ἰηίων* plene servatam, *Οὔτε τόκοισιν ἰηίων καμάτων ἀνέχουσι.* Contrarius error gl. *Ἐπισάξαι* affecit. Plura huius generis praestabit annotatio sub v. *Τριτάλαντον.* Omnino saepius accidisse per librarios ut oratio testium ex interpretationibus obscuraretur, demonstrat altera annot. in v. *Ἐνέκαψα.*

11. Restat ut, id quod in finem huius capitis dilatum est, auctoritates et lectionem Suidae Graecam tanquam in tabula describamus. Eam quaestionem si probabiliter et ingenio temporum illorum convenienter expedire volumus, non sane speciem externam, id est, multitudinem locorum et nominum allatorum sequemur. Etenim partem ex subsidiis et fontibus plane repetiit, partem studiis privatis et adversariis diligenter instructis Suidas commiserat. Atqui certa fuere scriptorum genera, quibus interpretes poetarum et Lexica Rhetorica doctrinam suam ornare solebant, neque horum testimoniorum notae fugere possunt, si quis observet pleraque muniendis narrationibus de Graecorum antiquitatibus, praesertim iuris Attici, denique causis institutorum proverbiorum formularum explicandis fuisse destinata. Velut supra (7.) monuimus longe plurimos Platonis locos, quos nemo prorsus diffiteatur ab ipso Suida lectos annotari potuisse, Glossis Platonicis vel Lexicis Rhetoricis deberi; quibus subtractis pauci quidam et leviores Suidae relinquuntur, ut illud, *Ἔλθῃ ἀντὶ τοῦ ἐλθέτω. Νόμων θ'· Μήτε εἰς ἱερὸν ἔλθῃ μηδέν.* Multo minus dubitari licet quin auctoritates oratorum, quos rarissime videmus propter observationem

sermonis et exquisitas dictiones laudari, iisdem Lexicis Rhetoricis tribuendae sint. Nam Antiphontem Isaeum Lycurgum Hyperidem, quorum fragmenta non spernenda post Harpocrationem aliosque grammaticos Suidas exhibuit, nullus opinor Byzantinus illius aetatis suis oculis conspexit, nec facile horum verba proferuntur nisi propter cognitionem rerum civilium et moris Attici. Hinc iure colligimus et Antiphontis locum, quem v. *Σαμοθράκη* custodivit, et aliorum sub gl. 1. *Διάθεσις* et *Ὀχνῶ* congestos, qui manum eruditam produnt, ex fonte vetustiore fluxisse. Iam rarae glossae quae copiosis oratorum testimoniis usum et significatus vocabulorum illustrant, ut gl. *Ἅμα*, *Ἅττα*, *Διῦρο*, *Ἐμποδών*, *Ὁμοῦ*, *Τέως*, magnam partem etiam in aliorum horreis recurrunt vel auctaria praebent ex rivis communibus hausta. Accedat gl. *Αἰσθέσθαι*. Contra gl. *Ἀεῖ* originis est longe deterioris. Nec desunt quae per interpolationem e Lexicis de syntaxi quondam invecta fuerint: ut Isocratea sub vv. *Διαφέρω* et *Ὀνειδίζω* vulgata. Similiter iudicandum de Lysiae testimoniis, item ut de plurimis Demosthenis locis, qui diversissimis in partibus antiquitatum versantur; nisi forte paucos (vide vv. *Δέομαι*, *Διαχειρίζει*, *Διαφέρω*, *Διώκω σε*, *Κληρονομῶ*, *Μεταδίδωμι* ac glossas affines *Ἀντιβολῶ* et *Δικάζω*) excipimus, qui lexicis *syntacticis* debentur. Quodsi Suidas inter ipsam Demosthenis lectionem lumina quaedam et formulas memoria dignas excerpsisset, non dubitamus quin Scholia quaedam ut solet docta vel ad interpretationem apta de marginibus adiecta fuerint; nunc autem delectus ille Scholiorum, quem supra (7.) tetigimus, eum plane fugit aut parum tenuit. Eandem igitur iudicandi normam ad poetas transferamus. Quorum Aeschylum vix inspexit (immo tres illius fabulas, quas Byzantini prae ceteris describebant, aliorum ex commentariis videtur cognovisse); Euripidis aliquot versiculos leviter perstringit; Comicorum perditorum dicta, quae notitiam morum et locutionum suppeditabant uberrimam, apparatus lexicorum et interpretum doctorum obtulit, ac multum abest *ut fabulas* poetarum scenicorum hodie desideratas et recondita poesis Alexandrinae monumenta, Callimachi vel Nicandri, suis manibus evolverit. Sufficit vero hanc in rem (ut paucula Lycophronis et Theocriti versus mittam) et glossas Menandreas explorare, quae numerum efficiunt haud exiguum, et quae in Auctorum Indice latent sub praescriptione *Ποιητὴς ἄδηλος*. Hinc lectionem Suidae finibus non ambiguis includere licebit. Poetarum quidem classicorum, ut aevum illud ab artibus Mussarum erat remotissimum, paucos adhibuit, prae ceteris tamen Homerum, mediocriter Hesiodum et Pindarum, diligenter Sophoclem, nisi quod Philoctetam et Trachinias festinantius percurrit; sed aequabili studio, quod nunquam non mirabar in litteris parum decoris ab homine monacho consumptum fuisse, pertractat Aristophanem eiusque fabulas undecim totas in lexicon digessit. Parem autem industriam in Scholiis Sophoclis et Comici collocavit: de quibus explicavimus supra 6. Porro metricas Aesopiarum fabellarum collectiones, partim hexametris et elegiaco metro conscriptas (quarum reliquias Lachmanni Babrius p. VII. sq. posuit), partim clarissimum Babrii corpus, attente decerpsit. Vide Ind. Auctorum sub vv. *Βάβριος* et *Μῦθοι*, quasque glossas olim Knochius de Babr. p. 50. sq. enumeravit. Hodie constat non raro meliorem Babrii scripturam a Suida servari. Hunc excipit poeta labentis aevi Georgius Pisida, cuius Acroases miro favore lexicographus adhibuit, auctorem plerumque silens. Itaque versiculos sperandum est complures etiamnum apud Suidam indagari posse, siquidem nuper demum, quod suspicatus eram (v. Addenda), ad eundem exemplum gl. *Πρὸ τῶν ὅλων* redire carminum pervestigatio firmavit; ac nunc ipsum animadverto senarium in gl. *Ὕλη*, quem Pisidae tribuit gl. *Ξένας*, sine notatione praetermissum esse. Integrum autem versum supplevit Suidas gl. *Τύχη*, idemque haud semel opportunas vel necessarias lectiones

exhibet, ut in vv. *Παράβασις* et *Τέλμα*. Ceterum quicquid scripturae apud Suidam extat, Bekkerus omisit commemorare. Tandem Anthologiam ab Constantino Cephala recens paratam insigni studio perlegit et incredibilem numerum versuum, quem sedulitas lectorum etiam augebat, potissimum ex libris V. VI. VII. in scrinia sua traduxit. Corpus universum, si compendium optimorum codicum sequimur, *Ἐπιγράμματα* solet appellare *). Suidas vero sic cum libro Palatino conspirat, ut eius scripturam firmet vel suppleat; idemque meliores lectiones multas ac notitiam carminum ineditorum subministrabat, cum Anthologia Palatina latitaret in thesauris Vaticanis. Aliquantum operae Küsterus istis particulis impendit, qui frequenter specimini bus *Anthologiae ineditae* animadversiones suas, nunc plerumque deletas, distinxerat; his levius addidit supplementum e quinque epigrammatis doctus Gallus (*Chardon de la Rochette Mélanges de Critique* I. p. 92—113.), qui tunc Vaticanum librum versabat. Criticum tamen Suidae usum ex Iacobsii commentariis T. III. perspicere licebit plenissime, qui summatim eius admonuit A. Pal. T. I. p. XIX. Sed nec librarius codicis Palatini nec Suidas ubique ductus archetypi difficiliores assequi potuit; unde huius aliquot errores fluxerunt, ut in vv. *Ἄχιτιν*, *Ἀχοσιήσας*, *Λύγα*, *Ὠμησιῶν*, *Ὕστινος*.

12. Ex prosaicis autem scriptoribus eos maxime tenuit, unde historias populorum et hominum illustrium peteret. Et in sacris quidem litteris, quae diligentissimam utriusque Codicis observationem cum notitia gentium antiquarum ac rerum ecclesiasticarum et doctrina theologica iunctam requirere nobis videantur, mediocriter Suidam sapuisse nec sine ducibus Theodoreto chronicisque Byzantinorum, cum modo (5. 8.) singulatim sit demonstratum, non attinet in hoc argumento morari. Nec pluris ducimus quod raro Patres attigit, memorat tamen aliquoties Basilium, Gregorium Nazianzenum, Ioannem Chrysostomum, atque Socratem cum aliis scriptoribus ecclesiae christianae paulo prolixius delibat. Dixeris cum inter theologos philologum, inter philologos quasi theologum et disciplinae divinae magistrum haberi potuisse. Hoc tamen loco repetendum, non paucas narrationes de viris claris et Caesaribus imperii Romani, quas Dio Cassius eiusque sectatores usque ad aetatem Iustiniani tradunt, Suidam ex annalibus Ioannis Antiocheni transtulisse. Iam de principibus antiquae historiae non indiligenter ille, cura sermonis quam historiae maiore motus, Herodotum, Thucydidem, Xenophontem percurrit. Quorum Herodotum etsi suis oculis nec tantum e Scholiis et Lexicis Rhetoricis

*) *Gaisfordus* in v. *Ἀ ἄ*: *Titulus libri quem Anthologiam sive Florilegium epigrammatum nuncupare vulgo solemus, antiquitus fuisse videtur vel simpliciter Ἐπιγράμματα vel Βίβλος ἐπιγραμμάτων. Suidae codices, ubicunque iste liber citatur, plerumque exhibent (ἐν) ἐπιγράμμασι vel compendiose ἐπιγρ. Contractam formam fere semper praebet codicis A. pars vetustior, cuius recentior portio plene dat ἐπιγράμμασι. Inveni quidem singularem ἐπιγράμματι, sed rarius. Constantiae causa in sequentibus pluralem ubique non monito lectore reponam.* Huius iudicium etsi probo, quoniam tamen tota res compendiis litterarum agitur et aliquam habet varietatem (nam V. qui plerumque *ἐν ἐπιγρ.* ostendit etiam *ἐν ἐπιγράφῃ* in v. *Ἡμιδαής*, porro sub v. *Αἰθύσσω* appellatur *εἰς Ἀνακρέοντος ἐπίγραμμα*, sub *Φρῦνος* ipsum *καὶ Ἐπίγραμμα*), equidem satius duxi *ἐν Ἐπιγράμμασι* tum demum revocare, cum diserta librorum auctoritas accedebat. Eam ob causam non poenitebit glossas subiecisse consensu codicum munitas hasce: *Ἁπλοΐδας. Ἀπροϊδής. Ἀρπασόμενα. Ἀτρόμητος. Βασσαρίς. Βιαρχέος. Βιοτή* (ubi corr. *Ἐπιγράμμασιν*). *Βολίς. Βόστρυχος. Βοτηριακά. Βουχανδής. Βρέγμα. Βριθομένη. Γαῦλος. Γεωμόριον. Γλάγος. Δαΐ. Αἶσα. Ἐπεισόδιον. Ἐπήλυσιν. Ἐπιρρέξει. Εὐδίνητα. Ἰμερόεντα. Ἴουλος. Ἰοχέαιρα. Θυρεός. Κίστη. Λάπας. Λαγαρόν. Λεχώ. Ληρεῖς. Λογάδες. Λογχωτόν. Λόχμιος. Λύγδην. Λυδοί. Λύθρος. Μαίανδρος. Μεθύουσαν. Μεμυκότα. Μεταλλεύεις. Μίλτος. Μιαύαι. Μνοΐς. Νέποδες. Νομαία. Ὄγμος. Ὄλπη. Ὁμαιμος. Οὐρίαχος. Παρήγορα. Πάρθη. Πετάλοις. Πιδαχέων. Πιερία. Πολίγληνον. Πολυσπαθής. Πόππυζε. Πρίαπος. Πρίων. Προχόη. Πυκάζει. Ῥαγολόγος. Ῥίνη. Ῥόπτρον. Ῥυτῆρες. Ῥυτίς. Σειρῆνας. Σίτινον. Συλόντυχας. Τάλαρος. Ταναή. Φήγινος. Φιλήνεμος.*

cognovit, item ut Thucydidem, unde magna vis Thucydidiarum glossarum fluxit, verba tamen saepe negligenter et oblitterata dialecto describit; Xenophontis autem Anabasin dilexit, ad Cyropaediam minus attendit, reliquis libris leviter defunctus est. Ceterum inter Thucydidis lectionem ne Marcellini quidem omisit opusculum, quod sexies respexit. Impensissime vero historicos post Alexandrum M. perlegit et decerpsit, quorum insignes flores par vasta Collectanea Constantini Porphyrogenneti sparsos invenerat. Ac prae ceteris eum tituli de legationibus, de virtutibus et vitiis, tertius sententiarum oblectarunt; nam de reliquis non satis tuto iudicare licet, quamquam et ipse sub v. *Σάμβυκες* ad caput *Περὶ Ἐκφράσεως* ablegat et nuper demum novum exemplorum fontem (v. Add. in v. *Ἐφεστρίς* et *Ὑστερίζειν*) recuperavimus, titulum poliorceticum ab C. Müllero protractum. Cf. III, 5. His igitur horreis et tabulariis historiarum maximam partem Polybii, Diodori, Nicolai Damasceni, Dionysii Halicarnassensis, Iosephi, Appiani, Dionis Cassii, Eunapii, Prisci, Malchi, Menandri Protectoris et minorum quorundam auctorum, quorum agmen claudit supra (8.) dictus Ioannes Antiochenus, Suidas rettulit acceptam. In singulis quidem locis describendis negotium suum ut solet liberius peregit, subtractis vocibus vel membris; usurpavit tamen apographum bonum, quod emendationem frequenter adiuvat, interdum etiam pleniorem servarat orationem, ut in v. *Θεοδόσιος βασιλεύς*. Nam glossam perturbatam et mutilam *Πρέσβεις*, quam ad epitomen referre possis, imperita manus interiecit. Porro multas fragmentorum accessiones idem praebet, quibus corpora Niebuhrii et aliorum ditare licet; earum autem indicia scrutantibus sub Malchi, Menandri ceterorumque nominibus Index Auctorum aperiet. Ac dudum *F. Ursinus* eoque longe cautior *H. Valesius* (v. Praef. Exc.) hunc Suidae usum agnoverant et multiplicem inde fructum percepere. Iam in tanta historicorum familia fuerunt quos lexicographus non solum ex Constantini Eclogis sed suis *etiam* laboribus cognitos haberet ac proprio iudicio decerperet. Horum principatum tenet Polybius, quem assidue tractavit; unde tot fragmenta redundarunt, manifestis illa vel incertis notis deprehensa. Nicolai Damasceni, Diodori, Dionysii si forte locos prodit solus, eorum notitiam opinor ex Eclogis esse haustam: quibus quam operam navarit, vel Dionysii fragm. Ambros. XIII, 1. 2. ostendit, sive historia de ludimagistro Faliscorum, unde sex glossas exemplis illustrari videmus, partim emendatius scriptis, cf. v. *Περιποιήσει*, item v. *Κατηθλημένων*, cuius ignarus fr. XIII, 19. Maius corrupit. Eadem observatio cadit in aliquammultos Appiani locos et Dionis Cassii, de quo *Valckenarius* (in Adoniaz. p. 298. *Legeritne libros Dionis Cassii nobis perditos an aliunde Dionea derivaverit, definire non ausim*) caute dubitavit; sed Iosephum, melioribus libris usus, et Arrianum non indiligenter legit. Quo magis miramur Plutarchum (v. Wyttenbachii Praef. Mor. in Opusc. T. II. p. 332. sq.) ab eo vix in transcursu proferri, quamvis auctor Geticorum ignobilis Crito subinde commemoretur. Deinde historicos, qui rerum Byzantinarum initia tradiderant, saepenumero laudat privatis studiis exploratos, praesertim Procopium, cuius ne Anecdota quidem sprevit, Agathiam et Theophylactum Simocattam, cuius orationem ope Suidae refingi posse monuimus in Annal. Berol. a. 1836. p. 460. At Strabonem non attigit; Pausanias tamen glossas aliquot historicas suggessit, quamquam eae tam negligenter sunt administratae tantisque erroribus perfusae, ut alienas manus debeamus suspicari. Cf. III, 4.

Testibus autem rerum civilium Suidas auctores etiam philosophiae, quae tum viguit, scholasticae adiunxit; idemque scriptores quospiam propter suavitatem orationis et leporem sententiarum

utilium peragravit. Huic igitur consilio neque Platonem et Aristotelem neque historicos philosophiae potuit accommodare, sed unice substitit in commentariis Peripateticorum (quamquam ubi Philoponus describitur sub v. *Τρέφω*, praemissum videmus *Τροφή*. [hoc est, *Περὶ τροφῆς*] *Ἀριστοτέλης*), praesertim iis quibus Alexander Aphrodisiensis opus Topicorum et Ioannes Philoponus libros de anima interpretantur. Inde plurimas definitiones dialecticae artis et ontologiae hausit, saepe tamen verbis liberrime conversis ac mutilatis vel minus accurate prolatis, quorum discrepantias parum integras annotatio tradere solet; nam ipse Graecis Alexandri commentariis invitus carebam *). Alias eiusdem generis notiones parum scienter idem e Diogene Laertio (v. supra 9.) deprompsit, cuius editores Suidam paulo rarius in usum criticum veterunt. Quid quod mentem etiam ad sententias Marci Antonini Augusti intendit et Marinum Platonicum evolvit; Porphyrium autem, cuius interdum meminit, aliorum e scriniis petisse videtur. Tandem etiam superstitionibus suorum temporum, cum regia supellex inter necessarias privatae bibliothecae opes *βιβλίον τὸν ὀνειροκρίτην* (vide memorabilem recensum Cerimonialis Constantini p. 467.) circumferebat, Suidas concessit locos sat multos ex Onirocriticis Artemidori, cuius nomen constanter pressit. Mox illius exemplum alii cupidius subsecuti lexicon totum *glossis onirocriticis* repleverunt; quorum fraudes in cap. III, 5. indicabimus.

Postremo Suidas copias eruditionis particulis scriptorum aliquot ornavit, quos elegantia sermonis cum sensibus humanitatis iuncta commendaret. Horum ut libros in manum sumeret decerpendos, non illi persuasit studium elocutionis Atticae, quod modo (4.) monuimus tum prorsus exaruisse, sed valuit etiamtum nomen splendidissimum et auctoritas Photii, qui laboribus ecclesiasticis varias antiquae Graeciae lectiones et quicquid gratam vitae occupatae afferret oblectationem pulchre sociavit. Vide supra p. XLIV. Suidas igitur tanti viri vestigia subsecutus delectum auctorum instituit, unde formulas et dicta haud vulgaria suam in rem converteret. Primum igitur iidem redeunt scriptores, quos Photius studiose legerat et cum intelligentia doctrinae vel suavis orationis (vide supra 9.) exprompserat, Iamblichus Babylonicorum artifex, qui fabulam amatoriam Graeculis probavit, Philostratus de vita Apollonii Tyanei, Damascius qui vitam Isidori iocularibus Platonicorum somniis repleverat, verbis usus admodum affectatis. Quorum ex Iamblicho locos nonnullos Suidas solus servavit, a Chardono Passovioque collectos; Philostrati historias et dictiones notabiles e selectis libri partibus leviter traxit, nec Photium imitatur, qui miras argumenti varietates eadem cura qua reconditas formulas ac structuras

*) Poteram sane variam scripturam e Philoponi commentis enotare; sed labore perpetuo voluminum conferendorum defessus libens id taedium omisi, cum viderem istam Suidae partem ab nemine curari et necessitatibus huius muneris post Küsterum a Gaisfordo sperarem esse satisfactum. Sed ea spes nos fefellit. Nam etsi molestum et infinitum est prolixam Philoponi doctrinam, quam Suidas licenter immutatam contraxit, plenam afferre, multis tamen locis, quorum oratio per nimiam brevitatem vel librariorum socordiam laborat et vitium duxit, integram eam oportuit apponi. Velut in gl. *Φυσικὸς λόγος* p. 1574, 9. inde potuit facillime demonstrari mendosa *καὶ τῆς ὕλης καὶ τῶν φυσικῶν πραγμάτων καὶ τοῦ εἴδους τῆς αἰτίας* sic esse restituenda: *καὶ τῆς ὕλης τῶν φ. π. καὶ τοῦ εἴδους καὶ τῆς αἰτίας.* Deinde p. 1575, 9. corruptum *καὶ γὰρ καὶ τὸ σῶμα πανταχῆ γίνεται* ex illo debuit refingi, *καὶ γὰρ καὶ ὁ οὐρανὸς π. γ.* In v. *Αἰσθήσεις* p. 57, 1. praestat eiusdem scriptura, *εἰ δὲ καὶ ψόφου λέγομεν αἰσθέσθαι μεγάλου ἢ μικροῦ, ἀλλ' ἐνταῦθα* (editur *ἤδη δὲ καὶ ψόφου λέγομεν ᾐσθῆσθαι μ. ἢ μικροῦ. ἀλλ' ἐ.*) *κτλ.* Infra p. 57, 18. reddenda, *συναισθανόμενα τοῦ μεγέθους καὶ τοῦ σχήματος.* Sed quod maius est, non annotatur in v. *Τρέφω* p. 1198, 19. membrum necessarium et fine glossae firmatum, quod homoeoteleuton hausit: *τὸ μὲν κινοῦν καὶ κινούμενον,* [*τὸ δὲ μόνον κινούμενον, οὐκ ἔτι δὲ καὶ κινοῦν.*] Porro sub v. *Πῦρ* p. 565, 18. repone *οὐκ ἄν* et sub finem *εἰς τὴν αὐτοῦ οὐσίαν.* Haud paucas etiam librorum optimorum lectiones ex eodem Philopono licuit corroborari. Vicissim ex Suida saepenumero Trincavellianum exemplum, quod satis mendose expressum est, emendari poterit vel suppleri.

(*κάλλει ῥημάτων καὶ συνθήκης διαλάμποντα*) decerpit; sed intentius Damascii naenias pervagatus est, unde caput Photianae Bibliothecae (Cod. 242. autem narrationem de Philostratis excipit) non contemnendis auctariis historiarum et sophisticae phrasis suppletur. Monuit universe Küsterus in v. *Ἀγαθοεργία*. Nec dubitamus quin eiusdem plura latitent apud Suidam, quorum color mysticum quiddam spiret et inflatas Platonicorum argutias. Nam praeter expectationem ille non solum longiores Damascii sermones et notationes ingeniorum (ut vv. *Ἄρχων χρύσιος*, *Ἀσκληπιόδοτος*, *Εὐπείθιος*, *Ἡγίας*, *Ἡραΐσκος*, *Ἱεροκλῆς*, *Ἴλάριος*, *Ἰσίδωρος*, *Θεαγένης*, *Παμπρέπιος*, *Σαλούστιος φιλόσοφος*, *Ὑπατία*), in quibus Photius plerumque delicit, sed singulos etiam locos castigatius vel uberius scriptos consignat. Ut ubi Photius paulo dilutiorem posuit epitomen, *ὅτι φησὶ μετρίως μετέσχε τῶν ποιητικῶν ὁ Ἰσίδωρος, οὐ λίαν σπουδάσας περὶ αὐτά, ἅτε οὐχ ἁπτόμενα τῆς ψυχῆς*, Suidas plene sub v. *Ἄττα: Ὁ δὲ Ἰσίδωρος ἐμελέτα ἄττα τῶν ποιητικῶν, οὐχ ὅσον δυνάμεως, ἀλλ' ὅσον ὀρέξεως εἶχεν. εἶχε δὲ ἐπ' ἐλάχιστον τῆς πρὸς αὐτὰ συμπαθείας, ἅτε οὐχ ἁπτόμενα κτλ.* Adde praeter alias gl. *Ἑρμείας*. Has igitur lectionis delicias cum Photio habuit communes; novas autem adiunxit non solum e Synesii (cuius nomen silet) dissertationibus et epistolis haustas, quas propter eximiam verborum et sensuum gratiam cupide lectitatas esse constat, oratione tamen interdum licentius immutata (cf. v. *Φιλοσοφίας ὄφελος*), verum etiam lumina quaedam Iuliani Caesaris, quem mireris ab homine religioso tam libenter usurpatum, ut integras *τοῦ Παραβάτου* epistolas (vv. *Ἐπιστολὴ Ἰουλιανοῦ*, *Ἡρόδοτος*, *Μουσώνιος*) insereret et lepidas ex iis et orationibus sententias, nomine plerumque suppresso (ut in v. *Ἀγελαΐος*, cuius memoriam index locorum auctus praetermisit), non inscite deligeret. Plurimum tamen spatii concessit Aeliano, cuius pietatem et elegantiam fucatam mirifice dilexit. Hinc illa fragmentorum ex libris de providentia et *περὶ θείων ἐναργειῶν* (nam pauca quaeque historiam naturalem attingant praebuit opus de Nat. Anim.) incredibilis vis, quae decursu formularum et sententiarum aequabili (v. Index Obss. v. Aelianus) incedunt et quovis membro superstitionem et affectata tersissimi sermonis pigmenta ostentant. Notavit istum scholasticae facundiae pruritum et argutias cum ab aliis iactatam, tum *Αἰλιανοῦ τινος ἐν τῷ περὶ δαιμόνων προνοίας* **Ioannes Siceliota** Hermogenis interpres T. VI. p. 229. Itaque sicubi per tot locos anonymos **Valckenarius** (qui Annotatt. in N. Foed. post Oratt. p. 343. f. *praeter alia, forte centum, sine auctoris nomine prolata fragmina, haec quoque sunt ex Aeliani libello perdito περὶ Πρ.*) lumina calamistris inusta deprehendit, Aeliani nomen, teste Gaisfordo, paulo calidius appingere solet. Quamquam verum est, fragmentorum eam collectionem, quam olim **Perizonius** sive **Kühnius** e Suida ductam secundum litterarum ordinem digesserat, nec plenam esse neque copiis eruditionis illustrem, quam hodie post curas doctissimorum Batavorum Toupiique requirimus. Insunt etiam Aelianeis praeclarae quaedam narrationes de vitis Graecorum et Romanorum, quae si discesseris ab artificiis verborum et pietate nimis ambitiosa (huius enim generis nonnulla sunt admodum puerilia, ut locus ex vv. *Ἀσκὸς Κτησ.* et *Βουλυτός* redintegrandus), non displicebant et possint oblectare. Vide glossas ampliores *Ἀρχίλοχος*, *Βραγχίδαι*, *Ἔννιος*, *Ἐπίκουρος*, *Ἰαχήν*, *Ἰώνιος*, gl. 2. *Ἱππίας*, *Θεόπομπος*, *Κορνοῦτος*, *Μίλητος*, *Σιμωνίδης*, historiam e Chrysippo derivatam *Τίμωροῦντος* et ocellum artis comptissimae *Φιλήμων*. Habet igitur iustam et ingenio dignam materiam, qui reliquias Aelianeas velit ad intelligentiam illorum temporum et officinae sophisticae meliorem concinnare.

Sed haec satis fuit perstrinxisse: nihil enim aliud nobis proposueramus nisi ut summis lineis imago studiorum ac subsidiorum describeretur, quae Suidam adiuverunt.

CAPUT TERTIUM.

DE INTERPOLATORIBUS SUIDAE.

In praegressis capitibus aliquoties cursus disputationis nos ad glossas interpolatas et accessiones hominum studiosorum deduxit. Quas cum viri docti saepius in diversissimis lexici partibus observassent, id a plurium symbolis profectum et tanquam ex atomis concinnatum esse suspicabantur, adeoque dubitare coeperunt num fundus primitivus ab adventiciis copiis discerni posset. Velut Reinesius Varr. Lectt. p. 362. farraginem appellat, nomine Suidae cuiusdam praemunitam, *etsi unius auctoris non sit, sed plurium, e diversis omnium aetatum scriptoribus collecta et subinde aucta.* Hasius autem Comment. de Io. Lydo p. XXVII. pro certo habuit tam Suidam quam reliqua magna lexica, quae generis eiusdem sint, *a tot possessoribus progressu temporum aucta suppleta confusa esse, ut iam in illis quem constet a primo lexici auctore proficisci locum, vix inveniamus.* Sed de finibus interpolationis regundis paulo post viderimus; nunc breviter explicandum, quid in hac causa Suidas ab aliorum scriptorum condicione differat. Omnes enim norunt magnam temeritatem ac novandi libidinem frequenter in iis locis cerni, quorum sermo, sententia, numeri fugerent intelligentiam magistrorum; nec facile reperitur scriptor ab vulgi captu remotior aut commerciis scholarum tritus, quin ingenia grammaticorum orationem corruptam vel minus expeditam verbis planis et ex arbitrio factis in formam popularem redegerint. Hanc quidem sortem apparet ab opere Suidae collecticio prorsus alienam esse. Quamquam neque fragmenta scriptorum, quibus lexicon suum distinxit, communem labem effugerunt, nec glossae historicae copiosiores (v. supra I, 3.), quas breviandi studium et ignavia librariorum decurtare solet. Verumtamen iste morbus non ipsum Suidae corpus invasit aut antiquum eius colorem mutavit, sed intacta mansit primitiva glossarum compages et supellex docta testimoniis et observationibus antiquitatis munita. Nimirum Suidas, quod supra (II, 4. p. XLII.) monuimus, unus inter Graecos lexicographos hanc fortunam consecutus est, ut per aliquot saecula plurimis augeretur accessionibus et labor vastissimus, quem in epitomen crederes cogi debuisse, grandem in molem excresceret. Numquis enim miretur aut reprehendat possessores tanti thesauri, quod materiam fortuitam inter lectionem et studia litterarum repertam, item ut nos hodieque cum lexicis agimus, in domesticos usus marginibus commiserint? Itaque minime dolum malum et fraudem his exprobramus, qui librum ad omnium commercia paratum et expositum animi causa variis additamentis auxerunt; nam qui Polyeuctum conviciis obruit aut calculos sub vv. Ἀδάμ et *Κωνσταντινούπολις* institutos sumpsit continuandos, ut exemplis utar ex cap. I, 2.

petitis, profecto candidus homo fuit: sed quoniam istis symbolis, quippe quae nullo certo consilio per manus et aetates diversas essent subnatae, multa continentur parum prudenter attexta vel ab confessis Suidae subsidiis aliena, multa plane falsa vel quae probis glossis repugnent et lexici conditorem ignominia premant, aequum est et necessarium ut veteres sincerasque partes ab copiis adventiciis seiungamus, et quicquid ultra fines ac testes capite II. ostensos excurrat, id interpolatum et in Suidae fraudem invectum iudicemus. Hunc igitur postquam duobus saltem saeculis studiosi lectores certatim auxerant, id genus industriae paulatim substitisse videtur, neque post tempora codicum A. V. quorum in ordinem aut margines totum Suidae patrimonium cum auctariis alisse constat, quicquam observatione dignum crediderim irrepsisse.

2. Antequam tamen ad notas et classes interpolationum varias progrediamur, ipsa quaestionum series postulat ut origines errorum persequamur, quibus lex glossarum elementaria perverti videtur vel obscurari. Diximus enim supra (II, 1.) constanter a Suida cautum fuisse, non solum ut glossae secundum ordinem priorum litterarum disponerentur, sed singulatim etiam syllabae *sibi* succederent; eamque normam adeo diligenter servari, ut confusio qualiscunque manum alienam et imperitam prodat. Iam hoc loco non de glossis male repositis sed de iis quaerendum est, quarum initium mediaeve litterae ex errore natae sunt. Nempe viri docti quondam, ut illi parum honorifice de prudentia lexicographi nostri sentiebant, istos errores in unum Suidam coniecerant. His viam praierat Casaubonus*), quem sequitur Küsterus praef. p. IV. Suidam pronuncians saepe vitiosis codicibus ita fuisse deceptum, ut voces adulterinas et corruptas pro veris et genuinis acciperet. *Sic* ***Ἀμάστης apud eum habes pro Ἀχμαστής, Ἠρίθμησεν pro Ἠρίμησεν, Πεπασμένοις pro Μεμασμένοις, Τάλεσιν pro Τέλεσιν, Ὕστινος pro Ὕαγινος, Κοιλιδιᾶν pro Κυλοιδιᾶν, Φρήμας pro Δι' ἐρήμας, Δείξαντες pro Διήξαντες, Ἀλίβυες pro Οἱ Λίβυες, Ἡμιαλλόνες pro Αἱ μιαλλόνες, Θεσμοτόκον pro Ἐσμοτόκον, Ἠβός pro Ὑβός, Ἀνάρπαστοι pro Ἀνορφίαστοι, Λάψατο pro Ὀλόψατο, Δωτύς pro Ἐθητύς, Εὐχείμονος pro Λευχείμονος, Παιόλη pro Ἀπαιόλη, Παιόλημα pro Ἀπαιόλημα, Ὄζωτά pro Ὀξωτά, Ὑσήπηρος pro Οἰσυπηρός, Φόωντα pro Ἀφόωντα, Φυλοχρινεῖ pro Φιλοχρινεῖ, et alia.*** Repetit Küsterus atrum indiculum in v. *Περίεσα*, ubi praeterea commemorat *Ἀοριστύν* pro *Ὀαριστύν*, *Λάσιος* pro *Λάσιος* admissa. Idem nova piacula monstrat in v. *Νία*: ***Solet enim interdum Grammaticus noster miro stupore voces dimidiatas pro integris in serie sua ponere: ut Ἅλα pro Οὐδαλα, Ἀχῖτιν pro Λοναχῖτιν, Νῖτιν pro Γυναικωνῖτιν, et alia huius generis plura.*** Profecto si lexicon tantae molis tamque diversis auctoribus sive codicibus nisum non pluribus aut foedioribus laboraret peccatis, facile veniam deberet Suidas impetrare. Nam philologi recentium saeculorum, quamvis plurimis artis et doctrinae subsidiis muniti, si toties depravatis lectionibus fidem habuerunt, si perplexos litterarum ductus aegre sunt assecuti monstraque vocabulorum, malis codicibus vel incertis collationibus librorum confisi, iusto serius exterminarunt: cur Suidam, id est, hominem Byzantinum, neque critica subtilitate nec puris grammaticorum copiis instructum, acerbius vellicamus, quod elementis affinibus confusis apud Procopium in v. *Ἄλπειον* detorsit *Λιγούρους* in *Ἀλούρους*, et ξ obscurato

*) *Animadv. in Athen. I, 6. Quam saepe isti cucullato grammatico depravati codices errandi ansam praebuerint, scimus nos, qui in eius libris multas hoc genus culpas observavimus, ut cum φοιτάλμιος male apud Sophoclem legit pro φυτάλμιος, cum apud Pindarum φρήμας δι' αἰθέρος pro ἐρήμας, apud Theocritum δῆτα κοιλιδιόωντες pro κυλοιδιόωντες, in veteri Epigrammate ὑσίνοιο θέριστρα pro ὑαγίνοιο. Pari stupore (cur enim non dicam ligonem ligonem?) σπώλια alibi legit et probavit pro δασώλια, et ῥουβαδίουβος pro σουβαδίουβος subadiuva.*

Ὀξωτά posuit, vel Λάσιος. ὁ δασύς, cum infra Λάσια. λασέα (ubi δασέα refingi iussimus in Add.) editores fugerint omnes? aut quod crasium et vocum male diremptarum ignarus Θεσμοτόκον ab Anthologia Palatina sumpsit, ubi hodie distinguitur Θείης δ' ἐσμοτόκον, idemque Παιόλη et Παιόλημα finxit e crasibus Aristophaneis, Ὠπόσα e Sophocleo χὠπόσα? Enimvero hunc si rudem omnis litteraturae ducimus, quid Hesychium censebimus, aetatis longe melioris testem? a quo palaeographia vel potius anagnostica disciplina contempta glossas portentosas ac dimidiatas (vide saltem vv. Αἶται, Ἠροπᾶν, Ὀθῶς, Πιτίμια, Πίχειρα, quaeque praebent Küst. in Suid. v. Ἰλλάδες, Meinekius in Philologi T. III. p. 321.) singulis in paginis esse fabricatas primus demonstravit *Bentleius* Ep. ad Millium p. 33. sqq. Revertamur tamen ad Suidam. Is partem errorum, sed modicam pro difficultatibus operis infinitis, ipse commisit; partem non exiguam temeritas lectorum introduxit. Hanc vero primum in conspectu ponamus. Lectores igitur e Suidae glossis et testimoniis cum obscuras vel inauditas voces decerpsissent, cupide gemmulas istas inculcabant et in margines coniicere coeperunt, nec solicite de scripturae fide et veritate quaerebant. Inde librarii falsas glossas in ordinem transtulerunt; quarum originem cum intelligamus a solis fere Suidae copiis esse repetendam, perperam egit Küsterus hunc unum omnium facinorum reum postulans. Sed exordiamur ab commmentis minime controversis. Epigrammatum ex Anthologia versiculos Suidas non semel (vide supra II, 11. extr.) mendosos descripsit. Velut Phaniae distichon, Καὶ ψήκιραν ἄκιτιν (δοναχῖτιν) ἀπέπινσε καὶ λιποκώπους Φασγανίδας καὶ τοὺς συλόνυχας ὄνυχας (στόνυχας), propter vocabula singularia sub quattuor glossas distractum est, quarum unam nos expulimus, aliam longe pessimam Ἄκιτιν Gaisfordus propemodum eiecit. Deinde versus Antipatri ex v. Ἐανῷ ductus, Ἀ μεγάλα δ' Αἴγυπτος ἑανῷ δάψατο χαίτην (id est, ἑὰν ὠλόψατο χ.), allexit hominem curiosum ut exsculperet hanc glossam, Λάψατο. Ἀ μεγάλα — χαίτην. Ignorant eam boni libri. Adde quod infra memorabitur Τανάχαλκος. Porro quod exemplum A. in margine v. Διοχλῶ reposuerat e Lexico de Syntaxi sumptum, Πᾶσαν διοχλεῖσθαι γυναικωνῖτιν, cum novissima vox nescio quo casu disiecta fuisset, novae glossae praebuit opportunitatem: Νῖτιν. Πᾶσαν διοχλεῖσθαι γυναῖκα νῖτιν. Portentum bona fide Küsterus accepit, quod cum A. exterminare debebat. Item sub v. Αἰθήρ cum optimi codices exarassent, καὶ Πίνδαρος· Φρήμας (ἐρήμας) δι' αἰθέρος, exortus est lector male sedulus, qui sibi glossam enotaret iamiam expunctam, Φρήμας. Πίνδαρος· Φρήμας δι' αἰθέρος, ablegans etiam ad fontem suum gl. Αἰθήρ. Similiter boni libri sub v. Ἀράβιος ἄγγελος ex imperita ductuum interpretatione traxerant τεγχάρων, quod legendum erat τετάρων: unde fluxit prodigium glossae iam rite procuratum Τεγχάρων. Ἀραχμῆς μὲν αὐλεῖ, τεγχάρων δὲ παίεται. ἐν τῷ Ἀράβιος ἄγγελος. Eandem labem duxit gl. Ἀραχαρνεῦ, quod pro Ἀρυαχαρνεῦ scriptum in tres alias glossas immigravit; eademque ratione repertum in v. Ἄμπποι nomen Ἀλίβυες, id est οἱ Λίβυες, noviciam glossam Ἀλίβυες conflavit, item ut e prava scriptura v. Ἀργυροκοπεῖον, quam non intellectam admirabantur, glossam finxerunt Ἡμαντήριον. Neque studium intempestivum in iis copiis sese continuit, quas Suidas ostentat, ut olim gl. Ἀθρέμβολα homo lippiens e sanissima gl. Ἀρθρέμβολα fabricarat, itemque gl. Ναυμάχιον, cuius argumentum totidem fere litteris recte tradit v. Ἀναυμαχίου: sed aliunde malas observationes derivarunt, quae lexicographo multum obfuere. Hinc Ἤβός e glossis Hippocraticis (cf. p. L.) arreptum pro ὑβός, Κορρίδης e Κοδρίδης detortum, Πεπιασμένοις libris invitis obtrusum, quod apud Aelianum est μεμιασμένοις. At gl. Ἀοριστύν vix attinet memorare recens subornatam. Sic pleraque Küsteri crimina dilabuntur. Ceterum quae Casaubonus incusat, facile possunt elevari:

nam *Φοιτάλμιος*, quod unum vocabulum efficit glossam, ex inferiore *Φυτάλμιος* provenit, item ut *Κοιλιδιᾶν* ex altera *Κυλοιδιόωντες*, *Σχώλια* vero glossam ab errore vetusto v. *Ἀσχός* petitam codices aspernantur. Remittamus igitur Suidae iocularem gl. *Ῥουβαΐουβος*, non stultiorem illam tot glossis nomicis (cf. p. XLVI.) male pictis.

His profligatis indicem subiicimus glossarum, quarum in primordio vel mediis in syllabis peccatum est. Erroris quidem culpam nunc Suidas sustinebit, nunc ubi res litteris vulgo permutatis vel in pronunciando confusis agitur, librarios par fuerit in culpae societatem vocare. Sed posthac ordines quosdam et gradus errorum discriminabimus; interim illariam eos enumeremus.

Ἀπάχτου. Βαβακατρεῦ. Γελάδας. Γώνυμος. Δαξισμός. Δάσιος. Δωτύς. Αἴνικος. Ἐλδυνομένους. Ἐμεχωνῖται. Ἐπαφανάνθην. [*Ἐπίττουν.*] *Ἐφήγησις. Ἡμιμαλλόνες. Ἡνιμᾶσθαι. Ἤρδιον. Ἠρικνωμένον. Ἰβυκανητῶν. Ἰβύκινον. Ἴστωρ. Ἰφίστιος. Θεσμοτόκον. Θεὺς Ἄρης. Θηρατεύεσθαι. Λαιστόν. Λύγα. Λυσθείς. Ὠπόσα. Παιόλη. Παιόλημα.* [*Πλακιάδαι. Πτερυλλίδων.*] *Προστιβάδες. Ῥιαμενῇ. Σπίτταλος. Τευθήν. Τύπη. Ὕπατοι* gl. 1. *Ὑπεκώμασε. Ὑφίστιος. Φάρος* gl. 2. *Φιλόσοφος. Φόωντα. Χοίνικες* gl. 2. *Ψίμαρον.*

Iam ad confusas litteras affines redeunt paucae, *Δάσιος* (*λάσιος*), *Λύγα* (propter exemplum ex Anth. Pal. petitum *λύγα πυρός*, quod legendum erat *αὐγὰ πυρός*), *Τευθήν* (*πευθήν*), *Φάρος* gl. 2. ex incerta nominis obscuri forma derivatum, ut sub gl. 2. *Χοίνικες* locus Synesii referri videmus, ubi *φοίνικος* extat, et *Ψίμαρον* e *Χίμαρον* deflexum. Nec plures ex litteris duarum vocum male coniunctis seiunctisve prodierunt: *Ἀπάχτου*, *Θεσμοτόκον* (ex Epigrammate supra dicto), *Θεὺς Ἄρης* (pro *Δουσάρης*), *Ῥιαμενῇ* (Homericum *εἰαμενῇ*), *Σπίτταλος* (ex Aristophaneis *πρὸς τοὺς Πιττάλου*), *Ὑπεκώμασε* (id est *Ὑς ἐκώμασε*), *Φόωντα* ex Homericis *τόξ' ἀφόωντα*: eodemque referantur *Παιόλη* et *Παιόλημα*. Videtur tamen excipiendum *Ἀπάχτου* nude cum Sophoclis dicto positum; nam alibi rectum extat *Παχτοῦν*. Longe maior autem earum numerus, quarum initiales litterae ex errore vel ignorantia, praesertim in vocabulis raris, sumptae sunt: ut *Αἴνικος*, *Ἐλδυνομένους*, *Ἐμεχωνῖται*, *Ἡμιμαλλόνες*, *Ἤρδιον*, *Ἰβύκινον* et *Ἰβυκανητῶν*, *Ἴστωρ*, *Ἰφίστιος*, alia, quae scribi debuerant *Εὔνικος*, *Ἀλδαινομένους*, *Σεμεχωνῖται*, *Αἱ Μιμαλλόνες*, *Ῥῆδιον*, *Βύκινον* et *Βυκανητῶν*, *Ἔστωρ*, *Ἡφαίστιος*. Notabilior est glossa *Προστιβάδες*, cuius vicem Diodorus *τρεῖς στιβάδες*, porro *Θηρατεύεσθαι* vetus corruptio verbi *στραγγεύεσθαι*, ac mutilatae voces, capite dempto vel deformato: nempe *Γελάδας*, *Γώνυμος*, *Δαξισμός*, *Δωτύς*. Contra vix ad Suidam referre licet *Ἐπίττουν* (*Ὑπεπίττουν*), glossam perperam collocatam, nedum ut monstra scripturae *Ἡμέχτεον*, *Πλακιάδαι*, *Πτερυλλίδων* feramus, quae plenis vocibus in sua sede, hoc est, in vv. *Περιημάχτεον*, *Ὦ Λακιάδαι*, *Τετραπτερυλλίδων*, exhibentur. Ceterum non apparet quid de glossis vitii suspectis *Ἀπερράπισεν*, *Γάμβορος*, *Λαιστόν*, *Νία* statuendum sit. Tandem relinquitur aenigmatis istar capite truncata gl. *Φιλόσοφος* p. 610. quam cum constet ad Philippum Opuntium spectare, nemo tamen lemmatis rationem explanavit.

Alter ordo glossas vitiosas eas complectitur, quae mediis in vocibus errorem ostendant ex litteris depravatis vel secus acceptis repetendum. Earum magna pars Suidam arguit eosdem in laqueos incidisse, in quos etiam recentioris aetatis critici saepius sese induerunt, dum aut similes litterarum figuras permutant aut errores e pronunciatione vel levitate librariorum natos parum

assequuntur. Hinc apud Suidam *Ἀμύειν*, *Ἀνάρπαστοι*, *Ἀλαιοί*, *Ἀαψίδων*, *Ἀειδία*, *Ἐξεπιώχατον*, *Εὐθυγενής*, *Ἥμειν*, *Θιάσομαι ὅλη*, *Ὀζωτά*, *Πιγνύη*, *Πρόβολος*, ubi sincera fuit scriptura *Ἀνύειν*, *Ἀνοργίαστοι*, *Ἄϊλιοι*, *Ἀαψιλῶν*, *Ἀειλία*, *Ἐξεπώχατον*, *Εὐθυτενής*, *Ἴσμειν*, *Θιάσῳ μαινόλῃ*, *Ὀξωτά*, *Πιτύη*, *Πρόλοβος*, quod infra sub h. v. eodem cum mendo recurrit. Alia per malam pronunciationem vocalium irrepserant, ut *Ἐγχαινίδες*, *Ἐπίλυσιν*, *Θρηναχία*, *Κερωτή*, *Ναίεθος*, *Ποίθωι*, id est, *Πύθιοι*, item *Τημοῦχος*, quod mireris una cum exemplo profectum a sanissima gl. *Ἐπίχουρος*, et absonum commentum *Τοῖιν*. Non minimus tamen errorum numerus ad incuriam librariorum redit aut ad fraudes lectorum intempestivas. Aperta quidem illorum peccata sunt *Ἐπαιώνιστο* (*Ἐπεπαιώνιστο*), *Θρυαλλεῖ* (ut apud Hesychium *Ἰαλάσι*), *Κιφησοφῶν* (item ut alterum portentum *Κησιφῶν*), *Κολάκρετον*, *Κολασσαεύς* (praemunitum illud glossae sua sede depulsae *Κολοσσαεῖς*), *Κολιάς* (quod infra legitur recte scriptum), *Μεμαχυῖα*, *Μεμαστιλημένος* ex inferiore gl. *Μυσιλᾶται* fictum, item ut *Ὠοτοκάταξις*. *ὄνομα κύριον* ab homine curioso fabricatum e glossa proba; porro *Στράτων Ἀμασεύς* e gl. *Στράβων* recoctum (cf. p. LIII. et dittographiam *Πρίσκος* sub v. *Κρίσκης* inculcatam), *Ταναχαλκος* ex Epigrammatis versu perperam conflatum, *Ψαμίς* temere procusum ex altero *Ψαλίς*: nec dubitamus quin ab eadem officina provenerint et *Υἱωνός* cum continua *Υἱῶσαι* male post v. *Ὑων* intrusa et *Ὑπαίμαχε. διέφθειρεν* ex Anthologiae versu satis inscite subornatum. V. infra 6. Possunt etiam alia probabiliter ad lectores operis transferri; ne tamen omnes huius generis lapsus a Suida depellamus, cavebunt duae glossae vetustis sub auctoribus admissae, *Ταινίαι* ante *Τένθαις* sua in serie, tanquam esset *τενίαι*, locatum, et *Ὑπειρέσιον*, *Ὑπειρετικοῖς*, quae per $\overline{\eta}$ debuerant exarari: adeo tum malus pronunciandi mos inveteraverat. Nec plane fugerant talia librarios diligentes: cuius rei significationem elicimus ex observatione marg. A. *Πετῖτον. κεῖται ἐν τῷ* $\overline{\text{παι}}$ *διφθόγγῳ ἐσφαλμένως*, respicienti ad praegressam glossam nomicam *Παιτῖτα*. Porro deceptus libris Athenaei corruptis sub v. *Εὔσχημος* comicum tradit Euschemum, qui fuit Ephippus et infra suam sedem invenit; contra gl. 2. *Ἔφιππος* quae prorsus ad Ephorum spectat, error fortuitus effecit ut ad malum lemma pertraheretur. Relinquuntur etiam glossulae quaedam, de quibus non uno modo coniectari potest, ut *Ἀδιή*, *Δείξαντες*, *Εὐχείμονος*. His igitur causis fraudum vel errorum omnibus ut par est expensis sequitur ut ex eo numero, quem Küsterus confecit allatis *Ἀμάσιης*, *Δείξαντες*, *Ἠρίθμησεν*, *Κοιλιδιᾶν*, *Ὕστινος*, solam novissimam praeter *Δείξαντες* agnoscamus; nam *Ἀμάστης* istud paulo post ad suam originem revocabimus.

Itaque posterior glossarum mendosarum ordo hisce glossis continetur:

Ἀδιή. *Ἀθρήνη*. *Ἀμύειν*. *Ἀνάρπαστοι*. *Ἄναιτος*. *Ἀνιππασία*. *Ἀνυπόβλητον*. *Ἀώρησις*. *Ἀπευήχασιν*. *Ἄπειροι γῦπες*. *Ἀρρηνόφορεῖν*. *Ἀρρήσιος*. *Βοώτης* gl. 2. *Ἀαψίδων*. *Λέδοιμι*. *Ἀειδία*. *Ἀείξαντες*. *Ἀιαπεράναντες*. *Ἀραχαρνεῦ*. *Ἀυσδιάλλακτον*. *Ἀλαιοί*. *Ἐγχαινίδες*. *Ἐγκυκλήθητι*. *Ἐκπήγνυσθαι*. *Ἐμπολεμῶσαι*. *Ἐναυλήματα*. *Ἐξεπιώκατον*. [*Ἐπαιώνιστο*.] *Ἐπίλυσιν*. *Εὐθυγενής*. *Εὔσχημος*. *Εὐχείμονος*. [*Ἔφιππος* gl. 2.] *Ἥμειν*. *Θαυμάλωψ*. *Θιάσομαι ὅλη*. [*Θρηναχία*.] *Κιγκλός*. *Κοιλύσυριος*. *Κυνήιος*. *Ναίεθος*. *Ξεναλίζω*. *Ὀξωτά*. *Ὀργμεύοντες*. *Οὐδεναιύς*. *Οὐκ ἐκνεομένως*. *Πιγνύη*. *Πιτυάνη*. *Προβιβάζεις*. *Πρόβολος*. *Προεξειρεσία*. *Ποίθιοι*. *Ῥομβοστωμυλήθρα*. *Σαμυδησσός*. *Ταονθαρύζειν*. *Ὑπειρέσιον*. *Ὑπειρετικοῖς*. *Ὕστινος*.

3. Hactenus aliud agentes in recensu glossarum suspectarum probavimus Suidam variorum accessionibus, qui maiorem fidem diligentiamve quam scientiam afferrent, locupletatum et erroribus repletum fuisse. Sequitur ut diversissimos interpolationis gradus et fontes summatim distinguamus; quibus cognitis leviores etiam formas (nam in omnibus minimis fraudibus nec libet neque vacat immorari) facilius licebit observari. Iam ut a fontibus exordiamur, unde lectores materiam augendo lexico derivabant, magnam quidem partem ipse Suidas obtulit, quem intentissima cura tanquam horreum eruditionis rimabantur; non spernendam autem copiam ex auctoribus omnium ordinum tanquam per saturam adiungebant. Suidas igitur quoties vitas hominum clarorum tradit, quoties observationem prodit morum Graecive sermonis haud vulgarem aut in testimoniis nomina hominum atque voces ostendit paulo rariores, studiosi solent advolare, marginibus aliarum glossarum istas delicias doctrinae Byzantinae committunt, interdum etiam glossis opportunis auctaria subiiciunt, tandem suo Marte nova lemmata condunt, quorum sub praescriptionibus spolia nullo sudore parta reponant, nec falsis corruptisve lectionibus sese deterreri patiuntur. Utamur in re minime recondita tribus exemplis, *Ἐκτραορδιναρίους*, *Ὡρωπία*, *Χαλκέντερος*. Prima quidem glossa, *Ἐ. Ῥωμαϊκὴ λέξις. δηλοῖ δὲ ἐπιλέκτους*, si comparetur cum membro novissimo gl. *Πραιφεκτοι* (*τοὺς καλουμένους ἐκτραορδιναρίους, ὃ μεθερμηνευόμενον ἐπιλέκτους δηλοῖ*), deinde gl. *Ὡρωπία. χώρα* (cf. v. *Σαγγάριος*) quae vetus appendix praeter opinionem est allita, *Ὁ δὲ Δημοσθένης ἐπεθύμησε ῥητορικῆς, Καλλίστρατον θεασάμενος τὸν ῥήτορα ὑπὲρ Ὡρωπίων λέγοντα*, cum in vita Demosthenis prima recurrat, gl. *Χαλκέντερος* autem cum notissimi cognominis rationem iisdem fere verbis, sed incerta sede iactatis, explicet, quae suo loco gl. *Λίδυμος Διδύμου* possit: quis credat in observationes intuens per solam curiositatem repetitas Suidam sua ipsius scrinia tanquam fortuitos in discentium usus expilasse? Inprimis vero nomina propria minus pervulgata, quibus nudam formulam *ὄνομα κύριον* addi videmus, sectantur. Hinc perversum extitit facinus *Ἄδμωνι τῷ Μιτυληναίῳ*, ductum illud ex verbis male lectis gl. *Ῥοδώπιδος ἀνάθημα*. In quo studio longius progressi memoriam virorum illustrium supplent, ubi Suidas his peculiares glossas destinare neglexerat; sed tam simpliciter illi suum opus peragunt, ut oratio crasso filo contexta neminem fallere possit. Vide vel gl. 4. *Ποσειδώνιος* et supra p. LVIII. Ut cum Critiam et Stilichonis res gestas inculcant glossis superioribus usi: *Κριτίας. Τοιγάρτοι τῆς τοῦ βίου προαιρέσεως ἐπαξίως ἔτυχεν ὁ Θηραμένης τῆς τελευτῆς, Κριτίου κρίναντος αὐτόν. Στελίχων. ὄνομα κύριον. ὃς σὺν Ῥουφίνῳ ἐπὶ Ἀρκαδίου καὶ Ὀνωρίου ἄμφω τὰ πάντα συνήρπαζον. Μάλεος. ὄνομα κύριον. Φαιστός, πόλις Κρήτης. Ὅμηρος — ἀποέργει. Μάλεος γάρ τις κτλ.* Ubi nemo non intelligit temere compilari, quae unice glossae *Φαιστός* conveniant; ac fraudis admonet Leidensis extra seriem ista reponens. Porro pessimum inventum *Ὡροτοκάταξις. ὄνομα κύριον* unde fluxerit supra (2.) dictum est. Quid quod homo curiosior, quem Küsterus ineptum et semidoctum librarium taxat, dum Aristogitonem Harmodii sodalem anquirit, gl. 1. *Ἀριστογείτων Κυδιμάχου* suspicionem nostris codicibus vetustiorem subtexuit hanc: *Ζήτει περὶ τοῦδε τοῦ Ἀριστογείτονος, μήποτέ ἐστιν οὗτος ὁ Ἁρμοδίου ἑταῖρος*. Ceterum istud commentum facit ut moneamus interdum fontem, unde haec et plura peti possint, subiecto *ζήτει* vel *ἔστιν ἐν τῷ . .* (*καὶ πλατύτερον ἐν τῷ Ἀπατούρια* v. *Δόρπεια*) indicari; nam quae huiusmodi formulam prae se ferant ad lectores, non ad lexicographum (ut fit in Etym. M.) esse referenda non modo librorum auctoritas, quibus ista pleraque desunt, sed ipsarum annotationum color persuadet. Velut quae hodie sunt expulsa, *Αὐξίλια. ἔστιν ἐν τῷ Ψιλός. Αὐξητική. ἔστιν ἐν τῷ Γεννητική*. Post v. *Γενιάς*: *ζήτει ἐν τῷ Ἀπόνοια κτλ.* nempe vocis exemplum luculentum e Procopianis eruendum

esse. Huc adde *Γενικαὶ ἀρεταὶ δ'*. Semel originem testimonii nudum indicavit lemma, sub v. *Ζηλῶσαι*, ubi *Ἡρόδοτος* declarat ex v. *Ἡρόδοτος* Iuliani locum esse haustum. Sed observationibus rerum in aliis angulis delitescentium, quae potissimum Byzantinos allicerent, nulla glossa pluribus abundat, quam una *Στήλη*. Nos quantum per codices licuit omnes fere delevimus vel uncis circumscripsimus; eandemque rationem in maxima parte glossarum interpolatarum vel repetitarum, quibus Suidas suas ipse copias expilasse videbatur, constanter secuti sumus, modo cubilia hominum sedulorum mire latitantia maturo possem investigare. Nam incredibilis illorum industria fidem propemodum excedit, qui non solum levissimas res annotatione dignas habuerint ac describant, sed argumentum glossae cuiuspiam ter quaterve dissitas in sedes rapiant; nec vero solicite cavent ne manum clandestinam vestigiis imperitae festinationis notatam deprehendamus. Sic opera facillima perspicitur gl. *Ἀραχαρνεῦ* in tres glossas transfusam, verba gl. *Ἀετίτης* (quae codex A. verisimiliter dedit, *Ἀ. καὶ ἀχάτης καὶ λυχνίτης εἶδος λίθου*) duabus materiam praebuisse, quarum omnium fons fuit v. *Χρυσίτης*, grammaticam autem glossam *Ἁπλᾶ καὶ διπλᾶ καὶ πολλαπλᾶ καὶ πάντα περισπῶσι τὰ τοιαῦτα. ἀργυρᾶ, χρυσᾶ, κεραμεᾶ ἀπὸ τοῦ κεραμεοῦν, καὶ φοινικιᾶ ἀπὸ τοῦ φοινικιοῦν*, particulatim in gl. *Ἁπλᾶ*, *Πολλαπλᾶ*, *Χρυσᾶ* fuisse distractam: ut mittam supra (2.) commemorata. Sed prae ceteris insigne specimen illius industriae praebet v. *Χημεία*, quam duae manus ex eadem gl. *Διοκλητιανός* sibi sumpserant instruendam. Verum sufficit hanc in rem ad locos in v. *Ἀγαπητόν* collectos ablegare. Ergo cum glossae vel particulae glossarum repetitae per totum opus disseminatae sint, quarum vim et varietatem infinitam paene singulis in paginis annotatio suppeditabit, earum indagatio multiplicem usum criticis affert: primum ut comparatis inter se tot eiusdem praecepti fragmentis fontes glossarum ac primitivae sedes eruantur, deinde loci scriptorum ut emendentur suppleantur redintegrentur socordia librariorum mutilati vel depravati. Hac enim tutissima via plurimis auctorum testimoniis salutem et inopinatam medelam parare licet, ubi sermo hiat neque coniectura quantumvis acuta potest ad probabilem exitum pervenire. Documento sit instar aliarum gl. *Κύκλωσις*, cui lucem et integritatem ex altera *Περιέπτυξαν* recuperavimus serius observata. Nec tantum in his altioribus criticae quaestionibus iuvat ex latebris protraxisse, quae faciem quasi plenissimam unius glossae reddant, sed in levioribus etiam argumentis, ubi particulas cognatas vel finitimas in summam collegimus, regitur ac firmatur iudicium de scriptura ex ambiguis et dissonis codicum lectionibus concinnanda. Vide glossas eiusdem ordinis *Μεσόγειων*, *Ὑπόγειων*, *Χρυσόγειων*. Porro contractiores sunt, quas ex aliis uberrimis suspiceris in epitomen missas, diligentior autem comparatio docebat a diversis fontibus esse profectas: ut vv. *Μηλιακὸν πλοῖον* et *Τὸ Μηλιακὸν πλοῖον*. Sed nolumus nunc singulatim ista cumulare, cum harum rerum delectum et varias cautiones abunde suppeditent Addenda nostra. Nam ipse procedente demum opere mirabundus in multas lacinias incidi, quas nemo neque expectet alicubi latitare nec facile queat indagare, nisi mentem intentissimam ac memoriam in minutiis parum fructuosis defigat. Numquis enim opinione praesumat locum sub gl. *Καιρός* propter vocem *καίρια* inculcatum, *Ὁ δὲ Ἰουστινιανός, εἴτε ὑπὸ γήρως τὰ καίρια οὐ φρονῶν, εἴτε ἄλλως ἔμελλε τὴν ὀρθογνώμονα περὶ Χριστοῦ δόξαν διακυκήσειν, εἰ μὴ ᾤχετο ἐξ ἀνθρώπων*, ex gl. *Ἰουλιανὸς Ἁλικαρνασσεύς* cum vitiosa scriptura nominis *Ἰουστινιανὸς* ab homine negligentissimo decerpi potuisse, qui per festinationem ne membrum quidem illud, *εἴτε ὑπὸ τοῦ γήρως τὰ καιριώτατα οἰ φρονᾶν*, intactum siverit? Sed quantopere Suidas coniunctis lectorum et librariorum fraudibus infectus fuerit, posthac etiam novis exemplis declarabitur.

4. Hinc cursus nostrae narrationis ad alios auctores deflectit, unde non unum genus accessionum manavit. Pauca quidem interveniunt, quorum neque consilium divinare licet neque auctoritates. Saltem conviciorum in Polyeuctum patriarcham iactorum, quae supra I, 2. disceptavimus, architectum appellat codicum annotatio sub v. *Θρασύμαχος*: *σχόλιον Μιχαὴλ μοναχοῦ τοῦ Νοσσαΐτου*. Contra latet nos quicunque pia mente commercium epistolicum Chrysogoni confessoris et Anastasiae sub v. *Χρυσόγονος* interposuit, quod sive colorem spectamus sive longitudinem digressionis, prorsus a Suidae rationibus abludit. Nec magis intelligitur quo referenda sit annotatio nunc ejecta *Μὰ τὰ λάχανα*, formulam quandam Armeniorum peristringens; fuit enim qui lecta glossa *Ῥαδαμάνθυος ὅρκος* plebeium iurandi morem observari iuberet (*σημεῖον τοῦτο περὶ ὅρκου*), unde prodiit talis sententia: *σ. τοῦτο περὶ ὅρκου. ὃ καὶ νῦν ἐπιχωριάζει. πολλοὶ γὰρ πρὸς λάχανα ὀμνύουσιν, εὐορκίαν ἐπιδεικνύμενοι. ἐπιχωριάζει δ' εἰσέτι καὶ τοῖς ἀλλογίμοις Ἀρμενιακοῖς τὸ Μὰ τὰ καλά*. Ubi vel liber A. monet ut duplicem interpolantium manum distinguamus, ab novissima autem aetate suspicemur profecta: *ἐπιχωριάζει δ' εἰσέτι . . . Ἀρμενιακοῖς τὸ Μὰ τὰ λάχανα*. Porro recentem sapiunt originem et ***Ioannis Damasceni*** *versiculi* duo, *Τὴν ἀγριωπὸν ἀκρατῶς γαυρουμένην* (v. Add. in v. *Ἀγριωπός*), et alter bis inculcatus cum auctario (v. in v. *Ἀνειμέναι* et initium dicti apud Etym. M. v. *Ἀνειμένη*), *Ἀνιμένων πόλοιο παμφαῶν πτυχῶν Μύστης ὁρᾷ*: et versus politici ***Michaelis Pselli***, quos hodie constat tribus in glossis (vide Küsteri praef. p. II.) omni fide destitutos e Zonara illatos esse.

Verum haec leviora sunt. E scriptoribus autem quibus abusi sunt lectores semidocti, primus expendi debet **Athenaeus**. Illum igitur vidimus (I, 5. II, 9. p. LIV.) in solis comicorum titulis laudari, sic tamen ut istud *ὥς φησιν Ἀθήναιος* aut ab Eudocia praetermittatur aut gravissimas ob causas in suspicionem adducatur; in aliis vero quaestionibus, quarum materiam videtur offerre debuisse copiosissimam, ab lexicographo (II, 12.) non adhibitum fuisse. Nam quod Küsterus levi specie commotus duos priores Athenaei libros, quorum hodie superest Epitoma, sibi persuaserat integriores Suidae praesto fuisse, sola nititur glossa *Λῖρειν*. Atqui formulam convivalem una cum testimoniis poetarum comicorum ille sumpsit ab eo Lexico Rhetorico, quod in Seguerianis extat. Ergo demptis locis, qui pertinent ad indicem poetarum, modicus relinquitur glossarum numerus, isque totus e duobus Epitomae libris decerptus. Quamquam repugnare videntur electa quaedam, quorum tabulam e reliquis libris congestam post decessores nostros in Auctorum Indice servavimus intactam. Sed gl. *Κατέσεις* et *Ναΐς* non Athenaeus sed Photius et Harpocratio praebuere. Gl. *Φαλλοφόροι* (quod vel voces *ἐκ βύβλου δέρματος* misere consarcinatae arguunt) e gl. *Σῆμος* fluxit, huic autem post memoriam opusculi *περὶ παιάνων* quae subtexuntur temere quaesita, ea lector l. XIV. sub mala praescriptione, *ἐν τούτῳ δὲ μνημονεύει μουσικῶν τινῶν ἰδιῶν τούτων*, festinans paravit. Gl. *Μενεκράτης* cum notissima libri VII. (in annotatione Küsterus posuit VIII.) narratione nihil commune habet praeter argumentum simillimum. Contra quae eidem libro VII. debetur appendix gl. *Ἀφύα*, satis diligenter huius verbis respondet. Dein auctarium gl. *Τιμόθεος* exorsum ab verbis, *Ὅτι Ἀλέξανδρος φιλήκοος ἦν εἴπερ τις ἄλλος τῶν μουσικῶν*, quod sedem haud aptiorem invenit inv. *Ἀλέξανδρος*, derivatum illud e glossa collecticia *Ὀρθιασμάτων*, nihil est cur ad Athenaeum revocetur. Perversum gl. *Πολύευκτος* errorem, qui nomen fabulae in poetam scenicum convertit, ne Küsterus quidem ausus est in Suidam transferre. Superest omnium pessima *Σωσίβιος Λάκων*, quam apparet liberius ex copiis l. XIV. p. 621. esse compilatam; ac si quis consideret et narrationem

apud Athenaeum eam subsequi, quae glossae *Σῆμος* augendae pabulum attulit, et observationem ab eadem formula *ἐν τούτοις δὲ ἱστορεῖ καὶ τοῦτο* inchoari, merito coniectet utramque glossam eidem artifici deberi. Sed incredibili socordia quisquis fuit non solum *ἐν τούτοις* inculcat, non praegressa librorum mentione, sed confinxit etiam titulos, cum clausula sueta *καὶ ἄλλα*. His igitur profligatis res ad glossas et eclogas Epitomae duorum priorum librorum redit. De quibus quid existimandum sit vel ex illa congerie, quam gl. *Ἀθήναιος* talibus verbis introducit, *ἐν ᾧ μνημονεύει, ὅσοι τῶν παλαιῶν μεγαλοψύχως ἐδοξαν ἑστιᾶν*, facile potest cognosci. Cumulantur enim res mirabiles, quae versantur in antiquitatibus conviviorum, ex Epit. p. 3. et 4. temere nec sine erroribus arreptae et ab aliis lectoribus per varias lexici glossas diffusae. Hanc autem farraginem aliae continuant, ut vv. *Ἀπίκιος*, *Ὅμηρος* (p. 685.), *Ὄρχησις*, *Πάμφιλος*, *Πίθυλλος* (unde profecit aliquis in v. *Περιγλωττίς*), *Τιμαχίδας*, *Φιλόξενος*, partim per extremam ignaviam corrasae, ut v. *Πυλάδης*, in quibus Byzantini tantopere sibi placuerunt, ut frivolam istam materiam in plurimos glossarum quasi rivulos diducerent. Interdum etiam eiusdem scriptoris nomen adhaeret, velut in pusillo dicto v. *Ῥώμη*: *Ὅτι τὴν Ῥώμην ἐπιτομὴν τῆς οἰκουμένης εἶπεν Ἀθήναιος*. Quodsi tot annotationes unam in summam colligimus, nusquam color earum glossarum apparet, quas certum est a Suida profectas et in consilium operis suscepti quadrare. Nec quisquam opinetur hunc in duobus libris substiturum fuisse, cum largissimam materiam illud antiquitatum cornucopiae decerpendam praeberet. Contra lectores tam effusis studiis raram captabant eruditionem, ut quibuslibet ac levissimis lemmatis Athenaeum ne diligenter quidem lectum appingerent. Vide v. *Καταιονῶσι* et glossam *Ἀχήματα* misero panno decoratam: nam cum Athenaeus priscas balneorum rationes illustraus sic tradat, *ἴσασι* (*ἥρωες*) *δὲ καὶ λουτρὰ ἄχη πόνων παντοῖα* et quae sequuntur, imprudens homo locum subornavit, exordio praemisso puerili, *Καὶ ἄχη πόνων, τὰ λουτρά κτλ.* Quaedam etiam cum codicibus expulsa sunt, ut v. *Βράβηλα*. Itaque speciosas symbolas omnes serius invectas esse contendimus.

Minor Pausaniae fuit usus, quem in vitis hominum illustrium aliquoties adhibitum, sed adeo negligenter monuimus (p. LXI.) esse descriptum, ut manus alienas suspicari debeamus. Nam si quis animum ad glossam nunc sublatam *Ταινία* advertat, quae prolixis verbis rem frivolam e Pausaniae narratione v. *Μίλων* traduxerat, facile coniectet in alias etiam particulas importunam sedulitatem potuisse grassari. Huc accedit alia fraus olim in v. *Λεοντίσκος* a lectore quodam illata, qui per festinationem argumenta gl. *Σώστρατος* misere perturbavit. Nec prudentius egit alter, qui eodem abusus fonte iusto plenius auctarium in gl. *Ἀκροχειρίζεσθαι* immisit; quippe digitos secutus, postquam commenticii nominis *Ἀκροχερσίτης* causam indidem attulerat, subiecit etiam narrationem alienissimam, *ἦν δὲ καὶ Λεοντίσκος, Μεσσήνιος ἐκ Σικελίας, παραπλησίως ἀγωνιζόμενος. οὗτος δὲ ἐπάλαιε.* Maximus tamen error inest ipsi glossae *Σώστρατος*, ubi novissima *διδαχθῆναι δὲ αὐτὸν παρὰ Κλεάρχῳ μαθητῇ Εὐχείρου τοῦ Κορινθίου καὶ Χείλωνος Πατρέως* primum intercepto membro, quod ad Pythagoram statuarium spectat, conflata sunt; tres autem ultimas voces numquis credat e Pausaniae verbis, quae post longam intercapedinem ad aliam athletam transeunt, *Χείλωνι δὲ Ἀχαιῷ Πατρεῖ δύο μὲν Ὀλυμπικαὶ νῖκαι πάλης ἀνδρῶν, μία δὲ ἐγένετο ἐν Δελφοῖς κτλ.*, ab litteratore mentis sanae decerpta cum praegressis sociari potuisse? Nempe Suidas saltem rudimenta litterarum perceperat. Sed plane gemellum stuporis ac temeritatis documentum videmus in gl. *Κλειτόμαχος* (ubi v. annot.) editum, unde colligimus Pausaniam lectores inter Byzantinos infimi subsellii nactum esse. At

nihil huiusmodi commissum in longioribus glossis, quas Suidas suo Marte deprompsit, ut vv. *Πολυδάμας* et *Φιλοποίμην*. Nam quod gl. *Ἄγις* posuit, ubi debuerat *Ἀγησίπολις*, id haud aegre condonabitur. Tandem exortus est extremi ingenii magistellus, qui lemmati *Νίκων* aspergeret narrationem Pausaniae de Theagene copiosam, quasi locus communis *νικῶν* sive clarissimorum victorum esset exornandus.

Nonnulla suggessit etiam Herodianus historicus, cuius interveniunt loci paucissimi. Huic vix debetur narratio brevis de Septimio Severo (v. *Σεβῆρος*, cum parte gl. *Βυζάντιον*) quam nemo nisi Ioannes Antiochenus (v. supra II, 8.) inter tot copiolas historiae augustae suppeditavit. Puto duo tantum flosculi relinquuntur, in vv. *Ἀνάθεσις* (propter formulam *τριῶν ἡμερῶν διήσαντες ἀνάθεσιν*) et *Καθοσιούμενος*, ubi quod verbis *Ὁ δὲ πρός τε ταῦτα ἀγαναχτήσας* interponitur talis explicatio, quam vix potuit nisi lector ipsius Herodiani conficere, *Ὁ δὲ ἀγαναχτήσας ἐπὶ τῇ τῆς ἀρχῆς παραλύσει*, dubites num a Suida profecta sit. Sed de hoc iudicium penes alios esto. Nos enim satis habemus gl. *Ἀμάσης* removisse, cuius errorem Küsterus in Suidae piaculis numeravit. Extat vero nudum lemma cum hoc exemplo: *Ἀμάσης. Πείθουσιν ἄνδρα γενναῖόν τε καὶ ἀμάσην εἰσελθόντα ἀποπνῖξαι τὸν Κόμοδον, ὄνομα Νάρκισσον.* Apparet auctorem glossae, qui vocis nullam invenerit interpretationem, ad tantum portentum obstupuisse; sed perversis oculis utebatur nullaque Graeci sermonis scientia, qui rectum *ἀχμασήν* apud Herodianum non legeret aut depravatum non agnosceret. Verumtamen Byzantini lectores quam otiosis sensibus praediti fuerint, Zosimi demonstrat narratio post gl. *Κρίσκης* olim invecta, quam exordiuntur verba *Πρίσκος ὄνομα τοῦ υἱοῦ Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου:* nempe voluerant *Κρίσπος*, Zosimi scripturam.

Prae ceteris autem Comicus cum Scholiis, quorum vestigia repperissent per totum opus frequenter sparsa, oculos hominum studiosorum advertit; nec post tot specimina quisquam expectet in hac parte cautius eos esse versatos, sic ut iniuriam Suidae nullam inferrent. Enimvero plerumque nihil illi spectasse videntur, nisi quam plurimis opibus ut eum larga manu locupletarent, neque necessitatem et usum ex consilio lexici curabant. Hinc strophae scenicae primordium describunt, tanquam tirones instituendi forent: *Στροφή. ἐκ τῶν Ἀριστοφάνους Ὀρνίθων ᾠδή, ἤτοι στροφή· Μοῦσα λοχμαία, Ποικίλη, μεθ' ἧς ἐγὼ Νάπαισι κορυφαῖς τ' ἐν ὀρείαις Ἰζόμενος μιλίας ἐπὶ φυλλοκόμου, καὶ τὰ ἑξῆς.* Porro versus novem ex Aristophanis Ranis sub *Τοία Στυγὸς σε μελανοκάρδιος πέτρα*, in quibus splendorem orationis admirabantur, simpliciter apponunt, nec verbum amplius. Iam quis causam eius glossae capiat, quae sub *Εἰ μὲν οὖν ἄνθρωπος* tres Comici tetrametros cum Scholiis interpolavit, nec tamen particulas istas attingit, nisi succurrat auctior gl. *Λοιδορεῖσθαι τοὺς πονηροὺς οὐδέν ἐστ' ἐπίφθονον*, unde superior manavit. Hactenus merito valet reprehensio *Küsteri*, modo possessores Suidae perstringat: *Hic et alibi saepe iudicium compilatoris requiro, qui multa auctorum loca lexico huic inseruit, non res et sensum, sed tantum seriem litterarum spectans.* Multo minoris operae fuit, quod isti versiculum poetae citra necessitatem continuant, proximis adiungendis: ut in v. *Εἴλλειν* accidit, quod Küsterum fugit, ubi post senarium *Μὴ νῦν περὶ σαυτὸν εἰλλε τὴν γνώμην ἀεί* et Scholium cum testimonio Thucydidis haec inopinato sequuntur, *ἀλλ' ἀποχάλα τὴν φροντίδ' ἐς τὸν ἀέρα κτλ.* Longe maximum tamen additamentum eadem, opinor, manus contulit ad amplificandam gl. *Νομάδις*. Cf. supra II, 10. Plus etiam sibi concessit, qui mirabilem appendicem gl. *Καινοτομεῖ*

subiecit: *Ὅτι τὸ καινοτομεῖν ἐπὶ τοῦ ἄρχειν. Ἀριστοφάνης· Τοῦτο γὰρ ἡμῖν ἀντ' ἄλλης ἀρχῆς ἐστι. καινοτομία.* Cf. v. *Ἀντ' ἄλλης ἀρχῆς* et supra II, 10. extr. Quo minus inexpectatum accidit commentum stulti hominis, qui *Κολάκρετον* appositis poetae versiculis extudit. Similiter gl. *Τυννουτού* post *Τοὔνεκα* irrepsit, cf. IV, 1. extr. Tot igitur exemplis levitatis et infantiae collectis hoc lucramur, ut errorem plane singularem, qui glossam *Ἔμβολα* turpiter infecit, a Suida liceat amoliri: *Ἀριστοφάνης· Ἔμβολον δέ φασι χρημάτων ἔχειν αὐτόν.* Ubi homo temerarius caeco impetu, quod apud Comicum nemo prodidit inventum, e *σίμβλον* fabricatus est *ἔμβολον*. Nec dubitabimus etiam gl. *Τίμων* insiticiis copiis liberare, quorum causa Suidam summi stuporis Porsonus insimulavit. Nam quae feruntur, *Τίμων. ὄνομα κύριον. ὁ μισάνθρωπος καλούμενος. ἦν δὲ καθαρός:* ex iis nihil lexicographo relinquitur nisi *ὁ μισάνθρωπος καλούμενος*, quibus aliquis abusus est ad praegressa coloranda, *Τίμων. [ὁ μισάνθρωπος καὶ αὐτὸς] φιλόσοφος ἀποστρεφόμενος πᾶσαν αἵρεσιν.* Item v. *Στρουθός. οὕτως Ἀττικοί* industria lectoris auxit Scholio Comici prorsus alieno, sed pellexit eum interpretatio *στρουθῶν*, cum Aristophaneis *Σοφοκλέους μελῶν, κιχλῶν* adiecta vidisset *αἱ κίχλαι εἶδος στρουθῶν.* Quodsi studia magistrorum nihil intermiserunt, quominus Suidam omnibus modis collocupletarent, licebit etiam Scholium in v. *Κώδιον* ultra fas expromptum ad horum ingenia transferre, praesertim clausulam vulgaris notae, *ἦν δὲ ὁ Κρατῖνος τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας, πρεσβύτερος Ἀριστοφάνους, τῶν δοκίμων ἄγαν.* Etenim istis haud raro satisfecit qualiscunque Scholiorum sermo, unde glossam perficerent vel illustrarent. Itaque gl. *Ταχυναυτεῖ* exemplum ascripserunt, quod Scholium in v. *Πάραλος* ministravit; item curiositatis causa gl. *Κατερρυηκυιῶν γυναικῶν* ex v. *Φενάκη* male ductam; sed miserrime gl. *Διαφορουμένης*, quae plane debet expungi, conformarunt: ubi *Διαφορουμένης τῆς κρόκης ὑπὸ τῶν ἀλεκτρυόνων. ἀντὶ τοῦ διασπωμένης* nata sunt ex Aristophaneis cum Scholio, *τῆς κρόκης φορουμένης ὑπὸ τῶν ἀλεκτρυόνων. ἀντὶ τοῦ διαφορουμένης, διασπωμένης*, his vero successit locus Arriani breviter compositus e pleniore glossa praegressa *Διαφορῆσαι.* Interpretationes autem in lemmatis locum abisse demonstrat etiam gl. *Πλατύπιλος. κυνῆ Θεσσαλίς. περὶ πίλου λέγει*, perperam ex gl. *Ἡλιοστερὴς κυνῆ* sive Scholio Sophoclis ducta. Addo gl. sublatam *Προσπεφυκότως.* Quo magis verisimile fit ab istis lectoribus profectas esse glossas Herodoteas, quibus lemma praefigitur ex interpretatione natum: ut *Ζυγοί* et *Σκέπη*, vide p. XLV. Verumtamen ista de tot fraudibus ad hoc unum genus accurate cognoscendum sufficiant.

5. Sequitur ut ordines quosdam glossarum et quasi locos communes, unde magna vis interpolationis Suidam obruerat, breviter complectamur. Sunt autem, missis sacris glossis (vide p. XLV.), versus onirocritici, formulae proverbiales, sententiae morales, glossae syntacticae quaeque ad fabricam verborum spectant. His minora quaedam capita sunt affinia, velut *oraculorum* collectio sub glossis *Χρησμός.*

Exordiamur ab iis glossis, quae simplicem poscunt narrationem, id est, ab versibus onirocriticis. Olim enim aliquammulti senarii per totum opus sparsi ferebantur, qui succinctam somniorum quorumvis interpretationem traderent. Eorum pars ad *Astrampsychum* redit, pars ad *Nicephorum Patriarcham*, utrosque Nic. Rigaltio secundum litterarum ordinem vulgatos, quorum ille numeros quam voces dedit tolerabiliores, hic legem versuum politicorum secutus misere sententias expressit. Specimen Nicephori hoc esto: *Ἰχθύας ἔσθειν οὐκ εὐηθές σοι τόδε.* Nec differt auctarium, si rem spectes, supervacuum, *Σημείωσις ὀνειράτων διὰ στίχων*, quod

Millerus nuper edidit *Catalogue des MSS. Grecs de la Bibl. de l'Escurial* p. 168—170. Versus igitur plerique Suidam immigraverant, citra poetae quidem praescriptionem; quos ab alterutro codicum praestantissimorum aut in marginem coniectos una cum formula *λύσις ὀνείρου* aut praetermissos cum Gaisfordus magnam partem uncis notasset, ego prorsus eodem unde pedem intulerant ablegavi. Monuit autem *Küsterus* praef. p. II. de libro A. *In eo enim multa loca, quae in recentioribus MSS. omnibusque edd. hodiernis reperiuntur, vel omnino desunt, vel recentiore interdum manu ad marginem scripta sunt: veluti versus onirocritici, qui ex Astrampsycho vel Nicephoro in Lexicon hoc translati sunt.* Idem paulo magis circumscripte sub v. *Ἀργὸν ἔτος: Idem autem in antiquissimo codice Paris. A. non in textu, sed in margine scriptus est; ut et reliqui versus ὀνειροκριτικοί, qui in Suidae Lexico hodie leguntur.* Hinc eius tertiam annotationem recte licebit interpretari post v. *Πολλόν: Ceterum in antiquissimo MS. A. et hic et reliqui versus oneirocritici omnes desunt.* Tandem omnes ille damnat, a recentioribus insertos esse pronuncians post v. *Γελῶν.* Quodsi quis recordetur quanta superstitione principes Byzantinorum (vide p. LXII.) artes et libellos de somniorum interpretatione coluerint, vix maiorem fidem habebit glossis frequenter ex Artemidoro decerptis, quae tacito nomine scriptoris (non enim huc facit v. *Τευτάζειν*) parum fideliter illius orationem reddunt. Quamquam his adeo codicum auctoritas favet, ut satis maturo debuerint inculcari; diversam vero faciem ostendit interpolata glossa *Ὄνειρος*, partim ex Artemidoreis contexta: *Ὁ. Ἀγχῶνες οἵ εἰσι μέρος τῆς οἰκίας, καὶ πάντα τὰ προσπιησσόμενα κατ' ὄναρ τὸ κόσμιον τοῦ βίου σημαίνει. Ἐνύπνιον. ὅτι τὰ ἐνύπνια ἀναπτεροῦσιν ἄφρονας.* Ab istis vehementer discrepant liberius formatae definitiones Artemidori sub v. *Ἐνύπνιον.*

Pergamus ad proverbia formulasque proverbiales, quibus Suidas abundat. Sunt vero partim germana cumque primordiis lexici coniuncta, magnam tamen eius partem occupant aliena, quorum fraudes certis notis possunt deprehendi. Legitima quidem proverbia, hoc est, communi Graecorum usu tradita, suppeditabant apparatus studiorum sophisticorum et Lexica Rhetorica (v. quae supra breviter significavimus II, 4. 5.), eaque certatim commentariis singularibus post Aristophanem Byzantium explicabantur. Omnino paroemiarum notitia doctrinam postulabat exquisitam, quae non solum in antiquitatibus institutisque populorum habitavit, sed insignem etiam locum in historica philologiae parte coepit obtinere. Sed ipsos ordines et labores scriptorum praestat e *Schneidewini* prooemio peti, quod Paroemiographis Graecis praemisit. Iam postquam et Diogenianus (p. XLI.) id argumentum tanquam necessarium caput eruditionis in thesaurum rerum et verborum introduxerat, et rhetorum disciplina his pigmentis tersam orationem colorabat, nullum iam lexicon inveniebatur quin proverbia cum aliqua causarum explicatione reliquis opibus immisceret. Hinc etiam accidit ut indices proverbiorum et commentationes uberrima historiarum et morum scientia refertae contaminarentur et in epitomarum formulas abirent. Proinde nemo miretur aut tantam Diogeniani nostri tenuitatem aut lexicographos, praesertim Photium et Suidam, tam verbis quam enarratione rerum antiquarum toties cum scriptoribus proverbiorum ac Scholiis aliisque doctis interpretibus conspirare; quorum Diogenianus in hac quoque parte differt a Zenobio, quod varias eiusdem proverbii sententiaeque species (item ut apud Suidam usu venit) annotare solet ad usum citerioris aetatis accommodate. Velut in *Ἀγορὰ Κερκώπων: ὁμοία τῇ Λύκου δεκάς καὶ Κρωβύλου ζεῦγος.* In *Ἀγέλαστος πέτρα: ὁμοία, Στεγανώτερος Ἀρεοπαγίτου, καί, Ἐς Τροφωνίου μεμάντευσαι.* In *Ἀγαθῶν θάλασσα: τὰ ἐναντία Κακῶν Ἰλιάς καὶ Λέρνη*

κακῶν. Ubi quod liber unus aut alter talibus vacat additamentis, id ipsum arguit ea serius illata fuisse. Sed prae ceteris misera sors afflixit Hesychium: cui quae praefigitur Epistola, post Diogeniani reprehensionem luculentum totius materiae recensum et explicationes originis sperare iubet; at Epitome superstes nunc amplam praebet doctrinam, nunc exilem et nudam dicti memoriam eamque haud raro locis alienis interpositam, ut, *Ἡ χάραξ τὴν ἄμπελον. παροιμία.* Verumtamen nostram rem agamus, hoc est, thesaurum Suidae proverbialem. Constat autem *Andream Schottum* integras XIV. centurias adagiorum e Suida congessisse, quas Paroemiographis suis Graecis (Antv. 1612.) inseruit, sic ut pauculis defungeretur annotamentis parumque fructuose confectis. Nam quid Suidas proprium in hoc genere haberet quidve conferret ad auctores similes refingendos vel diiudicandos, aetas illa quaerere neglexit. Nos universe monemus illi fontes novos et uberiores nec praesto fuisse nec tum adesse potuisse; quod enim perditam collectionem indicare videtur sub finem gl. 1. *Ἔρως, τίθεται δὲ ἐν τῷ περὶ παροιμίας ἐν τῷ Ε στοιχείῳ*, respexit nisi fallor ad titulum quempiam inter Eclogas Constantini: v. II, 8. p. LXI. Contra molestam appendicem gl. *Ἡ δ' ὅς* p. 821. *καὶ παροιμία Ἡ δ' ὅς· οὐ μόνον ἀντὶ τοῦ ἔφη, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πολλῶν τίθεται ἀντὶ τοῦ ἔφασαν*, quae verbis vulgaribus observationem recoquit praegressam, e sylloge collaticia, qualem codices Vaticanus et Bodleianus servant, lector quisquis fuit inculcavit. Nempe cum scriptores labentis aevi flagrantissime luminibus proverbiorum (v. nostram Hist. litt. Graec. I. p. 539.) inhiarent, horum corpora coacervata sunt et formulis etiam popularibus aucta, quae similitudinem proverbiorum referre viderentur. Itaque Suidae marginibus non modo *παροιμία* (quod plerumque factum in A. V. nec semper ex iis enotatur), sed magnus paroemiarum numerus (praemisso *παροῖ* vel *παροί*) tam ex aliis glossis (vide vel annot. sub v. *Φακαὶ*) quam e multorum rivulis ductus committi solebat; nec raro videmus in ipsum lexicon, ubi repugnat series litterarum (ut *Δελφῖνα νήχεσθαι διδάσκεις* et *Δ. πρὸς τὸ οὐραῖον δεῖς* post v. *Δελφοί*), tales observationes immigrasse. Nos quidem indicia codicum secuti plurimas interpolationes cum praescriptione *παροιμία* reiecimus, eademque via plura posthac licebit exterminari. Sed ultra processit hominum studiosorum diligentia lepidisque versiculis Aristophanis appinxit istud *παροιμία* vel explicationem communis quasi dicti: ut in v. *Διοίσειν* vel in *Χοᾶ* factum, *Καὶ παροιμία, Ἐξ χοᾶς χωρήσεται. ἐπὶ τῶν παραληρούντων.* Ibi vide Küsterum, itemque sub vv. *Τῆς μωρίας, Φειδίας, Χορεῖσι, Ψωλὸν γενέσθαι*, aliis. Aetatem istorum commentorum recentissimam prodit luculente glossa posterior *Ὕπνος*, ubi post glossam sacram exhibetur scitula sententia: *Ὕπνος δ' ἀπίστω γλυκύθυμος ὀμμάτων. ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν βουλομένων φιλοσοφεῖν.* Huc referendum quoque codicis V. additamentum in v. *Τηλία: διὰ δακτυλίου μὲν οὖν ἐμέ γ' ἂν διελκύσαις. ἐπὶ τῶν πάνυ λεπτῶν. ὁ δὲ ἀντείρηκεν κτλ.* Scilicet magistri haec ornamentis orationis limatae voluerunt annumerari. Sed subsistendum in hisce lineamentis fraudum apertarum, quas multis exemplis non attinet illustrare aut peritis criticis ostentare.

Huic autem generi nullum magis cognatum est quam sententiae morales sub locis communibus accumulatae. Nam saecula Byzantina mirifice collectionibus florum, anthologiis, gnomologiis undecunque decerptis oblectabantur; quam in rem sufficit tituli Constantiniani *Γνωμῶν* meminisse. Neque moribus emendandis thesauri sententiarum prodesse debuerunt aut ad prudentiam civilem valere, sed quos pectus non faceret disertos, iis instrumentum elegantiae parabatur, ut curam orationis luminibus selectis commode distinguerent dictisque gravissimis altius

exaggerarent. Iam ipsas proverbiorum formulas, quae viderentur ad eandem notionem et observationem vitae vulgaris transferri posse, tam solebant sub *τόποις* sive locis annotare: velut quae pertinerent ad *ἀδύνατα*, *ἀνήνυτα*, *ἄχρηστα*. Suidas v. *Ὄνου πόκαι. ἐπὶ τῶν ἀνηνύτων καὶ μὴ ὄντων λέγεται ἡ παροιμία ὑπὸ τῶν Ἀττικῶν· ὥσπερ αἱ τοιαῦται, Πλίνθον πλύνειν, Ἀσκὸν τίλλειν, Χύτραν ποικίλλειν, Εἰς κόπρον θυμιᾶν.* Vide nos in v. *Πλίνθος*. Talia vero cupide lectores ex aliis in alias glossas transcribunt, ut, *Ἐς πῦρ ξαίνεις. ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων. Ἐς τέφραν γράφεις* et similia. Longius tamen progressi glossas singulares, quamquam huic proposito non admodum favebat Suidas, tanquam locos communes sibi delegerunt, quibus utiles vel decoras scriptorum sententias itemque descriptiones morum inserirent paulatim augendas. Ut praecepta vitaeque moralis doctrinae congeruntur sub vv. *Ἀκέραιον*, *Ἄχρηστα*, *Γνώμη*, *Δίκαιος*, *Πλεονεξία*, *Πολιτικός*, *Προδότας*, *Σύμβασις*, *Τύχη*, *Φθόνος*. Ex his *Ἀκέραιον*, quod scribendum erat *Ἀκαριαῖον*, cum dicto D. Marci Caesaris per interpolationem obtrusum esse dudum concessit Küsterus. Item sub v. *Δίκαιος* homo pius opes ecclesiasticae lectionis exprompsit; nec dissimiliter in v. *Πλεονεξία*. Porro sententiis moralibus *Γνώμη* praefigitur in *Πολιτικός* et *Σύμβασις*: unde portentum glossae *Γνώμη* explicatur, in quo Küsterus haeserat, *Γ. Οὐδὲν δικαίωμα τῶν ὅπλων ἰσχυρότερον. πᾶς γὰρ ὁ δυνάμει προὔχων δικαιότερα ἀεὶ καὶ λέγειν καὶ πράττειν δοκεῖ.* Nempe lector otiosus vocem sententiosam in marginem coniecit, *γνώμη* ut solet praefixo; quod ipsum continuis *παρὰ Σοφοκλεῖ* et seqq. vicem lemmatis denuo praemissum est. Simile quid commissum apparet in appendice gl. *Ἀκροσφαλεῖς*: ubi repositis, *τουτέστιν ἐν τῷ βαδίζειν σφαλλόμενοι*, quae ad praegressum historici locum spectant, superest sententia tragica de Philocteta, quam homo studiosus ad ambiguos vitae casus rettulit. Deinde quicquid pulchre sapienterque dictum adesset, sub horreis gl. *Τύχη* et *Φθόνος* (adde tertiam *Χρήματα χρήματ' ἀνήρ*, de qua p. LVII.) paulo liberalius congestum extat. Magis tamen mirere notionem proditoris verbosa Polybii quaestione in v. *Προδότας* eiusdemque auctoritate virtutem boni ducis in v. *Φατέ* declarari, videlicet ob *Φατέον*, quod in Polybianis occurrerat. Praeterea notationes morum et ingeniorum, partim exquisitis et uberioribus locis ornatae, insunt vv. *Εὐήθημα*, *Εὐνοῦχος*, *Μικροπρεπείας ῥήματα* (qui flosculus est ex Aristophane tractus, similis ille gl. *Ἄχρηστα*), *Μοναχός*, qua describitur vita monastica, *Σμικρολόγος*, *Σοβαρός*, quae luminibus Aelianeis completur, et quae loquacitate circulatoria splendet *Σπάδων*.

Postremo iuvat accessiones eas perlustrare, quae grammaticam doctrinam et fabricam verborum expromunt. Harum numerus longe maximus pertinet ad *syntaxin Graecam*. Iam quisquis exemplum Gaisfordianum evolverit, mirari debet tot glossas syntacticas, quibus Suidas in singulis fere paginis redundat, additis etiam testibus vel locis nec multis neque copiosis. Gaisfordus enim id glossarum genus reduxit vel auxit, silens ille frequenter auctoritates (plerumque tamen usus MS. A.), postquam Küsterus tacite plurimas expunxerat, iudicium secutus maximum. Equidem cum istas glossas, quarum partem non mediocrem Aldus introduxit, in marginibus codicum A. V. extare vel alterutri deesse (vide vel Addenda sub vv. *Διαγράψασθαι*, *Ἐρίφω*, *Ἐναντιοῦμαί σοι* quaeque sub v. *Ὑπόλογον* ex A. enotantur) perspexissem: non dubitavi tenuas eiusdem ordinis in annotationem relegare, ceteras uncis separare, quoties earum fides magis internis notis quam dignitate librorum posset convelli. Nam etsi iusto saepius hi silentur ne iudice recte fecerit editor futurus, qui cunctas a Suida secluserit. Huc accedit quod indicia syntaxis, quae lemmatis idem Gaisfordus subiicere solet, *γενικῇ δοτικῇ αἰτιατικῇ*, ab altero

codice spernuntur et, quod paulo maioris est momenti, plane desunt Photio Lexicoque Seguerano. Quis autem tam tardus ac superstitiosus est ut officinam magistrorum, quamvis codicum ignarus, in mala glossa non odoretur? *Ὑπερκύπτω. αἰτιατικῆ. Ἰστέον ὅτι τὸ ὑπερκύπτω ἡ μὲν ἔσω γραφὴ ἔχει αὐτὸ αἰτιατικῆ καὶ ὁ Πλούταρχος, ἡ δὲ Χαρίκλεια γενικῆ· Ὑπερκύψαντες τοῦ ὄρους.* Ubi non modo verborum insolentiam mirere, praesertim cum Suidas ignoret formulam *ἡ ἔσω γραφή*, sed testes etiam allatos, Plutarchum, qui falso laudatur, et Heliodorum, cuius apud lexicographum nulla reperiatur memoria. Deinde multo magis aliquis obstupescat ad tantum errorem: *Ἀθέτησις. ἐκβολή. καὶ Ἀθετῶ αἰτιατικῆ. γενικῆ δὲ ὡς τό, Κατάρχων μὲν καὶ ἀθετῶν τοῦ τολμήματος.* Etenim *αὐθεντῶν* male lectum homo festinans in istam observationem detorsit. Porro glossarum auctores exemplis utuntur Scripturae Sacrae, quibus abstinet Suidas, nisi forte voces Bibliorum insignes cum interpretum explicationibus apponit; iidem addunt interdum etiam locos Patrum ecclesiae. Easdem vero produnt auctoritates e litteris sacris petitas quotquot ***Lexica syntactica*** post Suidam nobis innotuerunt: videantur specimina post Etym. Gudianum edita p. **587—592.** (quibus haud raro licuit apud Suidam uti, cf. vel gl. *Βασιλεύω*, *Βασκαίνει*, *Ἐντρυφῶ*) aliud lexicon in Crameri Anecd. Oxon. Vol. IV. p. **275—307.** quod interpolatoribus multam praebuit materiam; item *Σύνταξις λέξεων κατὰ ἀλφάβητον συλλεγεισῶν ἐκ διαφόρων βιβλίων* in Cod. Laurent. Pl. 5. Cod. 7. (cui similis est labor Macarii supra dictus I, 5.) adde Montfauc. Bibl. Coisl. I. p. 238. Ab his tamen recedunt observationes *Georgii Lecapeni* de constructione verborum, quas ab Aldo primum vulgatas e Matthaei Lectt. Mosquensibus et libello post Hermanni quaestiones de emendanda ratione Graecae grammaticae (cf. Bandini Catal. Codd. Laur. T. II. pp. 194. 266. 468. et Epistolas Georgii cum Epimerismis in Cod. Laur. Pl. 57, 24. quaeque monuit Peyronus notit. libr. Tho. Valperga-Calusii p. 34. sq.) in corpus amplissimum redigi licet; eas enim apparet e multiplici lectione sophistarum, ut Aristidis Libanii Synesii, quos tum Byzantini devorabant, in usus imitatorum esse congregatas, cumque variis grammaticorum praeceptis sic coniunctas, ut apparatum quasi sophisticum efficiant. Sed diversissimi coloris est Lexicon de Syntaxi, quod omnium vetustissimum Bekkerus in Anecdota Graeca recepit, Suidas autem non usurpavit, quamvis eandem opusculorum syllogen (II, 4.) adhibuerit. Id plerumque versatur in litteris profanis, ac testimoniis oratorum historicorumque labentis aevi, ut Arriani Appiani Dionis, affluit, quibus grammaticus semidoctus perinde notas ac reconditas structuras illustrat; habetque glossas nonnullas et locos cum Lexico Crameriano communes, unde transierant in Suidam etiam auctoritates oratorum Atticorum: vide p. LIX. His igitur diligenter perpensis nemo dubitabit quin Suidam, qui neque munus grammatici subierit nec partem ullam tanti thesauri rationibus interioris grammaticae concesserit, aliorum industria glossis syntacticis locupletarit. Corollarii loco memoramus paucis quibusdam glossis, quae nescio quid elegantiae vel Atticae proprietatis continere viderentur, ascriptum legi *σύνταξις* simillimumve compendium. Verum has ipsas non modo paucitas in suspicionem adducit, sed color etiam ipsius observationis. Velut in mediam gl. *Τάλαντον* invecta sunt: *Σύνταξις. Ἀριστοφάνης· Καίτοι τάλαντου τοῦτ' ἔμαθεν Ὑπέρβολος. τουτέστι, καύνωσιν ἀναπεισιηρίαν.* His quidem nihil inest quod ad syntaxis rationem perducat. Immo novissima docent Aristophanem afferri, qui testetur talento facultatem eloquentiae redemptam fuisse; unde sequitur *σύνταξις* lectoribus deberi. Rem extra dubitationem collocant gl. *Ἀφίκετο* et *Ἀφίστασθαι*, adde *Σπουδαῖον*, ubi nihil animadversione dignum exsculpas. Reliquos huius generis locos collegimus in Addendis v. *Ἀποθάνωμεν*.

Ceterum non ignoro glossas per totum lexicon breviores esse dispersas, quae fabricam et ordines vocabulorum attingant. Sed omnes iis finibus continentur, quos Herodiani qui fertur Epimerismi nunquam migrarunt; idem apparet delectus verborum, eadem praeceptorum lex, tantaque cognatione haec inter se vinciuntur, ut communem scholae Byzantinae locum atque fetum eius aetatis, quae Suidam est subsecuta, non dubitanter agnoscamus. Unam excipimus gl. *Ἔποποῖ*, in qua quicquid interiectionum apud Aristophanem invenitur ultra Suidae morem adeo cumulatur, ut quam compares alteram glossam e tot lexicographi copiis non liceat afferre. Reliqua pertinent ad genus adiectivorum *μετουσιαστικὸν* in *ιος*, quod post dissensiones veterum magistrorum (quibus adiungi debent Herodianus iste, Theognostus et Cram. Anecd. Oxon. Vol. II. p. 285. sq.) primus ad ordines suos Lobeckius in altera ed. Soph. Aiac. 108. revocavit; deinde brevissimae glossae genitivi declinationem in terminatione *ων* (vide Herodiani p. 190. sqq. indiculos) praecipiunt. Prioris autem classis paucae sunt quae nullam fraudis suspicionem moveant (ut epimerismus citra litterarum seriem inculcatus, *Δημήτριος. ὄνομα κύριον. διμίτριος ὁ ἔχων δύο μίτρας*, aut absonum commentum *Χρύσειος χείρ*), nec desunt quae redoleant epimerismos (ut *Σιδήρειος* a *σιδήριον* distinctum); alterius tamen plurimae nituntur bonis codicibus, quorum ex fide nuper demum genitivi pro nominativis lemmatum coepti sunt revocari. Ut, *Ἀάδωνος. ποταμὸς Ἀρκαδίας* (quo defendi poterit *Θοίνωνος* cum *Συρακούσιος* iunctum): cuius ad normam restitui debent *Μίνωος*, *Μύρωνος*, alia, sublatis nominativis. Hinc suum explicatum habent glossae singulares, quae nudos genitivos tradunt: ut *Λόφωνος*, *Λύγωνος*, *Λύκωνος*, *Πίρωνος*, *Προάγωνος*, *Πρωτοπείρονος*, *Ποιμνίωνος*, *Ῥεγεῶνος*, *Ῥιζωνος*, *Ῥόθωνος*, *Ὀκτίμονος*, *Οἰνεῶνος*, *Φοιβάμμωνος*, *Χλίδωνος*, alia. Quodsi quis tabulas epimerismorum levissimis illis annotamentis, quae externam nominum speciem, orthographiam, pronunciationem perstringunt, diligenter adhibeat, hanc etiam partem intelliget totam recens accessisse: velut *Κόμης. ὁ λαοῦ ἄρχων. καὶ κλίνεται κόμητος* (adde v. *Μέλης*), item *Προτέλεια. πρωτόλειον δέ*, aut *Ἔγειραι . . διὰ διφθόγγου —. ἔγειρε δὲ τὸν λίθον διὰ τοῦ ε ψιλοῦ* (quamquam aspernantur libri gl. *Ἔνεγκε. ἐνέγκαι δέ*), cuiusmodi praeceptum invasit ipsum Hesychium, *Αἰσθητά. — ἐσθῆτα δέ, ἱμάτιον*. Itaque manifestis, si liberet, exemplis ostendi posset, quantis magistellorum sordibus Suidas fuerit inquinatus; nos tamen ad utiliora properamus.

6. Superant enim adhuc variae partes interpolationis, quas propter usus criticos observasse prodest. Hactenus igitur gradus et fontes incrementorum exploravimus, quibus Suidas invitus adeo pullulavit ac dilatatus est, ut thesaurus ab illo constructus multas etiam citerioris aetatis copias easque deterrimas susceperit. Sed in istis accessionibus, quamquam nec scienter neque cum doctrinae fructu collectae sunt, apparet tamen qualecunque consilium et studium grammaticae civilis; in aliis autem nihil nisi casum et arbitria possessorum agnoscimus. Ac primum miramur alienissimos locos et observationes medias in glossas ab importunis lectoribus intrudi, sic ut e marginibus non potuerint in sedes parum aptas transferri. Nam margines quidem haud pauca servabant, quae bona malave fide librariorum in ordinem videmus traducta. Velut sub v. *θασίαν* cum ipso lemmate codices iungunt vulgare praeceptum, *Διαφέρει δὲ Θάρσος Θράσους* et quae sequuntur ad glossam quampiam *Θάρσος* referenda. Porro gl. *Θρασύμαχος* adhaeret molesta declamatio, manu Michael monachi (v. p. LXXI.) confecta, quam lumine vocis *θυννοσκοποῦσιν* captus nescio quis perperam reposuit. Nec meliorem causam habuerunt, qui *Θυννοσκύπος* inter et *Θυννοσκοπῶν*, quae glossam unam efficiunt Aristophaneam, Comici res

tetrametros inculcarent argumenti dissimillimi; quos incertum est num homo studiosus destinarit glossae *Θωρυκίων*. Adde conclusionem v. *Σοῦ*, cui quae subiiciuntur, *καὶ αὖθις Ἀριστοφάνης· Σοφοῦ πρὸς ἀνδρός, ὅστις ἐν βραχεῖ κτλ.* olim post gl. *Σοφία* videntur ascripta fuisse. Longe facilius intelligi licet quo pacto locus ex v. *Μάρκελλος* in marginem coniectus, *ἀντὶ τοῦ ἐπαγρυπνῶ. Ἦν μὲν γὰρ καὶ ἄλλως ὁ Μάρκελλος ὑπνομαχεῖν πεφυκώς*, mediam orationem Synesii sub v. *Ὑπνομαχῶ* interrumpat. Sed a talibus auctariis multum abhorrent ea, quae gl. *Θυάτειρα* ex supervacuo recepit: *Ὅτι Διοσκόριος Μυραῖος, γραμματικός, ὕπαρχος ἦν πόλεως καὶ πραιτωρίων, ὁ διδάξας τὰς θυγατέρας Λέοντος τοῦ βασιλέως ἐν Βυζαντίῳ.* Infra sub v. *Ὑποζυγιώδης ἄνθρωπος* locus incerti scriptoris, *Καὶ ταῦτα ὑπὲρ τῆς ἐνθέου φιλότητος ἐμαρτύρησεν ὁ Ἀπόλλων*, non magis habet quo referatur quam sententia ex v. *Παμπρέπιος* in gl. *Ἐμποδών* inculcata, aut clausula lemmatis *Ψᾶν*, cui prior pars gl. *Περιοίσειν* temere subtexitur. Saltem affinitatem soni sub v. *Ψηφίσματα* suspiceris permovisse hominem sedulum, ut annotaret ista, *Ξυνήρεσε δὲ τὰ τοιάδε, εἰ ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς τῷ δόγματι ἐπιψηφίσοιτο.* Multum omnino valuit argumenti similitudo manusque prurientes allexit ad doctrinam largius explicandam. Iam ut *νικῶν* exempla vidimus (p. LXXIII.) per opportunitatem glossae *Νίκων* ascribi potuisse, non leviorem fraudem in v. *Μιλτιάδης* nescio cuius error intulit, qui quae tradita fuerant de Alcibiade, traduxit ad Miltiadem, *Ὁ αὐτὸς Μιλτιάδης ἐπικομπῶν ἔφη κτλ.* Quamquam haec sine damno licet resecare; sed quid faciendum stultissimis commentis, quae glossam *Ἀθηνόδωρος* turpiter corruperunt? Ubi brevis memoria philosophi, *Ἀ. Στωικὸς φιλόσοφος ἐπὶ Ὀκταουιανοῦ βασιλέως Ῥωμαίων*, movit nescio quem ut e Zosimo non solum inferciret membrum omni compage solutum, *ἐξ οὗ δὴ μάλιστα ταῖς Ἀθηνοδώρου τούτου συμβουλίαις ἐπείσθη*, sed sententiam etiam de periculoso principatus statu, verbis tamen historici perturbatis et disiectis, quibus et Tiberius Augusti successor inseritur et, quod omnium est ineptissimum, pantomimus recens introductus. Hinc oratio provenit miris modis conglutinata, cuius intelligentiam nemo posset assequi, nisi Zosimus adesset: *ἐφ' οὗ πᾶσα ἀνάγκη κοινὸν εἶναι δυστύχημα τὴν τοῦ κράτους ἄλογον ἐξουσίαν. ἐξ οὗ δὴ μάλιστα .. ἐπείσθη. καὶ διαδέχεται Τιβέριος τὴν βασιλείαν. τότε γὰρ οἱ κόλακες παρὰ τοῦ βασιλέως δωρεῶν καὶ τιμῶν ἀξιούμενοι μεγίστων ἀρχῶν ἐπέβαινον*, et quae sequuntur ad *ἐξέλυον* usque, praesentibus scriptoris temporibus male mutatis. Dein narratio pergit: *Κατὰ δὲ τοὺς καιροὺς ἐκείνους καὶ ἡ παντόμιμος ὄρχησις εἰσήχθη, οὔπω πρότερον οὖσα· καὶ προσέτιγε ἕτερα πολλῶν κακῶν αἴτια γεγονότα.* Neges longius cuiusquam temeritatem esse progressam. Sed peiorem labem suscepit historia litterarum ex v. *Συριανός* (v. Addenda), ubi Syriano prorsus iidem tituli librorum tribuuntur, quos Procli fuisse docet glossa superior; quid quod annumeratur iis commentarius de Procli opusculo, quasi discipulo magistrum credas interpretem obtigisse. Nimirum ut lectores in glossis conferendis et invicem complendis erant assidui, monebat alicuius annotatio *εἰς τὰ Πρόκλου* glossam de Proclo respiciendam esse; successit autem, qui margini paene totum indicem Proclianum mandaret. Inde coaluit utriusque memoria, nec iam liquido constat quid a Syriani laboribus alienum, quid per librarios expulsum sit.

Minus operosa fuit industria, quam lectores in augendis glossarum interpretationibus consumebant. Nempe Suidam vidimus (II, 10.) paulo parciorem in hac parte fuisse vel singulis ocis intentum ad reliquam consuetudinem parum attendisse. Quem qui supplendum sibi sumpserant, iis satis visum si nudas ut fors et ratio ferebat explicationes suas adiungerent; unde maximum

damnum fecit lexicographus, postquam accessiones illorum ipsum ordinem glossarum invaserant. Nam plerumque vix aut tam male testimoniis allatis conveniebant, ut Suidas crimen interpretis deterrimi nullo merito subiret. Huius iniuriae causa ne *Küsterum* quidem latuit in v. *Διοίσειν: Sane exploratum est Suidam eo quo diximus modo saepissime interpolatum esse, eamque esse rationem quare φήσεις ex auctoribus excerptae tot in locis lexici huius a mente et interpretatione Suidae discrepent.* Idem tamen huius observationis immemor scriptorem suum eorundem facinorum coarguere solet, quorum culpam debebat in lectores conferre. Iam ne gl. *Ἠρίθμησεν* denuo perstringamus (v. p. LVIII.) et *Ἄλα. τὰ κόπρια*, e Scholiis Homericis temere collectam, aut *Αἴθυια. ἡ ἴγδη. καὶ ἡ θαλαττία ὄρνις*, ubi ἡ ἴγδη ad lemma *Θυία* sive *Θυεία* referendum ambigas cuius errore sit invectum, non dubito quin in gl. *Εἶτω. πορευέτω, ογχωρείσθω. σημαίνει καὶ τὸ ἐάν τινι*, novissima pars, quae spectat ad alteram glossam *Εἴ τῳ*, e margine surrepserit. Porro depravatam gl. *Ὑπαίμακε. διέφθειρεν. Οὔ σε κυνῶν γενος εἶλ', Εὐριπίδη . . . ἀλλ' Ἄιδης καὶ γῆρας ὑπαίμακεν*, etsi Suidas posuerit, apparet tamen *διέφθειρεν* male locatum ad *εἶλεν* pertinere, quod aegre credas conditori lemmatis in mentem venisse. Par condicio glossae portentosae *Τοῖιν*, cui quae subiiciuntur *ἀντὶ τοῦ σοί, Δωρικῶς*, malus coniector ariolando subornavit. Omnium vero manifestissimum (cf. p. LVII.) sub v. *Καταβολή. περιοδικὴ λῆψις πυρετοῦ. Τῶν δὲ Μακεδόνων ἐκ καταβολῆς συνεπισάντων τοῖς βαρβάροις, εὐθέως ἐκκλίναντες ἔφευγον. Καταβολή. Δημοσθένης δ' Φιλιππικῷ· Ὥσπερ περίοδος ἡ καταβολὴ πυρετοῦ*, orationem recte sese habituram, modo locus historici deleto inferiore *Καταβολή* ad marginem tertiae glossae retrahatur, quae formulam *ἐκ καταβολῆς* Polybianis dictis confirmat. Nec tamen in additamentis substitit istorum studium, sed maior etiam licentiae gradus in testimoniis scriptorum cernitur quasi per paraphrasin in breviorem formam vel communem locum redactis. Id clarissime monstrat gl. *Στρατηγία*, cuius primitivus habitus fuit hic: *Πολύβιος· Ὅτι τριῶν ὄντων τρόπων, καθ' οὓς ἐφίενται πάντες στρατηγίας οἱ κατὰ λόγον αὐτῇ προσιόντες· πρώτου μὲν διὰ τῶν ὑπομνημάτων — τρίτου δὲ τοῦ διὰ τῆς ἐπ' αὐτῶν τῶν πραγμάτων ἕξεως καὶ τριβῆς· πάντων ἦσαν τούτων ἀνεννόητοι οἱ τῶν Ἀχαιῶν στρατηγοὶ ἁπλῶς.* Hinc epitomen commode fabricatam aliquis in margine notarat, quam ipsis Polybianis librarii praemiserunt: *τρεῖς τρόποι εἰσὶ καθ' οὓς ἐφίεταί τις στρατηγίας, κατὰ λόγον αὐτῇ προσιών· εἷς μὲν ὁ διὰ τῶν ὑπομνημάτων — ἕτερος δὲ — τρίτος δὲ ὁ διὰ τῆς ἐπ' αὐτῶν τῶν πραγμάτων ἕξεως καὶ τριβῆς. οὕτω φησὶ Πολύβιος.* Simplicius sese habet alter Polybii locus inversus in v. *Αὐτοπαθῶς: Ὁ δὲ Ἀννίβας δόξας αὐτοπαθῶς ἅμα καὶ ἀληθῶς εἰρηκέναι πιστεύεται. Ὁ μὲν οὖν Ἀντίοχος δόξας αὐτοπαθῶς ἅμα καὶ ἀληθῶς εἰρῆσθαι παρὰ τοῦ Ἀννίβου κατὰ Ῥωμαίων πάσης τῆς προϋπαρχούσης ὑποψίας ἀπέστη.* Priorem partem apparet ab homine scholastico confictam esse. Adde gl. *Χημεία* supra p. LXX. memoratam. Neque melioris originis esse videtur prior gl. *Παναίτιος, Ῥόδιος, ὁ πρεσβύτης, φιλόσοφος· οὗ πολὺς ἐν φιλοσόφοις λόγος. φέρεται αὐτοῦ βιβλία φιλόσοφα πλεῖστα.* Subsequuntur: *Παναίτιος ὁ νεώτερος, Νικαγόρου, Ῥόδιος κτλ.* Nam etsi glossas litteratas (II, 9.) interdum tam indocte Suidas administrat, ut narrationes variorum de eodem scriptore diversas in particulas distraxerit, hic tamen nulla fuit dissensio de Panaetiis, qualis usu venit in Posidoniis cognominibus sub vv. *Ποσειδώνιος*, nec priori glossae quicquam inest quod ab antiquo fonte fluxisse contendamus. Itaque huic lectori debentur etiam *ὁ πρεσβύτης* et *ὁ νεώτερος*.

Sed in enumerandis fraudibus et additamentis hominum otiosorum piget diutius immorari. Satis enim constitutis generibus et causis interpolationis provisum est, ut operam lexicographi

multis modis auctam et alienissimis copiis, quae consilium et descriptio totius laboris nec ferret nec desideraret, oneratam intelligatur ab integritate pristina vehementer descivisse. His igitur magna pars temeritatis et iniuriae tribui debet toties iactatae, quam ab viro de nostris studiis bene merito quantum per veritatem licuit omni contentione depelli par fuit. Proinde tantum mihi consecutus esse videor, ut errores et indoctas glossarum perturbationes nemo posthac incaute diiudicare velit, nec quemquam ambiguum Suidae nomen fallat, sed ex indole glossarum et auctoritatibus librorum dignoscatur, quid in Suidam eruditionis Byzantinae sequestrem cadat, quid in ingenia lectorum, qui per summam interpolandi licentiam grassando cumulandoque lexicon illius amplificatum, ut duplo paene maius esse videatur, nobis reliquerint.

CAPUT QUARTUM.

DE SUIDAE CODICIBUS ET LIBRIS EDITIS.

Postquam duo praestantissimi codices ad emendationem Suidae collati sunt, criticam rationem subsidiorum apparet prorsus immutatam fuisse. De qua re breviter praemonitum in Praef. p. XX. Olim igitur ac paene nostram ad aetatem usque magnum pretium vetustis exemplaribus, praesertim Mediolanensi statuebatur, eorumque scriptura religiose solebat anquiri, si quando de glossis a Küstero neglectis vel temere refictis suspicio moveretur, adeoque beati sibi videbantur critici, quibus libros istos paulo rariores adeundi copia fieret. Hodie tamen in latebris bibliothecarum eos placida quiete perfrui sinemus. Nam ex quo Suidas ad fidem MSS. Parisinorum et Leidensis exactus est et apparatus variarum lectionum propemodum integer nobis innotuit, iamiam negotii critici status eo processit, ut libris editis facile careamus, nec Mediolanensis protrahi debeat nisi forte singulis in locis et quaestionibus minoris momenti, cum origo scripturae vel glossae cuiusdam potest addubitari. Quid autem editores antiqui distent ab auctoritate codicum optimorum quantumque multis etiam mediocrium MSS. lectionibus cedant, brevissimo licebit experimento cognosci, si quis tenuitatem undecim priorum plagularum cum Addendis nostris contenderit e penu Gaisfordiano paratis. Quamobrem his ad inferiorem locum detrusis sequitur ut argumentum capitis quarti sive *historia* quam dicunt *critica* scriptoris potissimum in codicibus duobus versetur, reliquos autem itemque memoriam editorum strictim et auctarii loco complectatur. Hunc enim fructum e cognitis scripturae fontibus, quos plerumque constat ad unum et alterum principem ac statorem redire, percepit percipietque bibliographia recentis philologiae, ut vanis titulis omissis, in quibus heluones librorum et aucupes deliciarum sese iactant unice raritatem venantes, usum et solam dignitatem subsidiorum spectare sciat verasque narrationes simplici brevitate commendatas spissis voluminum indicibus praeponat.

Sed priusquam singulas partes persequamur, de communi labe, quae purissimos etiam et vetustissimos codices infecit, quaedam observanda sunt. Repetamus vero quae ad condicionem textus aestimandam inprimis valent, per superiores quaestiones (I, 3. III, 1.) sparsa. Quippe tantus rerum et dictionum thesaurus simulac manibus populi terebatur, accessiones omne genus tam in ordine quam in marginibus dissipari solebant; nec defuere lectores qui glossas ampliores, potissimum historicas, sicubi magis copiose quam concinne de variis auctoribus (II, 10.) collectae diffluerent, excerpendo mutilandove breviorem ad habitum redigerent. Postquam tamen inter-

polationis materiam exhauserant, variis modis et rivulis clandestinis, quos caput praegressum enumeravit, nutritam cessavit istorum industria, sub XIII. opinor saeculum, ultra quod aetas codicum nostrorum vix retrahi potest. Ergo hi Suidam suum, cuius corpus temerariis accessionibus auctum ad finem et ad maturitatem quandam adductum erat, propagare coeperunt, neque posthac eius ambitum multis aut insignibus copiis dilatatum fuisse cognovimus. Quibus monitis intelligitur omnibus libris eundem lexici fundum esse communem, nec reperiri codicem qui vacuus a fraudibus et insitivis observationibus manserit; neque mirum, siquidem ea demum exemplaria vendibiliora gratiorave studiosis hominibus videbantur, quae largissimum ostenderent apparatum. Sed interest aliquantum inter codices primarios et ordinis deterioris: etenim qui principatum tenent, ab criticis haud indoctis recensi satis intelligenter et in ordine glossarum scripturam secuti puriorem, etsi partes adulterinas admittunt bene multas, alias tamen suspicionibus certisve iudiciis moti nunc ignorant nunc in margines ablegant; contra quod inferiores MSS. cum edd. vett. glossas primitivas et adventicias omnes perinde habent nulloque discrimine agnoverunt.

Codices autem non solum in servandis interpolationibus et corruptionum ulceribus, quae libros aliorum quoque scriptorum altius obsedere, conspirant, sed pari consensu glossas etiam mutilatas ac mire distractas retinent, quas apparet non minus casu quam socordia turbatas fuisse. Numerus quidem earum non ita magnus est, pars tamen aliquam habet vim et auctoritatem in historia litterarum Graecarum, ut operae sit diligenter nosse. Iam casus, qui saepe valuit ad plagulas distrahendas, effecit ut a gl. *Σιγῶ* divellerentur haud pauca et sub finem gl. *Σίφνιοι* delitescerent; haec tamen annotatio quoniam nihil est nisi repetitum Comici Scholion, dubitari potest utrum ad Suidam an ad officinam eruditulorum hominum ea sit revocanda, quos cognovimus (III, 4.) isto Scholiorum genere frequenter abusos esse, nec seriem glossarum accurate servasse. Simplicior est ratio duplicis gl. *Πεποδισμένοι*, quam in unam conflari iubet oratio Xenophontis praeter rem dissipata: *Π. τοὺς πόδας δεδεμένοι. Τοῖς Πέρσαις ὡς ἐπιτοπολὺ οἱ ἵπποι πεποδισμένοι εἰσί, τοῦ μὴ φεύγειν ἕνεκα, εἰ λυθείησαν. Π. τοὺς πόδας κατεσχημένοι. Ξενοφῶν· Πονηρόν ἐστι νυκτὸς στράτευμα Περσικόν· οἱ γὰρ ἵπποι αὐτοῖς δέδενται.* Quae ex indicio MS. A. sic erant concinnanda: *Π. τοὺς πόδας δεδεμένοι. Ξενοφῶν· Πονηρόν — δέδενται καὶ ὡς ἐπιτοπολὺ πεποδισμένοι εἰσί, τοῦ μὴ φεύγειν ἕνεκα, εἰ λυθείησαν.* Porro vetus est mendum et *Ἔφιππος* lemma pro *Ἔφορος* (p. LXVIII.) praemunitum, cum oculus a duabus narrationibus, quarum altera suam sedem occuparat, altera marginem, ad praegressum *Ἔφιππος Ἀθηναῖος* aberrasset; et *Φιλόσοφος* (cf. p. LXVII.) omisso *Φίλιππος* sive lemmate de Philippo Opuntio philosopho, quod e tot Philippis incertum quo casu raptum forte fortuna historiis et flosculis philosophorum insertum videmus. Simillima labes invasit unam et alteram glossam, quae propter memoriam et litteras virorum illustrium debet in censum venire. Nam et quae Melissum Eleaticum tradiderat, hodie capite truncata superiorem in paginam delata medias inter glossas *Μέλητος* resedit, et duplex glossa *Σιμωνίδης Κρίνεω*, cuius pars melior in margine latuerat, distracta, cumque per inscitiam pronunciationis de prima syllaba dubitaretur, tam post v. *Σημεῖον* reiecta quam cum glossis *Σιμμίας* confusa fefellit librarios codicum antiquissimorum. Faciliorem aut veniam aut explicationem habet error in gl. *Ἀριστώνυμος* admissus, quam glossam nemo nescit post praestantissimam criticorum operam particulis finitimae gl. *Ἀριστοφάνης Βυζάντιος* auctam fuisse; sed aegre ferimus, quod divulsis

et elapsis membris necessariis primitivum narrationis habitum non iam licet redintegrare. Tantum vero perturbationis si quis miratur lexicon invasisse satis diligenter adornatum et curis secundis veterum inter Byzantinos editorum expolitum, satisfaciet glossa *Κάστωρ:* quae cum suam et rectam sedem obtinuerit, eadem tamen in libris post v. *Καρνεάδης* recurrit, neque causam repetitionis per errorem factae licet comminisci. Quid quod auctarium glossae *Τυννουτονί* destinatum post v. *Τοὔνεκα* traductum est, ubi ne distractas quidem plagulas possis suspicari. Contra lacinia gl. *Ἡγήμων* posteriori subtexta, *Τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστι Φίλιννα, ὡς Ἀθήναιος ἐν Δειπνοσοφισταῖς*, quam superiori *Ἡγήμων ὁ Θάσιος* oportuit ascribi, non tutior fideve dignior est illis sub finem gl. *Ἴπυς Ῥηγῖνος, Οὗτος πρῶτος ἔγραψε παρῳδίαν καὶ χωλίαμβον καὶ ἴλλα*, quae conclusionem efficere debuerant gl. *Ἱππῶναξ*. Etenim accessiones istae sunt ex earum numero, quas ostendimus (II, 9.) ab hominibus studiosis ex Athenaeo cupidius esse depromptas. Nondum de hac fraudum origine cogitabat *Rankius*, cum utrumque locum transpositione sanari iuberet de Hesychio p. 53. sq.

2. Praevertamur ad codices. Diximus supra (p. XX.), id quod passim in transcursu harum quaestionum est confirmatum, eorum principatum ad codices Parisinum A. et Leidensem esse deferendum, nec tutius habet fundamentum aut emendationis lex aut iudicium de glossis Suidae sinceris vel interpolatis. Nam etsi non eandem prorsus originem referunt neque ab eiusdem critici manu profecti sunt, uterque tamen solam vetustissimorum exemplarium scripturam fideliter praestat. Iidem etiam auctarium glossarum suppeditarunt, quas primus Gaisfordus partim cum aliorum librorum consensu prodidit. Has omnes luminibus verborum et amplitudine vincit quarta gl. *Σοβαρός*, quae deliciis Aelianeis accedat. Contra non multum lucramur novis hisce accessionibus: *Ἐκαπήλευσεν. Ἐσπέριος. Ζεβεδαῖος. Ἴων* gl. 2. *Μαζίσκας. Μενέμαχοι. Ὁμόσε ἰέναι. Ὀνίνησιν. Πανδαίσιον. Παράδειγμα* gl. 3. *Παρεμβαλεῖ. Παροχωχή. Πίφλιξ. Προσκαλέσαι. Στιριεύς. Τζοροллός. Τοὔλδον. Χιωνός* post v. *Ἴων. Ὑπερπταίη. Χονσά.* His insunt futiles quaedam quaeque suspicionem moveant, similes illae glossis *Μυτιληναῖος, Σακέρδως* et quinque post *Στοιχείωσις* vulgatis. Paulo plus momenti habent additamenta, quibus glossae notae supplentur vel augentur: ut *Διογενειανός. Ἐρώεις. Θυρεός. Ὄντα. Ὡς. Στρατήγιον. Τυννουτονί.* Iam singulos codices deinceps persequamur.

A. Parisinus optimus, olim num. 1852. hodie 2625. signatus, duo volumina grandi forma complexus. Vide Gaisfordi Praef. p. XIV. Hasii Comment. de Io. Lydo p. XXVII. Primus codicem diligenter periteque diversis manibus exaratum adhibuit et quoties libuit Küsterus inspexit (v. Praef. pp. II. XI.); deinde specimina nonnulla Schweighäuserus filius cum patre communicavit, vide huius Opusc. T. II. p. 200. Porro de tot criticis nullus eum usurpavit ante Gaisfordum, cui non modo plenissimam collationem (v. quae monuimus p. XX.) sed, quod pluris est, Suidam debemus ex illius libri copiis emendatum, auctum plurimisque sordibus purgatum. Isdem etiam centenas sumpsit vel revocavit, plerumque per silentium, glossas syntacticas (cf. supra III, 5.), quas praestabat libri marginibus relinqui; nec multum refert, quod earum partem suus A. servavit, ut *Διανύω, Διαπλέων, Διερμηνεύω, Ἐξέρχομαι.* Idem alius generis glossas minores obtulit, hic illic ex vetusto fonte ductas, gl. tertiam *Μεῖον*, priorem *Οὐρίαχος, Ὥρμα* et *Ὡρμενος, Προτίλια, Ῥεδίων, Σχίδακας* et omnium pretiosissimam *Διονυσιάδης*, saepius tamen editas auget additamentis, ut v. *Δεία*. Rarum exemplum interpolationis ab alia glossa

derivatae praebet v. *Βορᾶς*: ut enim plurimas fraudes ignorat, ita paucissimis in ordine locum concessit, saepius autem in margine posuit observationes e locis superioribus ductas, velut post vv. *Φιλοσοφία* et *Φθόνος*. Sed in nulla parte totius operis tantum virtus et integritas libri principis elucet, quantum in oratione cum Suidae tum testium ab eo prolatorum pure pleneque custodita; nec praestantius emendationis cum fructu factitandae subsidium adhuc repertum est. Uberiorem autem scripturam et reliquis castigatiorem apud illum extare non potest melius cognosci, quam si quis narrationes paulo longiores, praesertim historicas, hoc duce restitutas velit perlustrare; vide vel gl. 2. *Ἑρμείας*, *Ἑρμογένης*, *Εὐθύδημος*. At vero longum est vel potius infinitum eas glossas recensere, quibus idem liber suppletis (vide specimen instar aliorum v. *Σύνθημα*) et in melius conformatis membris salutem reparavit. Quo magis dolendum quod eximius codex identidem hiat et numero glossarum caret non exiguo. Desiderantur enim, quas lacuna complurium foliorum hausit, glossae inter *Ἰγνάτιος* et *Ἰχτῖνος* interiectae, item quae folium singulare complesse videntur *Σταχτή* quaeque sequuntur ad *Σιφνοτύπτης* usque, *Συνέπεσε* et continuae eiusdem fere spatii, sed particulas earum aliunde sumptas margo servavit, item ut accidit in multis glossis ab initio litterae *Π*, quas A. aut nescit aut mutilatas in margine decerpsit, ut *Παλλάδιος*, *Παλαμήδης*, *Παλαμναῖος*, *Παλαιόν* et sequentes, *Παλαίσμασιν*, *Παλαίστρα*, *Παλαίφατος*, *Παλαιφάτου* et plerasque ante *Παλινσκίψ* cum narrationibus sub v. *Παμπρέπιος* amplissimis. Ubi sine dubio defuit integrum exemplar, ex quo curis secundis intermissa resarciri possent, quemadmodum manu recentiore factum tradit Gaisfordus in v. *Συντάξας*. Similiter maior glossarum pars inde ab *Ὑπεξῃρήσθωσαν* usque ad *Ὑπερίδης* periit; adde nostram annotationem in v. *Ὑπόλογον* et Gaisf. in v. *Φαληρεύς*. Omnino mirum quot et quantis in glossis codex sub *Φ* deficiat: vide vel *Φιλίσκος* gl. 4. 5.

B. Parisinus, in usum Gaisfordi totus excussus, nihil aliud nisi supplementum bonorum librorum praebet, eumque solius accessionis instar habendum esse dictum p. XX. Idem duo alios Parisinos, quos G. H. (p. XIV.) appellat, in littera *P* sibi conferri iussit; sed sumptus, opinor, eum poenituit.

V. Vossianus (in praefixa scheda dictus *Ex Bibliotheca Viri Illustris Isaaci Vossii*) in Bibliotheca Leidensis Academiae inter MSS. Graec. Voss. F. 2. repositus, chartaceus (*in charta serica* tradit male confectus Catal. Bibl. Univ. LBat. p. 391.) vel potius gossypinus, formae magnae, diversis manibus scriptus, binis laterculis sive columnis versuum fere 43—49. Exorditur a gl. *Ἀπείπατο*, desinit in transposita gl. *Χαλβάνη. ἀλοιφή τις ἐνεργητική*, quibus succedit folium a bibliopego submissum, continens initium gl. *Φίλος. ἕτερος αὐτός* laceratum et quae sequuntur usque ad verba *ὁ καλούμενος χημός* in gl. *Φιμοί*, sed omnium illud maxime detritum. Sub finem enim situ vel madore tam misere corruptus est, ut in summis paginis initia vel exitus versuum aliquid damni fecerint. Liber magna diligentia perscriptus et secundis curis, eadem an alterius manu, emendatus, litteris satis grandibus et distinctis, quarum ductus in tanto compendiorum vel siglarum numero aegre licet assequi. Cum tamen diversis manibus exaratus sit, non eadem est legendi difficultas. Nam aliae partes litteris apertis et diductis ita sunt explanatae, ut Gronovium et testes Gaisfordianos mirere toties errasse vel expressas scripturas neglexisse; aliarum vero dispar est intelligentia, praesertim si ductus minuti flexuosique vel coartati siglis vocum obscurentur et aciem oculorum quamvis intentam fallant. Hinc satis

perspicitur quid sit cur in nullo Suidae codice toties erratum fuerit ac scripturae varietates tantis dissensionibus ab iis referantur, qui noluissent lente properare. Glossas uberiores et annotationes generis syntactici rarius V. quam A. in margines coniecit; sed plerumque syntacticas et harum similes ignorat, quas a Küstero praetermissas solet Gronovius silere; similiter tamen apponere consuevit *παροι* proverbiis et glossas onirocriticas praefixo *λύσις ὀνείρου* seposuit. Ceterum desunt aliquot folia sub gl. *Ἀπόδειξις* (ubi v. Add.), item littera *Ω* cum initio *Π* usque ad p. 11. ac lacunosus est in v. *Ὅμηρος*; raro praebet accessiones aliis incognitas, ut in vv. *Ἡβήσαντες*, unde locus Eunapianis accedit, *Ἰούνιος*, *Σοβαρός* ac gl. 1. *Σωφροσύνη*, nec spernendam affert opem, ubi deficit A. ut in v. *Παμπρέπιος*. Conspirat autem cum A. in quovis fere scripturae genere, meritoque primarius Suidae liber habetur, nec dubium quin uterque communem et integerrimum fontem usurparit; sed praestabilior tamen A. multis est nominibus (vide monitum p. XX.), ut qui pluribus in locis ac maiore diligentia manum scriptoris reddat illibatam. Huc adde non leve Vossiani detrimentum, quod magnam partem glossarum historicarum vehementer contraxit easque gravissimis membris sublatis adeo mutilavit, vix ut umbram in nonnullis relinquat. Velut copiosissimam narrationem gl. *Γέσιος* his complexus est: *ἐπὶ Ζήνωνος ἦν λαμπρυνόμενος τέχνῃ ἰατρικῇ σφόδρα ὡς πάντας νικῆσαι, Πετραῖος τὸ γένος. οὗτος καθεῖλε τὸν ἑαυτοῦ διδάσκαλον Δόμνον τὸν Ἰουδαῖον καὶ τοὺς ἐκείνου φίλους πάντας πρὸς ἑαυτὸν μετέστησε.* Item ex gl. *Γόργος ὁ Μεσήνιος* nihil servat nisi principium, *ἀθλητής, στεφανίτης καὶ ἀριστεύς*, e gl. *Ἐπίκτητος* amplissima tantum haec, *δοῦλος Ἐπαφροδίτου σωματοφύλαξ Νέρωνος Ἱεραπόλεως τῆς Φρυγίας φιλόσοφος ἄριστος.* Sed de tot exemplis sufficit comparasse gl. *Βαβυλᾶς*, *Βεσπασιανός*, *Γρηγόριος*, *Δάμις*, *Δεξιός*, *Δείναρχος*, *Δεινοκράτης*, *Δημοκήδης*, *Δημοποίητος*, *Δημοσθένης*, *Δημόφιλος*, *Δομετιανός*, *Δομνῖνος*, *Ἐπίκουρος*, *Ἐπιζήδης*, *Εὐπείθιος*, *Ζίρχων*. Possit aliquis causam tantarum praetermissionum ad ignaviam librariorum revocare. Si tamen gl. *Δημήτριος Φανοστράτου* contemplamur vel potius glossae eclogam et paulo longiorem *Διονύσιος ὁ Ἀρεωπαγίτης* adiungimus, cuius fines V. cum deterioribus libris acerbius circumscripsit, dubitari non potest quin criticus iste, qui copias lexici ab Vossiano descriptas recensuit, epitomen nominum memorabilium secutus sit, non dissimilem illam opusculo Hesychiano: v. II, 9.

Hic igitur codex olim *Henrici Stephani* fuit, qui lectiones nonnullas in Thesauro L. Gr. protulit; ac Frid. Sylburgio (vide p. XV.) usum eius vel delectum scripturae largitus est. Deinde latuit in scriniis Bibliothecae Leidensis, donec *Iac. Gronovius* totum excussit (is in gl. *Χαλβάνη*: *Hic finis erat MS. Et absolvi ipsis Nonis Ianuarii* 1710.); nisi quod marginem eius parum curat atque vel longiores omisit observationes; varietatem autem scripturae marginibus Küsterianae commisit, partem etiam (cf. infra 3.) publici iuris fecit. Postea libri praestantiam cum agnovissent, in usum vocarunt *Hemsterhusius*, qui Scholiis in Aristophanis Plutum emendandis (cf. praef. p. XV.) eum adhibuit, et *Valckenarius*, ad codicem diligenter conferendum adhortans in Callimachi elegg. p. 182. cf. Diatr. p. 169. Quorum hic invenis plura specimina suis Animadversionibus in Ammonium inseruerat; alia Piersonus in Moeride commemoravit. Diutius tamen omnis eius notitia pendebat ex collatione Gronovii sive exemplo Suidae Küsteriani, quod ad Laur. Santenium pervenerat (v. Ruhnk. in Tim. p. 4.); id apud Lenzium Vimariensem vidit Passovius (v. Musaeos p. 23.), dein Aug. Seidlerus possedit, qui G. Hermannum eo donavit. Nobis usuram tanti thesauri humanitas Seidleri concessit: de quo traditum p. XVII.

Alteram collationem curatius institutam (p. XIV.) primus evulgavit Gaisfordus eiusque fructum ad lexicographum refingendum accommodavit. Tandem ipse nactus Leidensem et intra parietes privatos, quantum per tempus licuit, rimatus quid inter Gronovii Gaisfordique laborem interesse cognoverim, paucis exposui p. XX. sq. Ceterum ubicunque siletur codex, velut in glossis a Gaisfordo sublatis ad fidem plurium librorum, V. non memorato, hic putandus est ceteris suffragari. Et partem quidem novarum lectionum inde ab v. Ὑπερβριθές commentariis inseruí, reliquam autem Addendis reservare coactus sum, ita tamen ut integram scripturam usque ad v. Ἀφίχους enotarem, hinc ea sola quae vidissem in annotatione sileri vel perperam exsignari; cumque progressus ad v. Γιγαντώδης intelligerem otium non esse suffecturum, operam in iis continui, quae Gronovius (huius vero dissensum ubique *V. indicat) ac Gaisfordus non eodem modo tradiderant, sic ut graviores glossas perstringerem, in quibus pretium esset codicem memorari, praetermissis levioribus mendis, ubi ductus eius parum fideliter repraesentarentur. Nam Gronovius, qui mediocriter et palaeographiam teneret et grammaticam Graecam, ab litteris diversarum manuum frequenter aberrat, nec recte solet tenores exprimere: quod genus errores ab hoc vel a Gaisfordo commissos raro visum est notari. Sed in hoc spicilegio substitimus ad extremam *Θ*, nec licuit iam quicquam praeter particulas in *K* delibare. Quamobrem etsi dimidiam tantum partem confeci, supplementum tamen annotationis non exile paratum est, unde possit de relictis etiam glossis iudicium praesumi. Verum haec operosius fortasse narrata videbuntur; eaque satis sint ad historiam utriusque codicis praestantissimi cognoscendam; ceteros enim non attinet uberius describi.

C. Oxoniensis in Bibliotheca Collegii Corporis Christi, quem Coxii Catal. Codd. MSS. Oxon. P. II. 1852. inter Codd. illius Collegii n. 76. 77. sic tradit: *Membranaceus partim et partim chartaceus; hodie in duo volumina distinctus, quorum habet primum f.* 280. *alterum f.* 328. *S. XV. olim Gul. Grocini; haud eadem manu nec eodem tempore scriptus.* Adhibuit eum *Porsonus* in Appendice curarum Toupianarum, in Euripide (v. Praef. Hecub. p. X.), in Aristophaneis; contulit Gaisfordus (p. XIV.) plerumque ubi V. hiat. Simillimam enim uterque praebet scripturam, quae communem redoleat fontem; quamquam apparet C. minore cum diligentia perscriptum esse, nec tuto licet ex huius lectionibus de libro V. existimare. Porro glossas maiores, potissimum historicas, aut neglexit aut vehementer imminuit, quasi lexicon breviatum (p. XXX.) moliretur. Hodie non alium praestat Oxoniensis usum nisi ut damna codicis Vossiani suppleat.

D. Oxoniensis inter Bibliothecae Bodleianae Codd. Miscell. n. 289. S. XV. duobus voluminibus formae magnae. In locis tantum suspectis ab se consultum dicit Gaisfordus. Liber mediocris notae.

Huic *tertium* Bodleianum subiicit Coxius in Recensu Codd. Graec. Bodl. Oxon. 1853. edito: Cod. Miscell. 290. S. XV. post edit. Oxoniensem in Bibliothecam illatus. Is incipit ab v. Ἀφροκρατίων, desinit in v. Φιλοκράτης. Passim mancus esse dicitur.

E. Bruxellensis in Bibliotheca Regia servatus, olim Bibl. Iesuitarum Antverpiensis, quem *A. Schottus* in Proverbiis e Suida collectis, utpote *satis vetustum* (hoc est, Saec. XV. anno 1475. absolutum), saepius adhibuit. Totum comparavit Gaisfordus (p. XIV.), qui iusto

maiorem ei fidem habuit. Etenim liber est ordinis infimi, quem ab critico temerario recensum fuisse breviter monui p. XX. Interdum etiam glossas de suo inculcavit: v. Küst. in v. *Βασίλειος* p. 420. extr.

F. Florentinus, ab Elmsleio visus: v. Gaisf. p. XIV. Alterum a. 1402. absolutum memoravit Montfauconus Diar. Ital. p. 368.

Parisinus Brequignii sive Codex olim Collegii Claromontani Soc. Iesu, cuius lectiones ab homine illo parum perito descriptas suis locis commemoravi. Rettulit eas *de Brequigny Observations sur un manuscrit du Lexique de Suidas, Notices et Extraits des Manuscrits de la Bibliothèque Nationale*, T. V. An VII. p. 5—20. Qui quae tradit ad notitiam codicis apta, ea infra posuimus.*) Libri nemo posthac mentionem fecit.

Vaticani codices interdum afferuntur a Küstero (v. Praef. p. XI.), qui lectiones aliquot *bonas* a Pearsono descriptas iusto rarius usurpat, ab Alemanno in Procopii H. Arc. p. 18. (101.) ab Ang. Maio (v. sub v. *Ἰάμβλιχος*) et aliis fortasse, quorum nunc non recordor. Porro Vaticani duo designantur in eo Bibliothecae Vaticanae indice, quem in Bibliotheca Vratisl. Rehdigerana servatum Haasius edidit in Serapei T. XII. ubi p. 136. affertur n. 13. *Σουίδας λεξικόν*. n. 16. *Σουίδας λεξικὸν μέχρι τοῦ Θ' στοιχείου. τὸ δεύτερον βιβλίον τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῶν κ' μέχρι τέλους.*

Veneti codices duo Saec. XV. recensentur ab *Iac. Morellio* Bibl. Manuscr. T. I. Bassani 1802. p. 314. qui mutilos esse narrat. Sed viri litteratissimi tam brevis est descriptio tantaeque levitatis, ut ambigi possit utrum Suidam an epitomen sive Zonaram in manibus habuerit. Zanettii quidem errorem in alio Veneto admissum notat Villoisonus Anecd. T. II. p. 250. In bibliotheca Dominicanorum Venetias visens Montfauconus codicem bombycinum duobus voluminibus Saec. XIV. observavit: v. Diar. Ital. p. 47.

3. Satis dictum de codicibus magnam partem exploratis. Narratio de veteribus libris editis eo brevior erit, quo magis constat nullius praeterquam Mediolanensis et Küsteri memoriam hodie vigere atque criticorum usu celebrari. Nam ut verbo dicam, princeps editor fuit Demetrius Chalcondyles, huius vestigia presserunt Aldus, Basileensis, Portus, primus lexicon novis subsidiis adiutus emendavit multisque mendis vel interpolationibus liberavit Küsterus;

*) *Ce MS. étoit dans la bibliothèque du collége des Iésuites à Paris, sous le n. 74. c'est l'article 352. du Catalogue des MSS. de cette bibl. inprimé en 1764. Par. 8. Je crois qu'il a passé aux mains de Mr. D'Orville. C'est un volume en papier, de petit format in 4°, dont l'écriture paroit être du XVIe siècle, et qui ne contient que 77 feuillets. — Le MS. des Iésuites n'offre que des noms de personnes: tout ce qui appartient à la grammaire en a été exclu, à la réserve de l'article ἀδιαφορία. — Il n'offre pas à beaucoup près tous les noms de personnes qui sont dans les éditions. — Non seulement il contient moins d'articles que les éditions, mais plusieurs de ces articles y sont beaucoup plus courts. — On n'y trouve point non plus quantité d'articles tirés d'écrivains plus ou moins anciens, de Paul Aeginète, de Michael Psellus.*" Hinc subnatum est lepidissimum hominis semidocti commentum, quod supra p. XXVIII. memoravimus. Itaque liber Claromontanus ad eos codices pertinere videtur, qui vel epitomen historicam fabricarentur vel eclogas ex iis libris, quales modo Vossianum et alios I, 5. cognovimus, efficiendas sibi proponerent.

sed unus Gaisfordus ad fidem optimorum librorum non singulares glossas sed integrum Suidam recensuit, ut iure primus editor haberi debeat, qui criticam artem scriptori navaverit.

Ed. 1. Med. Mediolanensis a Demetrio Chalcondyle Atheniensi curata, quam in chartis magnis et fortissimis expressam non vulgaris typorum et atramenti splendor latique margines ornant, quamque merito redemptor et opifices lectoribus suis in prooemiis Graece Latineque scriptis commendant, iusto caret titulo. Praefixus in folio primo recto *Διάλογος Στεφάνου τοῦ μέλανος*, quasi sermo commendaticius: unde saltem libri pretium cognoscitur, modicum illud pro voluminis amplitudine. Verba sub finem sunt haec: *ἡ οὖν τῆς βίβλου τιμὴ πόση τίς ἐστι;* B. *χρυσῶν τριῶν.* Sequuntur eodem in folio verso disticha quaedam Latina, auctore Antonio Motta. Haec excipit in folio secundo Io. Mariae Catanei epistola ad Albertum Pium, quae Demetrii disciplinam collaudat, deinde Ioannem Bisolum ac Benedictum Mangium Carpenses, ingeniosos typorum artifices, admiratur, postremo Suidae copias tanquam cornucopiae depingit. *Locis enim suis* (inquit) *necessaria complectitur quaecunque fere ab orbe condito supra annos* 5780 *memoranda, Hebraeas, Graecas, Latinas omniumque historias compendiose tangens, philosophorum sectas et dicta, poetarum fabulas mirabili temperamento narrans, somniorum involucra, αἰνιγμάτων latebras, innumera paene proverbia acri intentione dissolvens: opus profecto necessarium tam Latine quam Graece scire volentibus. Nam quid illam multiplicem verborum electorum solutionem demirer? cum satis constet ex probatissimis diversarum rerum auctoribus excerpsisse diffusam ἀνθολογίαν*, et quae sequuntur. Similia continet Graeca *Δημητρίου τοῦ Χαλκονδύλου* praefatio in fol. 2. verso, qui laudibus *Βενεδίκτου Μάζου καὶ Ἰωάννου Βισόλου τῶν Καρπαίων* defunctus suam industriam sic describit: *Ὁ δὲ τὴν διόρθωσιν τοῦ βιβλίου πεποιηκὼς Δημήτριός ἐστιν ὁ Χαλκονδύλης. ὃς πλείοσιν ἀντιγράφοις χρησάμενος κἀν τούτοις πᾶσιν οὐ σμικρ' ἅττα ἁμαρτήματα εὑρηκώς, ὧν τὰ πλείω ἐν ἅπασιν ὡσαύτως ἐτύγχανεν ὄντα, πολλὰ μὲν φιλοπονήσας καὶ διασκεψάμενος ἐπηνώρθωσεν, ἔστι δ' ὧν οὐχ οἷός τ' ἐγένετο τῆς προσηκούσης διορθώσεως τετυχηκέναι. — οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ λέξεις ἐνίας, αἵτινες τὸ παράπαν οὐχ ὑπῆρχον ἐν Σουίδᾳ, ἄλλοθέν ποθεν συλλέξας προσέθηκεν, ὡς ἂν οἱ ζητοῦντες τὸ σημαινόμενον αὐτῶν ἔχοιεν ἀπονώτερόν τε καὶ ἑτοιμότερον ἐντεῦθεν πορίζεσθαι. καὶ λέξεις δέ τινας ἀνερμηνεύτους ἔνθα ἐνεχώρει ἐπιμελὲς αὐτῷ γέγονε σαφηνίσαι.* Deinde in laudes lexicographi sui excurrit paulo uberiores iis, quas fecerat Cataneus; monetque sub finem, quanta paucitas exemplarium in ipsa Graecia fuerit: *τὸ δὲ βιβλίον οὕτω τοι σπάνιον καὶ πολύτιμον ἦν ἔν τε τῇ Ἑλλάδι καὶ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, ὡς τὸν τοῦτο κεκτημένον μέγα φρονεῖν ἐπ' αὐτῷ καὶ τὸ δὴ λεγόμενον κέρας ἀμαλθίας καρποῦσθαι.* Volumen continetur foliis 509. cum hac subscriptione:

Anno ab incarnatione MCCCCLXXXXVIIII die XV novembris, impressum Mediolani impensa et dexteritate D. Demetrii Chalcondyli Ioannis Bissoli Benedicti Mangii Carpensium.

Claudunt opus epigrammata Latina, quibus Ioannes Salandus Demetrio Calchondilo (sic) et lectori valedicit, inter alia tradens Demetrium ab Antonio Motta et Io. Maria Cataneo permotum fuisse, ut tantam operam susciperet. Profecto non extabat maius aut difficilius in Graecis litteris monumentum curis criticis tractatum, nec potest labor comparari, quem Demetrius Homero et Isocrati recensendis impenderat. Et haec quidem de Mediolanensi.

Ipsius autem Demetrii confessio satis arguit quem finem quamque rationem secutus sit. Quamquam Villoisoni (Anecd. Graec. T. II. p. 261.) tam mediocre fuit iudicium, ut illius

licentiam cum Hesychio per Musurum ingeniosissime sed minus fideliter emendato contenderet et narrationem verbosam, quam haud prudentius in Animadv. in Long. p. 152. inchoarat, observatione scilicet erudita consummaret hac: *Scilicet nullum tunc temporis edebant auctorem, nullum Graecum aut Latinum codicem typothetis excudendum tradebant, quin prius eum repurgassent et emendassent.* Demetrius igitur cum codices, ut tum plerisque criticis usu venit, parabiles et inferioris loci contraxisset, quales Italicae bibliothecae vel scrinia privata haud solicite quaerentibus offerrent, diligenter sane sed nec Suidae prorsus gnarus neque ea quae hodie postulatur religione glossas constituit, manifesta vitia correxit fecitque pro viribus, idem vero pleissimum doctrinae thesaurum constructurus, quasi qui lexicon recens omnium in usus digereret, meliore consilio quam fide novas copias inculcavit ex varia lectione submissas. Hac mente partem magnam Stephani Byzantii recepit, Paulum Aeginetam ob notitiam morborum et materiae medicae decerpsit (id vero fraudum genus tetigit Küsterus p. II.), notationes vocabulorum aliaque praecepta traxit ex Etymologico, nec sprevit Zonaram, cui praeter levissima quaeque debet etiam longiores theologorum observationes (vide vel vv. *Ἐφούδ*, *Παράδεισος*, *Προσευχή*, *Ὑπόστασις*), aut alios quos in promptu habebat grammaticos, ut in v. *Ἀντωμοσία*. Porro locos laborantes non raro liberalius suo Marte iuvare conatur (ut in v. *Εἰς λατομίας*), ac declarat ipsa res, quod ingenue fatetur, totum in Suida suo locupletando fuisse: velut, ne longius abeam, sex continuas glossas post *Ἀάσχετος* subornavit. Apparet igitur in Demetrii moliminibus bene merendi voluntas et studium litterarum Graecarum, ut illis temporibus, minime contemnendum; sed quis neget foedis modis ab eo Suidam interpolatum fuisse? Levius tamen illius errorem et temeritatem ferremus, si veterum editorum aliquis tantas fraudes indicare voluisset ac librorum auctoritate sustulisset. Nunc vero paucorum in suspicionem venit Suidas insitivus; adeoque Musurum aequalem nactus est imitatorem, qui plurimas annotationes indidem in Aristophanis Scholia simpliciter invexit. Hodie Mediolanensis quis usus sit in quaestionibus criticis supra monitum in capitis principio: cf. p. XX. Quod autem Hermannus olim (post Brunckium in Aristoph. Nub. 1392.) Praef. in Soph. Trach. p. XV. ex hac una Suidam ab se laudari pronunciavit, contempto Küstero, *cuius nulla sit auctoritas*, solos ille poetarum scenicorum locos in mente habuit, quos Küsterus clam ex vulgatis exemplaribus interpolasset, Demetrius ut fors ferebat recte vel mendose scriptos dedit.

Ed. 2. Aldina post inscriptionem SVIDA. | ΣΟΥΪ̈ΔΑ. habet indicem grammaticorum, *Τὸ μὲν παρὸν βιβλίον — κατὰ στοιχεῖον.* Sequitur insigne typographicum Aldi cum subscriptione *Aldus M. R.* Paginae dimidiatae sunt sive per latercula excusae, quod artis compendium opinor institutum ut chartis parceretur; nam quod Gronovius eam *σελίδων* rationem ab ipso Suida profectam arbitratur, id illius acumini condonabitur. Desideres autem nitorem typorum, quem in aliis Graecorum exemplaribus Aldinis agnoscimus. Finem voluminis, quod foliis 391 constat, facit Index tacticus. In novissimo folio custodes enumerantur, dein,

Omnes quaterniones. Venetiis in aedibus Aldi et Andreae Soceri. Mense Feb. MVXIIII.

Aldus vel quisquis eum adiuvit tam fideliter vestigiis Mediolanensis institit, ut locis paucioribus in annotatione commemorari debuerit et ab lectionibus editoris principis distingui. Quodsi tenemus universas huius interpolationes ab Aldo propagari, nemo suspicetur ei copiam alius codicis affuisse. Quid igitur de hominum illorum ignavia vel pristinorum studiorum infantia

Digitized by Google

censebimus, cum certissimum sit (quod ne Küsterum quidem praeteriit p. VI.) moderatores Aldinae codicem frequenter usurpasse de fonte communi ductum, cui praestantissimus A. deteriorem sui partem debet? Hinc primum fluxerunt glossae syntacticae (v. p. LXXVII.), quas A. (marg.) plerumque confirmat, porro glossae novae, breviores tamen et numero modico, deinde minora quaedam auctaria glossarum editarum, quibus membra vel voces necessariae supplentur, postremo diversitates scripturae, quarum pars ad interpolationem refertur. Et novae quidem glossae, quas apparet non eiusdem esse dignitatis, hae sunt: *Ἄληξ*, *Δαιδάλλω* cum duabus continuis, *Διεπεραιώθη*, *Διονύσιος Ἀλικαρνασσεύς*, *Διονύσιος Ἀλεξανδρεύς*, *Ἵππαρχος Σταγειρίτης*, *Καθεστώς* cum duabus continuis, *Καθεῖσαι*, *Κατὰ σκοπόν*, *Κόνδυ*, *Ὁ κάνης* cum gl. duabus, longa narratio *Περὶ Πίστεως* sub v. *Πίστις*, tandem *Τούς*. Ex his propter testimonia vel memoriam virorum illustrium solae *Δαίμονα*, *Διεπεραιώθη*, utraque de Dionysiis et *Ἵππαρχος* in censum veniunt. Longe plures autem glossas interpolavit aut additamentis et malis appendicibus aut novicia fabricatus commenta, partim etiam libris usus Zonarae simillimis, has dico: *Ἀλκμαιωνίδαι*, *Ἀέρω*, *Διασύρω*, *Διαφθορά*, *Διονύσια*, *Αἶγες*, *Αἰγεύς*, *Αἰρεῖς*, *Ἐδημοσίωσαν*, *Ἐμφιλοχωρῶν*, *Ἐπιτοαυτό* cum quinque glossis, gl. 2. *Ειδέα*, *Κάθαρμα*, *Καταφθορά* post *Καταφωτίζω*, *Καιρὸς λέγεται*, *Μαλθάζει*, *Μάννα*, *Μεταλαμβάνω* et *Μεταλαγχάνω*, *Μεταποιοῦμαι*, *Μωσώ*, *Νύμφιος οἶκος*, *Ὀμβριμοεργός* cum seqq., *Πίτυς*, *Προσβλέπω*, *Τιρήβαζος*, *Ὑφήφασμαι*. Praeterea foedus error peperit gl. *Λαχάνη* et *Λαπαδεύεσθαι*, quae ex aliis Suidae locis ductae scribi debuerant *Λεκάνη* et *Λαμπαδεύεσθαι*, ac maiore temeritate compilavit Aldus gl. *Ἰταλία* e Stephano Byz. Pleraque huius generis iam expunxerunt editores. Nec tamen silenda sunt auctaria membrorum locorumve neglectorum, quibus Aldus resarsit glossas *Ἀντίρροπον*, *Βαβακατρεῦ*, *Διεπεραιώθη*, *Δόρυ*, *Ἡδόμενος*, *Ἰστίον*, *Καγχάζει*, *Καδίσκος*, *Κάδμος*, *Κάδος*, *Κάιν*, *Καθαλάμενος*, *Καθαπτός*, *Καθαρῶς*, *Καθαρσιώτερα*, *Καθ' αὑτό*, *Καθαιρήσετε*, *Καθεσταμένος*, *Καθεῖναι*, *Καθείς*, *Καθῆκον*, *Καικίλιος* (quam glossam huc retraxit), *Κομπολακύθου*, *Λεόντιος*, *Πῶρος* gl. 1. Accedunt glossae, quarum scripturam idem dedit emendatam vel puriorem, *Γυρῖνοι*, *Μάχλος*, *Μελαμπύγου τύχοις*, *Μένων*, *Μούνυχος*. Nullius autem in oratione tantopere discessit ab Mediolanensi, quantum in v. *Διονύσιος ὁ Ἀρεωπαγίτης*, ubi facit cum A. Parisino, qui quicquid boni vel novi prodit Aldus, id confirmat vel in melius exornat. Sed dum accessiones istas et fraudes reputo, non equidem miror illinc aliquid beneficii in Suidam esse collatum (omnes enim perexiguo sunt numero, si magnitudinem operis spectes), sed illud mirabile videtur vel potius singulare, quod editor codicem suum, unde lectiones nonnullas eruit bonas ac plures etiam melioresque potuit, si vellet, levissime perstrinxit et ubi nulla vel mediocris incideret difficultas usurpavit, centenis autem locis impeditis aut affectis neglexit adhibere. Quamobrem mihi persuasi codicem istum inter emendationis curas non esse cum Mediolanensi comparatum, sed a familiare quodam (constat enim socios Academiae doctae, qua stipatus erat Aldus, in communionem variorum laborum venisse) inde lectiones forte casuque decerptas et in ordinem ut libuit immissas fuisse.

Ed. 3. Basileensis cum Aldinam expresserit totam, ipsum etiam indicem operis repetiit, nisi quod primae paginae subscripsit, Froben. Basileae MDXLIIII. Item in extremo folio: Basileae, apud Hieronymum Frobenium, et Nicolaum Episcopium, mense Augusto, anno MDXLIIII.

Irrepserunt errores e socordia nati, quos nonnunquam perstrinxit Küsterus (ut in vv. *Κλισία* et *Λυκόφρων*); velut cum sigla vocis (v. sub *Κινεῖ*) secus accipitur; aliquoties tamen vir

Digitized by Google

doctus qui Frobenianis operis affuit mendosos locos feliciter correxit, ut gl. *Ἀναλίσκειν*, posterioris *Ἀναξίμανδρος* (adde similem emendationem v. *Κτησίας*), *Ἀρτεμισία*, *Ἑτεραλκία*, *Εἰσεποιῆτο* (ubi *Πῶρος ἐφρυάττετο* debuit in ordinem recipi), posterioris *Ἰουστῖνος*, *Κηρύκαινα*, *Κωνσταντινούπολις*, *Λούκιος*, *Μικίψας*, *Ὄπιμα*, quae correctiones hominem indicant in antiquitatis historia versatum; sed multo magis admiramur, quod in v. *Κῶος* malam omnium librorum orationem *ὁ μὲν γὰρ Χῖος ἐδύνατο ἔνδον, ὁ δὲ Κῶος ἔξω* persanavit repertis *ἔν* et *ἔξ*.

Suidae historica . . . opera ac studio Hieronymi Wolfii in Latinum sermonem conversa, Basil. 1564. 1581. f. Vide p. LII. et Küst. p. VI.

Ed. 4. Porti, cuius titulus inflatior, demptis supervacuis, hic est: Suidas, cuius integram Latinam interpretationem et perpetuam Graeci textus emendationem Aemilius Portus . . . accuratissime conscripsit, Colon. Allobr. 1619. (Genevae 1630.) II. f.

Expressit Basileensem, notulis parum commode interpositis, quibus auctorum locos indagat vel emendare conatur. Operam sane levem, sed a nullodum inchoatam etsi non contemnimus, parum recte tamen Küsterus arguitur, quasi qui haud raro tanquam suas tacite Porti emendationes adoptet. Nihil enim inest quin homo mediocriter doctus, nedum Küsterus suopte ingenio potuerit excogitare. Ceterum Portus quam obtusae fuerit mentis et impar negotio suspecto, declarat Suidas non vulgari constantia Latine versus; qui quoties a Graecis aberret vel a communi sensu lectoremque destituat, fusius exposuit Küsterus in Praefatione; adde p. XXIII.

Ed. 5. Küsteriana, hoc indice: Suidae Lexicon, Graece et Latine, tribus voluminibus. | *ΣΟΥΙΔΑΣ*. SUIDAE Lexicon, Graece et Latine. Textum Graecum cum manuscriptis codicibus collatum a quamplurimis mendis purgavit, notisque perpetuis illustravit: versionem Latinam Aemilii Porti innumeris in locis correxit; Indicesque Auctorum et Rerum adiecit Ludolphus Kusterus, Professor humaniorum literarum in Gymnasio Regio Berolinensi. Cantabrigiae, typis academicis. MDCCV. III. f. Inscripsit laborem suum Friderico, Regi Borussiae primo, verbis magnificis et in panegyrici modum exornatis, quibus animum gratum propter munus in se collatum otiumque liberaliter concessum profitetur. Opus illis temporibus inter splendidissima litterarum antiquarum monumenta referri debuit, quippe quod non solum ars Britannica nitore chartarum et typorum vestita commendare videretur, sed apparatus etiam eruditus ultra Porti mediocritatem evectus et oratio Graeca multis partibus castigata. Laudator autem ei praeclarus obtigit *Bentleius*, quem Küsterus fautorem et ducem in studiis rei metricae nactus erat, quemque nemo nescit in altera Epistola ad Hemsterhusium (Ruhnk. Elog. p. 90.) illius operam in Suida positam, quem emendatissimum dederit, celebrasse.

Sed paulo post editor acerrimum reprehensorem expertus est *Iacobum Gronovium*, opprobrium istud nominis clarissimi, qui contumeliis verborum et rusticitate Pauwios et Burmannos aequiparavit, stupore et impudentia plerisque palmam eripuit. Quodsi vel mediocrem Suidae habuisset notitiam nec plumbeis telis dimicasset, facile poterat existimationem adversarii pervertere. Postquam igitur recensionem novam ad codicem Leidensem sub a. 1710. (ut supra dictum) exegerat, specimina nonnulla protulit in libello sic inscripto: ***Decreta Romana et Asiatica pro Iudaeis*** . . .

ab Iosepho collecta — in publicam lucem utilitatemque restituta. Accedunt Suidae aliquot loca in literis ABΓΔ ab vitiis purgata ex MSS. Codicibus Academiae Lugduno-Batavae ab I. Gronovio. LB. 1712. Ubi pp. 56—116. Suidae tribuit, sic ut lectiones numero paucas, perverso iudicio delectas, expromeret nec praestabilia frivolis discernere sciret. Immo Gronovius quamlibet scripturam (ut ait) *mirabilis illius Lugdunensis* sive *teneritudinem almi codicis academici* eodem loco habet, id est, verissimam, eamque collaudat superstitiosus iste *sacrorum codicum* sectator, qui turpissime labitur, siquando suam sententiam ad explicanda codicis prodigia verbis inquinatis et perplexis interponit; modo sententiam eius *per obscurae et faeculentae orationis nebulas* (ut Bentleianis utar in Hor. A. P. 441.) perspicere liceat. Cum Küstero tamen satis clementer agit, nisi quod *Cantabrigiensem sapientiam* irridet et *Suidas Germano-Gallo-Britannicus* semel traducitur. Nec graviora sunt quae notavit in Latinis eiusdem *Infamia emendatt. in Menandri reliqu.* pp. 89. sq. 157. sq. Huic vero reposuit Küsterus in Io. Clerici *Bibliothèque choisie* T. 24. quae defensio singulatim prodiit, et iterata quidem hoc titulo: *L. K. Diatribe Anti-Gronoviana*, Amstel. 1712. 8. Ubi commissa sua vel omissa callide tegens et extenuans spinas tantum ab calumniatore carpi pronunciat et per ineptam ostentationem vellicari, benefacta vero maligne dissimulari; subiicit etiam curas quasdam secundas, sed minores tam numero quam utilitate.*) Tum Gronovius mirum quantum furoris stimulis exagitatus alterum libellum exsculpsit, in quo livor et male dicendi libido cum acerbissima verborum atrocitate certat: *Recensio brevis mutilationum quas patitur Suidas in editione nupera Cantabrigiae A.* 1705. — LB. 1713. 8. pp. 56. Hominem adeo caecus impetus transversum egit, ut certissimas plagas cum infligere posset, leviores glossas arriperet omissas a Küstero vel mutilatas, nec fidem faceret honestae causae, quam probris foedissimis obscurat, etsi probabiles interdum emendationes attulit. Necdum exsatiatus stilum etiam saeviorem in Küsterum strinxit felle tinctum, cum portentosum Herodotum a. 1716. emitteret; ubi virus iniquissimum et insulsa bile plenum evomuit et adversarium foetoribus verborum obruit, Cantabrigienses accusans, qui suam ovem lupo commisissent. Sed hostem truculentum ultus est Küsterus, qui Herodotum male fabricatum in Bibliotheca Clerici et academica commentatione sic profligavit, ut facile perspicias quantum ille humanitate salibus ingenio praestiterit. Haec tamen hactenus de rixis maiorum nostrorum. Enimvero *hi motus animorum atque haec certamina tanta pulveris exigui iactu compressa*

*) Küsterus in Diatr. p. 6. primum gloriatur *se novem circiter vel decem millia locorum in Suida, partim ex MSS. partim ex ingenio et collatione aliorum scriptorum feliciter restituisse, emendasse et illustrasse*, seque hoc nomine de scriptore suo praeclare meritum esse. Deinde causidicos vafros imitatus, quod Gronovius locos plures praetermissos exprobrabat, *κατορθώματα* sua p. 27. sq. sileri conqueritur et supplementa e MSS. petita, pondere numeroque istis omissiunculis longe superiora, quibus tam foedi hiatus expleantur, *ut vel unica* (inquit) *harum restitutionum omnes omissiones meas facile redimere possit. Nam si paucissima sunt quae de industria omisi, eademque frivola et levia —, cuius generis quisquilias ab otiosis librariis Suidae additas fuisse, etiamsi MSS. meliores non testarentur, res ipsa clamaret. — Fateor quidem me ad ipsum Suidam hac de re lectorem non monuisse, sed per festinationem vel potius nimiam rerum, quae animum meum distrahebat, varietatem, et alia nonnulla quae in schedis meis ex MSS. notata habebam attentionem meam effugisse video.* Tandem ille p. 30. *Omissiones meae praeter voces interpretatione carentes paucissimae sunt, puta* viginti circiter numero vel summum triginta, ni fallor; *ex quibus (duabus exceptis) nulla est quam infectam velim.* Pollicebatur etiam supplementa se publici iuris facturum una cum curis secundis. His adiungatur unus saltem Gronovii locus, ex quo cognosci potest, ad quem immanitatis gradum homo furiosus processerit: in Herod. p. 82. b. (ed. Wess.) *Vos, Menagiani manes, agitate illum turbatorem quietis Suidae, illum nugacem in tot sacris locis et vanissimum impiumque antistitem, furiis meritis praecipitate in istam voraginem, ubi aere gravi pressus anhelet.* Nempe Küsterus Diatribae suae disputationem de aere gravi subiecerat.

quiescent. Nam paucis ostendere licebit, quid Küsterus in Suida profecerit, quid peccet aut quid temporibus illis condonandum sit.

Hunc igitur virum exquisita linguae Graecae scientia plurimis aequalium praestitisse consentiunt omnes et norunt, qui quamlibet partem observationum in Suidam, Aristophanem, Hesychium, alios vel libellum de verbis mediis inspexerint. Accessit iudicandi subtilitas et elegantia, doctrina multiplex, studium litterarum Graecarum ultra captum illius aetatis excultum, quarum historiam ab eo non leviter habitam testantur eius lectae quaedam annotationes a nobis tanquam specimina custoditae: v. sub vv. *Ἀντίμαχος*, *Ἑλλάνικος*, *Ἡρωδιανός*, *Ἡσίοδος*, *Φιλήμων*. Commentarium tamen magis inchoavit quam expolivit; ac more saeculi sui quaestiones fructuosissimas praetermisit vel levi manu perstrinxit, vulgares vel expeditas res plurimis verbis enarravit, omninoque potius grammaticum agit quam magistrum antiquitatis Graecae. Neque vero dixeris iusto festinantius eum opere suscepto defunctum esse; sed postquam Diatriben de Suida (Cantabr. 1701.) quasi praeluserat, quadriennium fere his laboribus et, si litteris ad Fabricium (Bibl. Gr. *T. IX.* p. 646.) tum datis credimus, quattuordecim plerumque horas per singulos dies insumpsit. Idem in usum suum etiam ineditas aliorum copias vertit, ut *Pearsoni*, cuius exemplum eruditis annotationibus instructum Gaisfordus hodie Cantabrigiae reperiri negat, et *Reinesii*, qui multis in partibus doctam supellectilem obtulerat; nam quod hunc (praeter alios philologos, quorum utitur collecticiis opibus, ut Casauboni, Gatakeri, Menagii) silet Küsterus, reprehensus ab Leibnitio, qui magnifice sentiens de Reinesianis tantum thesaurum pronunciat ab eo requiri debuisse, recte suspicabatur C. G. Müllerus exemplum quidem observationum, quod in bibliotheca Cizensi servatur, non incognitum ei fuisse, sed usurpata tamen excerpta sola, fortasse per Olearium confecta. Quodsi Küsterus orationem Suidae passim refictam et interpolatione liberatam cum apparatu variarum observationum edidisset, itemque selectos flores optimi Parisini vel ex aliis libris petitos, ut Gronovius pater et plerique critici superioris saeculi factitabant, cum integram scripturam neque colligerent nec recensendis scriptoribus impenderent, omnium profecto calculos ille tulisset. Nunc autem non modo glossas syntacticas, verissimo quidem iudicio (cf. p. LXXVII.), sed alias etiam multas grammaticas (ut *Ἐάν*, *Ἔγειραι*, *Εἵατο*, *Εἰδείην*) et leviores sustulit; hinc longius progressus paulo maiores momentique gravioris expunxit, porro testimonia veterum resecuit nec pauca nec spernenda vel suspecta: quam in rem satis est memorasse gl. *Ἀπόπειρα*, *Ἀποστοματίζειν*, *Βορόν*, *Βρόχος*, *Γαῦρον*, *Δειμαίνει*, *Δειρά*, *Δῆθεν*, *Δημαγωγεῖ*, *Διαλαβών*, *Δυσέμβολος*, *Ἐθελοκάκως*, *Ἐκμήνου*, *Ἤκιστος*, *Κατέχρωζεν*, *Κλέπτης*, *Κομψόν*, *Κονιορτωσάμενον*, *Κρίσεως*, *Λόχμας*, *Σκύταλον*, *Τοῖς πολλοῖς*. Accedit quod locos scriptorum frequenter ad vulgatorum exemplarium fidem refingit, ita ut usum Suidae criticum tollat aut incertum reddat, notatus ob eas fraudes a Porsono in Xenoph. Anab. II. extr. aliisque, quos supra monitum est ad unam Mediolanensem redisse. Nec raro maiores explicationes (ut in v. *Συνέβαινεν*) neglexit aut eas, quae mediis vel extremis membris (cf. p. LVIII.) inseri debuerant, ad glossarum initia retraxit, iure reprehensus Gronovio Decr. Rom. p. 115. Sed haec et similia facinora, quae non libet onerare, suum arbitrium secutus Küsterus ubique fere *celato lectore* commisit et fidem ab criticis religiose colendam exemplo novo pessimoque fefellit. Sane vexatus ab adversario primum festinationem aliquam excusat, deinde verbis iis quae infra leguntur *omissiunculas* praetexit, quas paene iocatus vel totius operis oblitus paucissimas esse fabulatur, *viginti numero vel summum triginta*; sed sufficit unum Bosium opponi, qui glossas in sola littera *M* praeter-

missas 38. enumerat Animadv. c. 42. Praeterea quod ignave recusat in tot obscuris vel corruptis locis scriptorum perditorum, quibus Suidas abundat, ingenium periclitari, multis et gravioribus scilicet quaestionibus in opere laborioso districtus (T. I. p. 34. 170. II. p. 327.), id simplicitati temporum illorum dandum videtur. Partem tamen culpae redemisset, si lectiones notabiles optimi Parisini diligenter exscribere libuisset. Sed curam et aequabilem diligentiam iure suo Hemsterhusius (in Arist. Pl. p. XVIII.) in Küstero desideravit, quem taedium laboris continuati iusto celerius moverit, ut in Aristophane diversitates scripturae sibi notatas malnerit in marginibus retinere quam in usum lectorum et emendationis conferre. Quamquam in Suida terminos concessos incredibiliter evagatus optimas quasque lectiones Par. A. silentio praetermisit; si modo librum integrum excussit, quo fideliter usus in centenas editoris principis interpolationes animadvertere debuerat. Atqui pleraque huius commenta patienter propagavit. Adeo Küsterus levitatem et inconstantiam vitae in laboribus suis criticis expressit.

Ed. 6. Gaisfordiana: *ΣΟΥΙΔΑΣ.* | Suidae Lexicon post Ludolphum Küsterum ad Codices manuscriptos recensuit Thomas Gaisford . . . Graecae linguae Professor Regius. Tom. I. II. Oxonii 1834. f. Tom. III. Indices continet et Addenda.

Rettulit de hac prima novissimaque Suidae recensione *Frid. Creuzerus* (in Annal. Heidelb. a. 1834. n. 40.), vir ingeniosus et multarum litterarum, sed in campis grammaticorum hospes. Meum iudicium, quatenus id tum fieri potuit, eodem tempore proposui in Annal. Berol. a. 1834. m. Sept. n. 49—52. Sed quae praestiterit vir diligentissimus, quae desiderari passus sit, ea tam in Praefatione quam in superioribus harum Commentationum capitibus satis significavi. Correxit et sanavit, quae consensu librorum perfici poterant; alia plurima quae disceptationem poscerent operosam et ad iudicium de glossarum statu vel origine constituendum valerent, leviter perstrinxit aut subire noluit, ac raro sententiam suam interposuit explicate. Minime vero placet quod farraginem ex notis variorum instar commentarii consarcinavit et editorum atque criticorum orationem, item ut in Etymologico fecit, integram exhibuit, cumulatissimam verbis, exili vel falsa doctrina, digressionibus alienis (ut cum excursus Toupiani per diversas ambages diffunduntur, vide prae ceteris vv. *Ἀνάστασις*, *Ἀνάστατοι*, *Φορμηδόν*, vel annotatio Schweighäuseri sub v. *Ἐπισταθμεύομενοι* tres implet paginas) nimis oneratam. Postremo ne iuvenilem quidem opellam Laurentii Nokk neglexit, quam commentariis iam absolutis subiunxit. Ceterum inter postumas magnorum virorum copiolas, quas ex autographis Gaisfordus descripsit, exquisitae quaedam et utiles sunt Hemsterhusii; multum autem iis cedunt Valckenarianae, ab iuvene ni fallor in margines coniectae.

4. Restat ut enumeremus eorum virorum opuscula, qui Suidam superiore saeculo (non enim antea neque nostris temporibus materiam ille criticis praebuit libellis) emendandum et illustrandum sibi sumpserunt. Nam quod Salmasius marginibus Basileensis exempli doctas ascripserat observationes, quas Osannus in Auctario Lex. Graec. p. 16. sese editurum promisit, itemque Trendelenburgius quaedam lusit typis excusa (*Neues Archiv für Philol.* 1826. IV. p. 79. sqq.), aut Hoepfnerus aliique in horreis magistrorum, non magis curamus quam quod Beckius, promissor et auspex ille tot inchoatorum operum, in Commentar. de litteris et auctoribus Gr. atque Lat. P. I. Sect. I. (1789.) p. 65. iactavit: *Et huius lexici editionem meliorem iam inde a duodecim annis meditatus sum.*

Lamberti Bos Animadversiones ad Scriptores quosdam Graecos, Franekerae 1715. 8.

Ad Suidam pertinent p. 139—201. Hic potissimum in erroribus Küsteri versatur confutandis. Bosius etsi non spernendam operam Suidae navavit, maiorem tamen diligentiae quam ingenii critici variaeque doctrinae laudem comprobavit.

Io. Albertii Miscellanea critica in glossas nomicas, Suidam, Hesychium, LB. 1735. 8. Vide supra p. XLV.

Huc pertinent p. 267. sqq. Partem earum observationum protulerat in Miscell. Obss. Vol. II. p. 126—134. Novas addidit ibidem Vol. IX. p. 143—156. Pleraeque versantur in glossis levioribus.

P. Wesselingii Dissertatio Herodotea, Traiecti 1758. 8.

Huius caput V. de glossis apud Suidam Herodoteis agit: vide p. XLIV.

L. Fr. Abreschii Observationes in Suidam, editae in Act. litter. Soc. Traiect. Vol. I. 1793. p. 213. sqq.

Labor utilissimus, cuius consilium ad indagandos potissimum testium locos spectat.

Io. Lud. Schulze Specimen observationum miscellanearum in Suidam, Hal. 1761. 4. pp. 48.

Is etsi nec Suidae rationes et condicionem (vide p. XXXVII.) accurate tenuit nec multum profecerat in grammaticis Graecis, nonnihil tamen contulit ad criticam et interpretationem atque memoriam lexicographi inter nostrates renovavit. Schulzii praefatio sive prolusio critica de Glossarii a Suida denominati indole et pretio repetitur in Gaisfordiana.

Io. Toup Emendationes in Suidam et Hesychium et alios Lexicographos Graecos. Oxon. 1790. IV. 8. Plenissima collectio curarum Toupianarum, ex autographis aucta, partes complectitur prius singulatim emissas has: Emendationes in Suidam in quibus plurima loca veterum Graecorum — cum explicantur tum emendantur, Lond. 1760—67. III. Epistola critica ad Guilelmum Episcopum Glocestr. Lond. 1767. Curae novissimae sive Appendicula notarum et emendationum in Suidam, L. 1775. Haec in Germaniam traduxit sylloge Lipsiensis: I. Toupii Opuscula critica, in quibus Suidas et plurima loca vett. Graec. — cum explicantur tum emaculantur, Lips. 1780—81. II. Tandem Oxonienses duo priores tomi continent Emendationes Toupii, subiunctis schedis postumis, tertius Curas novissimas, quibus satis exiliter etiam pristinae coniecturae recoquuntur, quartus observationes in Hesychium aliosque lexicographos congregavit cum Auctario Thomae Tyrwhitti et Rich. Porsoni, quorum hic tum primum in ora doctorum hominum venit.

Toupium cum ingenio critico tum insigni litterarum Graecarum cognitione floruisse nemo nescit. Itaque fragmenta comicorum poetarum et Anthologiam Graecam (in amoenis enim campis poesis solebat exultare) frequenter eximio cum successu restituit, nec quisquam olim maiore sagacitatis et doctrinae laude corruptis Suidae locis subvenit, incertos eius testes, praesertim Polybium et citerioris aevi historicos, indagavit, testimonia lacera vel impedita sanavit aut probabiliter explicavit. Quamquam ille iusto cupidius argutis commentis et perplexis indulget, in quibus elegantiam Graecam et acumina iactet, idemque lectorem obtundit et cumulandis scriptorum auctoritatibus, quarum longam seriem depromit ex indiculis, et garrulitate nimis ambitiosa. Sed minus aequo animo perferimus hominis arrogantiam et impuros sensus linguamque protervam. Quippe Toupius de se magnifice sentiens sibi soli plaudit, alios quantumvis eximios et amicos viros contemptim pungit et abiicit, quamquam eorum etiam inventis abutitur, et ubique voces adeo gloriosas fundit, ut appareat huic sua tantum placuisse. Quid autem lasciviam persequar

et observationes in re venerea (vide vel annot. in v. *Λορδούμενος*) tam diligenter collocatas, ut et ipse merito pronunciet non cuiusvis esse talium rerum intelligentiam et Reiskius interdum ad Toupium ableget tanquam arbitrum Graecae nequitiae, quo nemo recessus prostibulorum melius tenuerit? Ceterum etsi praeclare de Suida meritus est, scriptorem tamen suum nec solicite curat neque primitivum operis habitum anquirit, sed quasi bardum et unicum tantae farraginis opificem irridet (cf. v. *Χρῆμα*) ac misere perstringit; nempe profectus ab opportunis glossis ut inexhausto thesauro in omnes ut libet antiquitatis angulos excurrit. Inde fit ut e tot partibus emendationum variam quidem eruditionem auferre liceat, observationem tamen ad criticam in Suida scienter exercendam vel fraudes interpolationis agnoscendas nullam reportemus.

I. C. G. Ernesti Suidae et Phavorini Glossae Sacrae Graece, Lips. 1786. 8. De hoc itemque de simili Schleusneri libello dictum p. XLV.

Io. Schweighaeuseri Emendationes et Observationes in Suidam. Fasc. I. II. Argentor. 1789. 8.

Scripsit disputationes paulo fusiores, ut a duobus adolescentibus publice defenderentur. Repetuntur in eiusdem Opusculis academicis, Argent. 1806. quorum pars posterior p. 135—215. illas prolusiones cum additamentis continet. Subsequuntur breves observationes de locis Suidae variis. Pleraeque pertinent ad Polybium, quo lexicographus nomine celato frequenter usus est; eaeque suis locis in Polybio Schweighaeuseriano breviter digestae recurrunt. Maiora molitum fuisse filium Io. Godofredum, qui Parisinum A. contulerat et operam Küsteri sese suppleturum sperabat, patris significat vox in Athen. T. I. p. 170. Sed abiecit paulo post conatum viribus maiorem: vide libellum paucarum paginarum a Schweighaeusero filio confectum, *Lettre à Mr. Millin, sur quelques passages de Théophraste, Suidas et Arrien*, Paris 1803. sive in Millini *Magasin encycl.* a. IX. T. I. p. 444. Quem affert etiam Bastius Ep. Crit. p. 21.

Ultimum locum obtineat his omnibus vetustior sed novissime proditus labor:
Thomae Reinesii Observationes in Suidam. Enotavit, digessit notisque suis adspersis edidit *Chr. God. Müller*, Lips. 1819. 8. pp. 287.

Harum notitiam idem Müllerus in libello scholastico inchoarat, De Suida observationibus Tho. Reinesii ornato, Cizae 1796. Reinesius autem dum materiam infinitam Eponymologico copiosissimo parat, Suidam etiam Porti plurimis annotationibus inter assiduam lectionem veterum repleverat ac privatis usibus destinabat silvam tumultuariam manuque parum grata fusam, quae neque verbis expolita nec secundis curis erat digesta. Hanc igitur supellectilem, nunc in Bibliotheca Cizensi repositam, partim *Küsterus* cognoverat, de quo supra monitum, partim *Godofredus Olearius*, qui magnum locorum numerum inde transtulit in exemplum Mediolanense. Sed mirifice accidit ut Reinesii ignarus istum delectum tanquam observationes ab Oleario factas *I. C. G. Ernestius* evulgaret: Io. Aug. Ernesti Observationes philol. crit. in Aristophanis Nubes et Flavii Iosephi A. Iud. Accesserunt Godofredi Olearii notae ad Suidam, Lips. 1795. 8. Copias autem Reinesianas, cum ad memoriam et litteras hominum magis valeant quam ad usus criticos, a nobis recisas et in epitomen redactas esse diximus p. XXI. Quae Müllerus adiunxerat, ea fere collecta sunt ex Eudocia vel lexicographis; praefationem eius paulo fusiorem recudi iussit Gaisfordus.

SUIDAE LEXICON

GRAECE ET LATINE.

VOLUMEN PRIMUM.

Digitized by Google

Τὸ μὲν παρὸν βιβλίον Σουίδα.

οἱ δὲ συνταξάμενοι τοῦτο ἄνδρες σοφοί·

Εὔδημος Ῥήτωρ, περὶ λέξεων, κατὰ στοιχεῖον.
Ἑλλάδιος, ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ νέου, ὁμοίως.
Εὐγένιος, Αὐγουστοπόλεως τῆς ἐν Φρυγίᾳ, ὁμοίως.
Ζώσιμος Γαζαῖος, λέξεις ῥητορικάς, κατὰ στοιχεῖον.
Καικίλιος Σικελιώτης, ἐκλογὴν λέξεων κατὰ στοιχεῖον.
Λογγῖνος ὁ Κάσσιος, λέξεις κατὰ στοιχεῖον.
Λούπερκος Βηρύτιος, Ἀττικὰς λέξεις.
Οὐηστῖνος Ἰούλιος, σοφιστής, ἐπιτομὴν τῶν Παμφίλου γλωσσῶν, βιβλίων ἐννενήκοντα ἑνός.
Πάκατος, περὶ συνηθείας Ἀττικῆς, κατὰ στοιχεῖον.
Πάμφιλος, λειμῶνα λέξεων ποικίλων, περιοχὴν βιβλίων ἐννενήκοντα πέντε. ἔστι δὲ ἀπὸ τοῦ ᾰ στοιχείου ἕως τοῦ ῶ. τὰ γὰρ ἀπὸ τοῦ ᾱ μέχρι τοῦ ϡ Ζωπυρίων πεποίηκε.
Πωλίων Ἀλεξανδρεύς, Ἀττικῶν λέξεων συναγωγήν, κατὰ στοιχεῖον.

In praescriptione Brequignius (Notices et Extr. des MSS. de la Bibl. Nat. T. V. p. 9.) tentat, συνταξάμενοι τούτῳ: quod ut intelligi posset, conversionem adiecit hanc: *Ce livre est de Suidas; les savans dont on a joint les ouvrages au sien, sont ceux-ci.* Nihil suspicionis vulgato subesse commonstraverit Schaef. in Dionys. C. V. p. 70. sq. 3. ὁμοίως] παμμιγῆ λέξιν κατὰ στοιχεῖον vulg.: e Suida ut videtur v. *Εὐγένιος.* 5. *Κεκίλιος* Med. 6. *Κάσιμος* Med. Utrumque Laurent. ap. Bandin. T. II. p. 213. 8. Sic Valck. in Theocr. Adoniaz. p. 294—96. Edd. *Ἰουστῖνος. βιβλίων ἑ. ἐ.* om. Med. 9. *κατὰ στοιχεῖον* om. Med. Med Etymol. M. p. 527. l. οὕτως *Εἰρηναῖος ὁ ἀττικιστὴς ἐν τῷ ϰ στοιχείῳ.* 10. Cf. Suid. v. *Πάμφιλος. ποικίλων ... πέντε* om. Med. *ἑπτακαίδεκα* vulg. Alterum Laurentianus confirmat. 12. *Πωλίων* quod tum hic tum sub ipsa voce profertur, parum id ab altera forma, quam Photio Bibl. C. 149. consignatam Osannus praef. in Philem. p. XXV. unico probat, discrepasse videtur.

Praesens liber est Suidae:

qui vero ipsum composuerunt viri docti hi fuerunt:

Eudemus Rhetor, de Vocabulis, ordine alphabetico.
Helladius, Theodosii Iunioris tempore, similiter.
Eugenius, Augustopoli urbe Phrygiae oriundus, Miscellaneam dictionem, ordine alphabetico.
Zosimus Gazaeus, Voces rhetoricas, ordine alphabetico.
Caecilius Siciliensis, Vocabulorum delectum, ordine alphabetico.
Longinus Cassius, Vocabula ordine alphabetico.
Lupercus Berytius, Voces Atticas.
Vestinus Iulius Sophista, Pamphili Glossarum compendium, libris XCI.
Pacatus, de consuetudine Attica, ordine alphabetico.
Pamphilus, Pratum dictionum, libris XCV. constans. Est autem ab ἀ elemento usque ad ω: nam quae ab initio litterae ϡ usque ad ϡ, Zopyrio fecit.
Pollio Alexandrinus, Collectionem vocum Atticarum, ordine alphabetico.

Ἄλδος ὁ Μανούτιος

τοῖς ἀναλεξομένοις εὖ πράττειν.

Ἐπειδὴ ἐπὶ τουτουὶ τοῦ Σουΐδα οὐχ ἡ αὐτὴ τάξις θεωρεῖται τῶν γραμμάτων, ἥτις καὶ ἐπὶ τῆς ἀλφαβήτου, ἀλλ' ἄλλη τις καὶ διάφορος, δοκῶ μοι ὠφέλιμόν τι ποιήσειν τοὺς σπουδαίους, εἰ νῦν ὑποθήσομαι, τίνα τρόπον ἐνταῦθα ἕπονται ἀλλήλοις τά τε γράμματα καὶ αἱ δίφθογγοι. καὶ πρῶτον μὲν τὰ τῆς ἀλφαβήτου ὁμοῦ ἅπαντα, ὡς ἕπεται ἀλλήλοις ἐφεξῆς· ἔπειτα δὲ ἰδίᾳ ἕκαστα τῶν εἰρημένων, ὧδε.

Α. β. γ. δ. αι. ε. ζ. η. ι. θ. κ. λ. μ. ν. ξ. ο. ω. π. ρ. σ. τ. υ. φ. χ. ψ.

Τὸ α μεθ' ἑαυτοῦ καὶ τῶν ἄλλων ἐφεξῆς ὧδε. α. β. γ. δ. ε. ζ. ει. η. ι. θ. κ. λ. μ. ν. ξ. ο. ω. π. ρ. σ. τ. οι. υ. φ. χ. ψ.

Τὸ β μετὰ τῶν α. δ. αι. ε. ει. η. ι. λ. ο. ου. ω. ρ. οι. υ.

Τὸ γ μετὰ τῶν α. αυ. αι. ε. ευ. ει. η. ι. λ. ν. ο. ου. ω. ρ. υ.

Τὸ δ μετὰ τῶν α. αυ. αι. ε. ευ. ει. η. ι. μ. ν. ο. ου. ω. ρ. οι. υ.

Ἡ αι μετὰ τῶν α. β. γ. δ. αι. ε. ζ. ει. η. θ. κ. λ. μ. ν. ξ. ο. ω. π. ρ. σ. τ. φ. χ. ψ.

Τὸ ε μετὰ τῶν α. αυ. β. δ. γ. ε. ζ. ει. η. ι. θ. κ. λ. μ. ν. ξ. ο. ω. π. ρ. σ. τ. οι. ευ. φ. χ. ψ.

Τὸ ζ μετὰ τῶν α. ε. ευ. ει. η. ι. ο. ω. υ.

Ἡ ει μετὰ τῶν α. β. γ. δ. ε. η. θ. κ. λ. μ. ξ. ο. ω. π. ρ. σ. τ. φ. χ.

Τὸ η μετὰ τῶν α. β. γ. δ. ε. ει. ι. θ. κ. λ. μ. ν. ξ. ο. οι. ω. π. ρ. σ. τ. υ. φ. χ. ψ.

Τὸ ι μετὰ τῶν α. β. γ. δ. ε. ζ. ει. η. θ. κ. λ. μ. ν. ξ. ο. ου. ω. π. ρ. σ. τ. υ. φ. χ. ψ.

Τὸ θ μετὰ τῶν α. αυ. αι. ε. ευ. ει. η. ι. λ. ν. ο. ου. ω. ρ. οι. υ.

Τὸ κ μετὰ τῶν α. αι. ε. ει. η. ι. λ. ν. ο. ω. ρ. τ. οι. υ.

Τὸ λ μετὰ τῶν α. αυ. αι. ε. ευ. ει. η. ι. ο. ου. ω. οι. υ.

Το μ μετὰ τῶν α. αυ. αι. ε. ει. η. ι. ν. ο. ω. οι. υι. υ.

Τὸ ν μετὰ τῶν α. αυ. αι. ε. ευ. ει. η. ι. ο. ου. ω. οι. υ.

Το ξ μετὰ τῶν α. αι. ε. ει. η. ι. ο. ου. υ.

Τὸ ο μετὰ τῶν α. β. γ. δ. ζ. θ. οι. κ. λ. μ. ν. ξ. ι, ἐν διφθόγγῳ. π. ρ. σ. τ. υ, ἐν διφθόγγῳ. φ. χ. ψ.

Τὸ ω μετὰ τῶν α. β. γ. δ. ε. ζ. η. θ. κ. λ. μ. ν. ξ. ο. π. ρ. σ. τ. υ. φ. χ. ψ.

Τὸ π μετὰ τῶν α. αυ. αι. ε. ει. η. ι. λ. ν. ο. ου. ω. ωῦ. ρ. τ. οι. υ.

Τὸ ρ μετὰ τῶν α. αι. ε. ει. η. ι. ο. ου. ω. οι. υ.

Τὸ σ μετὰ τῶν α. αυ. αι. ε. ευ. ει. η. ι. θ. κ. μ. ο. ου. ω. π. τ. υ. φ. χ.

Τὸ τ μετὰ τῶν α. αυ. αι. ε. ευ. ει. η. ι. λ. μ. ο. ου. ω. ρ. οι. υ.

Τὸ υ μετὰ τῶν α. β. γ. δ. ει. η. θ. ι. κ. λ. μ. ν. ο. ω. π. ρ. σ. οι. φ. ψ.

Τὸ φ μετὰ τῶν α. αυ. αι. ε. ευ. ει. η. ι. θ. λ. ο. ου. ω. ρ. οι. υ.

Τὸ χ μετὰ τῶν α. αυ. αι. ε. ευ. ει. η. ι. θ. λ. ν. ο. ου. ω. ρ. οι. υ.

Τὸ ψ μετὰ τῶν α. αυ. αι. ε. ευ. ει. η. ι. ου. ω. οι. υ.

Haec observatio Aldo debetur, cuius memoriam vulg. obscuravit, monito praefixo: Ὁ χαλκογράφος τοῖς ἀ. εὐπράττειν.

Aldus Manutius

Lectoribus S.

Quoniam in hoc Suida non idem litterarum ordo spectatur, qui et in alphabeto communi cernitur, sed alius quidam et diversus: existimo me litterarum studiosis rem utilem gratamque facturum, si nunc moneam, quonam modo hic litterae singulae et diphthongi aliae aliis sequantur. Ac primum quidem, quomodo omnes alphabeti litterae simul omnes ordine aliae aliis sequantur; deinde vero, quomodo separatim singulae dictae litterae collocentur: sic ut sequitur.

Σ Ο Υ Ι Δ Α Σ.

Ἀρχὴ τοῦ Α στοιχείου.

Ἄ Ἄ παρ' Ἀριστοφάνει ἐπίρρημα μετ' ἐκπλήξεως καὶ παρακελεύσεως·

Α ἄ, τὴν δᾷδα μή μοι πρόσφερε.

Τὸ ᾶ ᾶ κατὰ διαίρεσιν ἀναγνωστέον, οὐ καθ' ἕνωσιν. ἀλλὰ καὶ ψιλωτέον ἀμφότερα. εἰ γὰρ ἓν μέρος λόγου ἦν, καὶ κατὰ σύναψιν ἀνεγινώσκετο, οὐ χρείαν εἶχε τῶν δύο τόνων, ἤτοι τῶν δύο ὀξειῶν. Καὶ τοῦτο μὲν ἐκπλήξεως ὂν ψιλοῦται. τὸ δὲ ἄ ᾶ ὀξυμαστικὸν δασύνεται, ὡς ἐν Ἐπιγράμματί φησιν Ἀγαθίας·

Ἄ μέγα τολμήεις κηρὸς ἀνεπλάσατο.

Περισπασθὲν δὲ καὶ ψιλῶς δηλοῖ εἴθε. Καλλίμαχος·

Ἄ πάντως ἵνα γῆρας.

Καὶ τὸ ἄμοι Ὅμηρος·

Ἄ δειλοί, τί κακῶν.

Σημαίνει δὲ καὶ τὸ πολὺ καὶ μέγα, παρ' Ἀρχιλόχῳ·

Ἄ δέκα ταύρους.

Βραχέως δὲ καὶ δασέως τὸ ἄτινα, ὡς παρ' Ἱπποκράτει. παρὰ δὲ Δημοκρίτῳ ἴδια. παρ' Ὁμήρῳ τὰ ἑαυτοῦ·

Τὰ ᾶ πρὸς δώμαθ' ἕκαστος.

Καὶ ἀντὶ τοῦ ὧν τέτακται. καὶ παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Μηδείᾳ·

Πραξασ' ἃ μέλλω, καὶ τυχοῦσ' ἃ βούλομαι.

καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ·

Αἰτεῖς ἃ τεύξῃ.

Εἰ δὲ ψιλωθείη περισπασθέν, τὸ νῦν σημαίνει, ὡς ἐν Εὔκλου τοῦ χρησμολόγου ποιήματι. Βραχέως δὲ καὶ ψιλῶς σημαίνει ἀπόφασιν ἀρνητικήν.

Ἀαγές. ἄθραυστον, ἰσχυρόν.

Ἀαδεῖν. ὀκλεῖν, ἀδικεῖσθαι, ἀπορεῖν, ἀσιτεῖν.

Ἄδλιον. ἄτακτον, ἀκρατές. ἄλιον δὲ τὸ μάταιον.

Ἄαπτος. ἀβλαβής. Ἡρωδιανὸς φησι περὶ τοῦ ἄαπτος, ὅτι γίγνεται ἀπὸ τοῦ ἰάπτω τὸ βλάπτω, καὶ μετὰ τοῦ στερητικοῦ ᾱ καὶ κατ' ἔλλειψιν τοῦ ι.

ANNOTATIO.

2. 5. Ἄ Ἄ edd. Ἀριστοφάνει Plut. 1052. 10. ᾶ ᾶ Eust. in Il. λ'. p. 855, 19. 12. *Ἀγαθίας* Ep. XXXVIII. 2. (v. Dorvill. in Char. p. 536.) ubi legitur ἀνεπλάσατο, quod extat sub v. Σκοπῶν. 14. *Περισπασθὲν δὲ*] Haec et quae sequuntur usque ad finem articuli huius desunt in Editione Mediolanensi; eademque desiderantur in tribus Codd. Parisiensibus. Unde precario ista locum in hac editione reliquisse lector sciat velim, quoniam non dubito ea a recentioribus Suidae adsuta fuisse. *Küst.* Immo debentur Aldo. Hoc autem constat e duplici grammaticorum observatione haec coaluisse; id quod de parte posteriore docent Hesych. Phot. et Schol. Plat. *Καλλίμαχος* fr. CCCXXIII. Hesychius ἁ πάντα συναγέρας. Cum Suida Schol. Plat. p. 393. qui paucis demptis inter se consentiunt. Cf. Exc. Darmst. apud Bastium comm. palaeogr. p. 894. 16. Ὅμηρος Od. υ'. 351. ἃ δειλοί, τί κακὸν τόδε πάσχετ; Edebatur Ἄ δειλή τι κακῶν. Nostrum Schol. Plat. 18. Ἀρχιλόχῳ fr. LXXXIX.

3. Ὁμήρῳ Od. β'. 256. ἰὼ πρὸς δ. ι. 6. καὶ] F. ὡς. *Μηδείᾳ* v. 741. 9. Σοφοκλεῖ Oed. C. 1106. 12. Scribebatur Εὔκλοῦ: alterum Ald. 15. Ἄδλιον Edd. 16. Ἄδλιον vox incomperta, quamquam Hesych. Apollon. Phot. consignata. 18. Herodiani sententia quantopere sit truncata, docet Etymol. M. v. Ἄαπτος: contra cum Suida fere consentiunt Scholia in Il. ά. 567.

Ἄ Ἄ apud Aristophanem est adverbium perturbati atque deterrentis. *Ah, facem ne mihi admove.* Hoc ᾶ ᾶ divisim, non coniunctim legendum est. Quinetiam utrumque tenui spiritu notandum. *si enim una esset orationis pars, et coniunctim legeretur, non indigeret* duobus tonis, sive duobus acutis. Hoc igitur *ex* perturbationis tenui spiritu notatur. At ᾶ ᾶ, quod est admirantis adverbium, denso spiritu notatur, ut in Epigrammate dicit Agathias: *Ha, valde audax cera finxit.* Circumflexum vero et tenui spiritu notatum significat *utinam.* Callimachus: Ἄ πάντως ἵνα γῆρας. Significat etiam *O.* Homerus: *O miseri, quid malorum.* Significat etiam *multum et magnum*; apud Archilochum: *Decem magnos tauros.* Correptum vero et aspero spiritu notatum *ejulatus quascunque*, ut apud Hippocratem. Apud Democritum vero significat *propria.* Apud Homerum idem valet ac *sua*; ut: *Suas ad aedes unusquisque profectus est.* Ponitur etiam pro ὧν, *quorum*, ut apud Euripidem in *Medea*: *Peractis his quae sum peractura, et compos facta illorum quae cupio.* Et apud Sophoclem: *Petis, quae consequeris.* Si vero tenui spiritu notetur, et sit circumflexum, significat *nunc*: ut in Eucli Vatis poemate. Correptum vero et tenui spiritu notatum significat enunciationem negativam. Ἀαγές. Infractum, firmum. Ἀαδεῖν. Turbare, iniuria affici, inopia laborare, a cibo abstinere. Ἄδλιον. Incompositum, impotens. Ἄλιον vero id quod vanum. Ἄαπτος. Illaesus. Herodianus ait, vocem ἄαπτος deduci a verbo ἰάπτω, quod significat laedo, addito ᾱ vim privationis habente, et subtracta littera ῑ.

Ἄαπτος, ὃν οὐδεὶς δύναται βλάψαι. ἢ οὐχὶ κατὰ στέρησιν ἐκληπτέον τὸ ᾱ, ἀλλὰ κατ ἐπίτασιν, ἵν' ᾖ, ὁ μεγάλα δυνάμενος βλάπτειν. ὥστε τὸ μὲν πρῶτον ἀηλοῖ πάθος, τὸ δὲ δεύτερον ἐνέργειαν. Λέγεται δὲ καὶ ἄαπτος κατὰ στέρησιν, ὁ ἄψαυστος.

Ἀαρών. ὄνομα κύριον.

Ἀασάμην. ἥμαρτον, ἐσφάλην, ἐβλάβην, ἄτῃ περιέπεσον.

Ἀάσαι τέσσαρα σημαίνει, κορέσαι, καθυπνῶσαι, βλάψαι, λυπῆσαι.

Ἀάσχετος. ἀκράτητος.

Ἄατος. ἀβλαβής.

Ἄβαι. πόλις Φωκική. ἐκλήθη δὲ ἀπὸ ἥρωος Ἄβα.

Ἄβαζος. ἥσυχος. ἦγουν ἐστερημένος τοῦ βάζειν, ὅ ἔστι λέγειν.

Ἀβαήρ. ὁ λεπτός.

Ἀβακήμων. ὁ μωρός.

Ἀβακαῖνον. πόλις Σικελίας.

Ἀβάκησαν. ἠγνόησαν, ἠσυνέτησαν.

Ἀββακούμ. πατὴρ ἐγέρσεως. τὸ μὲν γὰρ Ἀββᾶ σημαίνει πατήρ, τὸ δὲ κοὺμ ἔγερσις, ὡς καὶ παρὰ τῷ θείῳ Εὐαγγελίῳ· Ταλιθά, κούμ, ἤγουν ἡ παῖς ἐγείρου. ὅθεν δῆλον ὅτι διὰ τῶν δύο ββ γραπτέον τὸ Ἀββακούμ.

Ἀβάλε. εἶδε. ἄ βάλε.

Ἄββαλεν. ἀντὶ τοῦ ἀνέβαλεν.

Ἀβάντειος. ὁ τοῦ Ἄβαντος. καὶ Ἀβαντιάδης.

Ἀβαντίς ἡ Εὔβοια.

Ἄβαξι. τοῖς παρ' ἡμῖν λεγομένοις ἀβακίοις.

Ὁ Λογοθέτης ἐν τῷ τῆς ἁγίας Θέκλης μαρτυρίῳ· Τρύφαινα δὲ πάθει ληφθεῖσα, νεκροῖς ὁμοία πρὸς τοῖς ἄβαξιν ὡρᾶτο κειμένη. [Κυρίως δὲ ἄβαξ, ὁ μὴ βάσιν ἔχων.]

Ἀββᾶ. ὁ πατήρ. Οἱ μὲν παλαιοὶ ἐκάλουν πατέρα τὸν Θεὸν ἐξ οἰκείας διανοίας, ὡς Μωυσῆς, Θεὸν τὸν γεννήσαντά σε ἐγκατέλιπες. καὶ Μαλαχίας, Ὁ Θεὸς ὃς ἐγέννησεν ἡμᾶς καὶ πατήρ· οἱ δὲ ἐν χάριτι, ἀπὸ πνευματικῆς ἐνεργείας κινούμενοι. Ὥσπερ γὰρ πνεῦμα σοφίας ἐστί, καθὸ σοφοὶ οἱ ἄσοφοι ἐγένοντο· καὶ δηλοῦται τοῦτο ἀπὸ τῆς διδασκαλίας· καὶ πνεῦμα δυνάμεώς ἐστι, καθὸ οἱ

---

7. Il. ε'. 116. 12. Uberiora Bekk. Anecd. p. 321. Schol. Il. ξ'. 271. et al. 13. Haec e Steph. Byz. Cf. Tzschuck. in Strab. IX. p. 524. sq. 17. V. Albert. in Hesych. v. *Ἀβάγητον*. 18. *ἀβακήμων ὁ ἄλαλος, ὁ ἐστερημένος τοῦ βάζειν* Etym. M. cf. Hesych. et Bekk. Anecd. p. 323. 19. V. Wessel. in Diod. XIV, 78. 20. *Ἀβάκησαν* ex Odyss. δ'. 240. 21. *Ἀββακούμ*] Haec ex Patrum aliquo, qui scripsit in Prophetiam Habacuc. Est enim Prophetae nomen cum interpretatione. *Pears.* Similem interpretationem e Graecis fragmentis libri nominum Hebr. apud Origenem T. II. p. 113. ed. Martian. *Ἀμβακούμ, πατὴρ ἐγείρων*, excitat Schulsius obss. misc. in Suid. p. 16.

2. *Εὐαγγελίῳ* Marci 5, 41. *ταβηθά* Med. *ταληθά* Ald. 5. *εἶδε ἀβάλε*] „Lego, *Ἀβάλε. εἶδε, ἄ βάλε.*" *Pears.* Huic interim obsecutus sum. Sed praestat deleri *ἀβάλε* posterius. 6. *Ἄβαλεν* Etym. M. p. 3, 4. *Ἄβαλεν, ἔβαλεν ἢ μᾶλλον Ἤμβλεν* Bekk. Anecd. p. 321. *ἀπέβαλεν* Fischer. ad Well. I. p. 101. probabiliter. 10. *Λογοθέτης*] Cum plures fuerint Logothetae, qui ingenii monumenta reliquerunt, cave alium hic a Suida laudari putes quam Simeonem Metaphrastam Logothetam, qui initio saeculi X. floruit, et multorum Sanctorum martyria et vitas litteris mandavit. Hieronymus Wolfius in Praefatione ad *Excerpta Historica Suidae*, Latine ab ipso edita Basil. MDLXXXI. non sine insigni errore existimavit citari a Suida Metochitam Logothetam, qui diu post, id est saeculo XIV. sub Palaeologis vixit; de qua allucinatione nos monuit eruditissimus Bentleius in *Dissertatione de Phalaridis Epistolis* p. 23. *Küst.* 11. *Τρύφαινα δὲ πάθει*] Locum hunc mirifice illustrat Basilius Seleuciensis lib. I. *de Vita S. Theclae* p. 266. ed. Paris. in Fol. ubi eandem historiam quam Suidas ex Logotheta hic attingit narrans ait: *Ἡ Τρύφαινα καὶ τῷ μήκει τοῦ χρόνου ἀπειποῦσα καὶ τῷ μεγέθει τῆς ἐπὶ τῇ Θέκλᾳ ἀντίας λιποψυχήσασά τε καὶ λιπαυχήσασα, ἀθρόον κατεφέρετο τοῦ θεάτρου παρὰ τοὺς Ἄβακας. τόπος δέ ἦν οὕτω καλούμενος Ἄβακες.* Ex hoc loco simul apparet, quid vox *Ἄβαξιν* hic apud Suidam significet: nimirum locum olim in theatris ita dictum. Vide etiam Ducangium in Glossario Graec. v. *Ἄβαξ*. *Küst.* 12. *Κυρίως δὲ ἄβαξ, ὁ μὴ βάσιν ἔχων*] Haec verba desunt in MSS. Reg. *Küst.* Forsan inserta ex Etym. M. p. 2. 14. *Ἀββᾶ*. Totus hic locus sumptus est ex Chrysost. Homil. XIV. in cap. VIII. Epist. ad Rom. (Opp. T. III. p. 115. ed. Savil.) Ubi cum nonnulla rectius legantur, locum hunc Suidae inde restitui et emendavi. *Küst.* 19. *Ὥσπερ πνεῦμα σ. εἶναι* Med. Corroxit Küst. e Chrys. 21. *εἶναι* Med. *καθὸ καὶ ἀ. καὶ ν. ἤγειρον* Med. Vulg. *ἀσθενεῖς νεκροὺς*.

Ἄαπτος, quem nullus laedere potest. Vel illud ᾱ non privationem sed intentionem hic significat, ita ut denotetur ille, qui aliquem valde laedere potest. Quo pacto prius passionem, posterius actionem indicat. Dicitur tamen et *ἄαπτος* per privationem, is qui intactus est. Ἀαρών. Nomen proprium. Ἀασάμην. Peccavi, lapsus sum, laesus sum, in calamitatem incidi. Ἀάσαι. quattuor significat: Satiare, consopire, laedere, dolore afficere. Ἀάσχετος. Qui retineri nequit. Ἄατος. Illaesus. Ἄβαι. Urbs Phocensis. Vocata autem est sic ab heroe Aba. Ἄβαζος. Quie tus: qui videlicet privatus est ipsa τοῦ *βάζειν*, id est loquendi facultate. Ἀβαήρ. Tenuis. Ἀβακήμων. Stultus. Ἀβακαῖνον. Urbs Siciliae. Ἀβάκησαν. Ignorarunt, non intellexerunt. Ἀββακούμ. Pater excitationis. Nam vox *Ἀββᾶ* significat Pater, κοὺμ vero idem est quod excitatio. Ut in divino Evangelio, *Ταλιθά, κούμ*, id est, *o puella, surge.* Unde manifestum est vocem Ἀββακούμ per duplex ββ scribendam. Ἀβάλε. Utinam. Ἄββαλεν. Dictum pro *ἀνέβαλεν.* Ἀβάντειος. Qui pertinet ad Abantem, Et Abantiades. Ἀβαντίς. Euboea. Ἄβαξι. Idem significat quod apud nos *ἀβακίους*. Logotheta in *sanctae Theclae martyrio*: *Tryphaena vero animi dolore correpta, mortuis similis ad Abaces conspiciebatur iacens.* Proprie vero *ἄβαξ* dicitur, qui nullam habet basin. Ἀββᾶ. *Abba* Pater. Veteres Deum vocabant *patrem* ex mente propria: ut Moyses dicit, *Deum qui te genuit, dereliquisti.* Et Malachias: *Ille Deus et Pater, qui nos genuit.* Illi vero qui gratia praediti sunt, Spiritus S. operatione moti id faciunt. Sicus enim datur Spiritus sapientiae, secundum quem insipientes facti sunt sapientes (ut S. Scriptura nos docet); item Spiritus miraculorum, secundum quem infirmi etiam mortuos excitarunt, *Spi-*

ἀσθενεῖς καὶ νεκροὺς ἤγειραν· καὶ πνεῦμα προφητείας, καὶ πνεῦμα γλωσσῶν· οὕτω καὶ πνεῦμα υἱοθεσίας. καὶ ὥςπερ ἴσμεν τὸ πνεῦμα τῆς προφητείας, ἀφ' οὗ ἕ ἔχων αὐτὸ λέγει τὰ μέλλοντα ὑπὸ τῆς χάριτος κινούμενος· οὕτω δὴ καὶ πνεῦμα υἱοθεσίας, ἀφ' οὗ ὁ λαβὼν πατέρα καλεῖ τὸν θεόν, ὑπὸ πνεύματος κινούμενος. Ὁ δὴ βουλόμενος δεῖξαι γνησιώτατον ὂν καὶ τῇ τῶν Ἑβραίων ἐχρήσατο γλώττῃ. οὐ γὰρ εἶπε μόνον ὁ πατὴρ ἀλλ' ἀββᾶ ὁ πατήρ· ὅπερ τῶν παίδων μάλιστά ἐστι τῶν γνησίων πρὸς τοὺς πατέρας ῥῆμα.

Ἄβαπτος. ἀστόμωτος.

Ἄβαρις. Σκύθης, Σεύθου υἱός. συνεγράψατο δὲ χρησμοὺς τοὺς καλουμένους Σκυθικούς· καὶ γάμον Ἔβρου τοῦ ποταμοῦ· καὶ καθαρμούς· καὶ θεογονίαν καταλογάδην· καὶ Ἀπόλλωνος ἄφιξιν εἰς Ὑπερβορέους, ἐμμέτρως. Ἦκε δὲ ἐκ Σκυθῶν εἰς Ἑλλάδα. Τούτου ὁ μυθολογούμενος ἰὸς τοῦ πτομένου ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος μέχρι τῶν Ὑπερβορέων Σκυθῶν. ἐδόθη δὲ αὐτῷ παρὰ τοῦ Ἀπόλλωνος. Τούτου καὶ Γρηγόριος ὁ Θεολόγος ἐν τῷ εἰς τὸν μέγαν Βασίλειον Ἐπιταφίῳ μνήμην πεποίηται. Φασὶ δὲ ὅτι λοιμοῦ κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην γεγονότος ἀνεῖλεν ὁ Ἀπόλλων μαντευομένοις Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις, τὸν Ἀθηναίων δῆμον ὑπὲρ πάντων εὐχὰς ποιήσασθαι. πρεσβευομένων δὲ πολλῶν ἐθνῶν πρὸς αὐτούς, καὶ Ἄβαριν ἐξ Ὑπερβορέων πρεσβευτὴν ἀφικέσθαι λέγουσι κατὰ τὴν νγ' ὀλυμπιάδα. † Ὅτι τοὺς Ἀβάρις οἱ Βούλγαροι κατακράτος ἄρδην ἠφάνισαν. Ὅτι οἱ Ἀβάρις οὗτοι ἐξήλασαν Σαβίνωρας, μετανάσται γενόμενοι ὑπὸ ἐθνῶν οἰκούντων μὲν τὴν παρωκεανῖτιν ἀκτήν, τὴν δὲ χώραν ἀπολιπόντων διὰ τὸ ἐξ ἀναχύσεως τοῦ Ὠκεανοῦ ὁμιχλῶδες γινόμενον καὶ γρυπῶν δὲ πλῆθος ἀναφανέν. ὅπερ ἦν λόγος μὴ πρότερον παύσασθαι, πρὶν ἢ βορὰν ποιήσασθαι τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος. διὸ δὴ ὑπὸ τῶνδε ἐλαυνόμενοι τῶν δεινῶν τοῖς πλησιοχώροις ἐνέβαλον, καὶ τῶν ἐπιόντων δυνατωτέρων ὄντων, οἱ τὴν ἔφοδον ὑφιστάμενοι μετανίσταντο, ὥςπερ καὶ οἱ Σαράγουροι ἐλαθέντες πρὸς τοῖς Ἀκατίροις Οὔννοις ἐγένοντο. Κλίνεται δὲ Ἄβαρις, Ἀβάριδος, τοὺς Ἀβάριδας, καὶ κατὰ ἀποκοπὴν Ἀβάρις. ζήτει περὶ τῶν αὐτῶν ἐν τῷ Βούλγαροι.

Ἀβαρνίς. ὄνομα πόλεως.

Ἄβας. σοφιστής, Ἱστορικὰ ὑπομνήματα καὶ Τέχνην ῥητορικὴν καταλιπών.

---

4. ἀφ' οὗ Med. Alterum e Chrys. 7. Pro δ δὴ quod in prioribus edd. invito sensu legitur, ex Chrysost. substitui Ὁ δέ. In Chrysostomo rectius, ut puto, legitur γνησιότητα, cuius lectionis sensum in versione expressi. Küst. Restitui δ δή. 12. ἀστόμωτος] Hactenus cum Hesych. et Anecd. Bekk. Quae subsequebantur Καὶ ἀβαπτόταος, ἀστομωτότατος desunt in Med. et Paris. duobus. 13. Eudocia p. 20. sive Zonar. p. 5. πατέρα δ' ἴσχε Σεῦθον, καὶ λέγεται ὅτι συνεγράψατο χρησμοὺς τοὺς λεγομένους Σκυθικοὺς καὶ γάμον Ἔυρου . . . θεογονίαν. De oraculis Abaridis Apollonii Histor. Comment. c. 4. et Schol. Aristoph. Eq. 725. audit Reinesius. 15. καθαρμούς. θεογονίαν Med. καὶ θεογ. Ald. 17. Sic Aldus: Υ. κατὰ μέτρον Med. 18. Malim aut τοῦ deleri aut reponi αὐτοῦ. Cf. Lobeck. Aglaoph. I. p. 314. 22. Ἐπιταφίῳ Or. XX. p. 331. Φασὶ δὲ — Ὀλυμπιάδα ex Harpocrat. v. Ἄβαρις. Cf. vv. Ἐρυσιώνη et Προηροσίαι. Eudocia p. 143. ὅτι δὴ καὶ Ἄβαριν φασὶ τὸν Ὑπερβόρειον — ἐλθόντα διαρὸν εἰς τὴν Ἑλλάδα Ἀπόλλωνι θητεῦσαι, καὶ οὕτω συγγράψαι τοὺς χρησμοὺς τοὺς νῦν προσαγορευομένους Βαρίδας.

1. τὲ om. Med. 5. Τρίτην Ὀλυμπ] in uno Paris. [accedit Parisinus ap. Brequignium p. 12.] scriptum inveni, κατὰ τὴν νγ' ὀλυμπιάδα, quod congruit cum opinione Pindari, qui teste Harpocratione v. Ἄβαρις Abarin temporibus Croesi in Graeciam venisse tradidit. Sed de Abaridis aetate legendus est Bentleius in Dissertat. de Phalar. Epist. p. 48. [p. 174. Lips.] Küst. Vulgatum τρίτην cum nullius vetusti scriptoris fide defendatur, non dubitavimus id reiicere. Continua narratio, Parisino ap. Brequ. p. 13. ignorata, Prisci debetur Exc. Legg. p. 158. Nieb. Quamquam is constanter Ἄβαροι et Ἀβάρους usurpat. 7. τοὺς Σαβίρους Priscus. 17. Ἁλαθέντες κατὰ ζήτησιν γῆς Priscus; item infra vv. Ἀκατίροι et Σαράγουροι. Ἀκτίροις edd. In Paris. duobus Ἀκτιτίροις sive quod apud Priscum legitur Ἀκατίροις, ut etiam apud Suidam locis laud. 21. Schol. Apollon. I, 930. Etym. M. p. 2. Steph. Byz. v. Ἄβαρνος. 22. Eudocia p. 51. Ἄβας . . . ὑπομνήματα καὶ μέθοδον ῥητορικὴν καὶ πάνυ γλαφυρὰν κατέλιπεν.

---

ritusque prophetiae, et Spiritus linguarum: sic etiam datur Spiritus adoptionis. Et ut novimus Spiritum prophetiae illum esse, a quo, qui eum accepit, impulsus futura praedicit, gratia eum movente; sic etiam Spiritum adoptionis cum intelligimus, quem qui consecutus est, illo movente, Deum *patrem* appellat. Apostolus vero ostendere volens nos esse vere germanos Dei filios, Hebraeorum quoque voce usus est: non enim solum *pater* dixit, sed *Abba pater*, qua voce liberi germani patres suos plerumque compellare solent. Ἄβαπτος. Cuius acies durata non est. Ἄβαρις. Scytha, Scuthae filius. Conscripsit autem *Oracula*, quae *Scythica* vocantur. Item *Nuptias Hebri Fluvii*. Item *Lustrationes et Theogoniam*, oratione soluta. Item *Apollinis adventum ad Hyperboreos*, oratione ligata. Venit autem e Scythia in Graeciam. Huius fertur illa fabulis celebrata sagitta, cum qua e Scythia usque ad Hyperboreos Scythas volavit. Ab Apolline autem haec sagitta ipsi data erat. Huius etiam Gregorius Theologus in Oratione funebri in Magnum Basilium mentionem fecit. Aiunt autem, peste per universum terrarum orbem grassante, Apollinem et Graecis et Barbaris oraculum consulentibus respondisse, oportere populum Atheniensem pro omnibus vota facere. Cum igitur multae gentes legatos ad ipsos mitterent, etiam Abarin ab Hyperboreis legatum LIII. Olympiade eo venisse dicunt. † Abaros autem Bulgari per vim funditus deleverunt. Hi autem Abari expulerant Sabinores, cum ipsi prius ex suis sedibus expulsi fuissent a gentibus, quae litus quidem Oceano vicinum incolebant, agrum vero proprium dereliquerant, ob nebulosum aerem ex Oceani restagnatione provenientem, quinetiam propter gryporum copiam, quae apparuerat, quam rumor erat non prius cessaturam quam homines devorasset. Quibus malis agitati in vicinos impetum fecerunt, et qui invaderent cum superiores essent, illi qui invadebantur in aliam regionem migrarunt; quemadmodum et Saraguri suis sedibus pulsi Actiros Hunnos petierunt. Declinatur autem Ἄβαρις, Ἀβάριδος, τοὺς Ἀβάριδας, et per apocopen Ἀβάρις. Quaere de iisdem in v. Βούλγαροι. Ἀβαρνίς. Nomen urbis. Ἄβας. Abas Sophista, qui Historicos Commentarios et Artem rhetoricam reliquit

Ἀβασάνιστος. ἀνεξέταστος, ἢ ἀγύμναστος καὶ ἀδοκίμαστος. εἴρηται δὲ ἀπὸ τῆς βασάνου τῆς χρυσοχοϊκῆς λίθου, ἐν ᾗ δοκιμάζουσι τὸ χρυσίον. Ἐχρήσατο δὲ Αἰλιανὸς ἐν τῷ περὶ Προνοίας τῷ ἀβασανίστως ἀντὶ τοῦ ἄνευ ὀδύνης.

Ἄβασκανος. ἀψευδής, ἀνεπίφθονος. Ὁ δὲ Μαρτυς ἀβάσκανος γίνεται πρὸς Καίσαρα τῶν Ἀντιπάτρου κατορθωμάτων.

Ἄβατον. ἱερόν, ἀπρόσιτον, ἔρημον. καὶ ὁδὸς ἄβατος, ἡ ἀπόρευτος.

Ἀβαχθανῆ. λέξις Ἑβραϊκή, ἐγκαταλελειμμένος.

Ἀβδέλυκτα. τὰ μὴ μιαίνοντα, ἃ οὐκ ἄν τις βδελυχθείη καὶ δυσχεράνειε. τραγικωτέρα δὲ ἡ λέξις. Αἰσχύλος Μυρμιδόσι·

Καὶ μήν, φιλῶ γάρ, ἀβδέλυκτ' ἐμοὶ τάδε.

Ἄβδηρα. θάλασσα, καὶ ὄνομα πόλεως. ὁ πολίτης Ἀβδηρίτης. καὶ Φάληρα καὶ Κύθηρα διὰ τοῦ η. Γάδειρα δὲ καὶ Σπάγειρα καὶ Τόπειρα καὶ δότειρα διὰ τῆς ει διφθόγγου.

Ἀβδιού. ὄνομα κύριον.

Ἀβέβαιος. ὁ ἀσταθὴς καὶ εὐμετάτρεπτος.

Ἀβέβηλα. τὰ μὴ βάσιμα χωρία, ἱερὰ δὲ καὶ ὅσια. Βέβηλα γὰρ ἐλέγετο τὰ μὴ ὅσια, μηδὲ ἱερά, παντὶ δὲ βάσιμα. καὶ βέβηλοι, οἱ μὴ κεκοινωνηκότες ἱερῶν. καὶ λόγοι ἀβέβηλοι, οἱ ἀπόρρητοι. καὶ ἀβέβηλος, ὁ καθαρός.

Ἄβελ, υἱὸς Ἀδάμ. οὗτος παρθένος καὶ δίκαιος ὑπῆρχε, καὶ ποιμὴν πρόβατων. ἐξ ὧν καὶ θυσίαν τῷ Θεῷ προσαγαγὼν καὶ δεχθείς, ἀναιρεῖται φθονηθεὶς ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ Κάϊν. Ὁ Κάϊν δὲ γεωργὸς τυγχάνων, καὶ μετὰ τὴν δίκην χειρόνως βιώσας, στένων καὶ τρέμων ἦν. Ὁ γὰρ Ἄβελ τὰ πρωτότοκα τῷ Θεῷ καθιερῶν φιλόθεον μᾶλλον ἢ φίλαυτον ἑαυτὸν καθίστη. ὅθεν καὶ διὰ τὴν ἀγαθὴν αὐτοῦ προαίρεσιν ἀπεδέχθη. Ὁ δὲ Κάϊν δυσεβῶς ἑαυτῷ ἀπονέμων τὰ πρῶτα γεννήματα, τῷ θεῷ δὲ τὰ δεύτερα, εἰκότως καὶ ἀπεβλήθη. Φησὶ γάρ· Καὶ ἐγένετο μεθ' ἡμέρας τινάς, προσήνεγκε Κάϊν ἀπὸ τῶν καρπῶν τῆς γῆς. ὥστε διὰ τοῦτο Κάϊν ἐλέγχεται, ὅτι μὴ τὰ ἀκροθίνια γεννήματα προσήνεγκε τῷ θεῷ, ἀλλὰ τὰ μεθ' ἡμέρας τινὰς καὶ δεύτερα.

Ἀβελτεροκόκκυξ, ὁ κενὸς καὶ ἀβέλτερος.

Ἀβέλτερος. ἀνόητος, ἀσύνετος. [ὁ τὸ βέλτιον μὴ γινώσκων. ὡς δὲ παρὰ τὸ φέρω φέρτερος, οὕτω παρὰ τὸ βάλλω βέλτερος.] βέλτερος γὰρ ὁ φρόνιμος· οὐ μὰ Δί' οὐχ ὁ πλεονέκτης καὶ ἀγνώμων, ἀλλ' ὁ ἀνόητος καὶ εὐήθης μετὰ χαυνότητος. Μένανδρος ἐν Περινθίᾳ·

---

1. Integra praebent Bekk. Anecd. p. 321. hac conclusione: ἐν τῷ περὶ Προνοίας τρίτῳ τῷ ἀβασανίστως ἀντὶ τοῦ ἄνευ ὀδύνης. Partem Etym. M. p. 3. et Schol. Thucyd. I, 20. 6. Ὁ δὲ — κατορθωμάτων Iosephi B. Iud. I, 7. 9. Bekk. Anecd. p. 321. Incertum an ad Aesch. Prom. 2. respexerit. 11. Ἀβαχθανῆ respicit Matth. XXVII, 46. ubi tamen legitur Σαβαχθανί. Sed ita Graeci, linguae Syriacae ignari, nonnunquam scripsere, ut apud Epiphanium p. 338. Ἠλί, ἠλί, λεμᾶς ἀβαχθανί. Pater. Cf. v. Ἠλί et Glossar. Gr. Alberti p. 9. 12. Bekk. Anecd. p. 321. Zonar. p. 9. 13. Δυσχεράνῃ edd. quaedam ante Küst. 14. Αἰσχύλος fr. 118. 16. [Ἀβδία καὶ] Ἄβδηρα, ἡ θάλασσα: sequitur locus dialogi ut videtur Socratici: Etym. M. p. 3, 8. Res obscura. 18. Particulam huius epimerismi servat Herodian. Boiss. p. 224. Inde Σπάφειρα asciscendum videtur in locum v. Τόπειρα. 22. 23. Suidae quid scribendum fuerit, coniectura significat Valcken. in Ammon. Anim. p. 2. καὶ μὴ ὅσια, βέβηλα δὲ ἔλεγετο τὰ μὲν ὅσια, μὴ ἱερὰ δέ. Suspicor tamen Nostrum haec abusu quodam vocis ὅσιος sibi concessisse.

1. οἱ om. vulg. 3. Eundem in significatum v. παρθένος attulit. Portus v. Μελχισεδέκ. Adde tertium exemplum v. Νόννιος. Attigit Iacobs. in Anth. Pal. p. 15. f. 13. Φησὶ γάρ] Genes. 4, 3. 12. Cf. Phryn. Segu. p. 27. 19. Ὁ τὸ βέλτιον — βάλλω. βέλτερος cum desint Parisinis, Küst. suspicatur ea de margine irrepsisse. Poterant sane de Etym. M. p. 3, 12. transferri. 23. Simile quid apud Eustath. in Od. β. p. 1448, 14. Μένανδρος p. 140.

Ἀβασάνιστος. Inexploratus, aut inexercitatus, et non probatus. Dictum est a lapide aurifico, quo aurum probatur. Aelianus in libro *de Providentia* usus est hac voce de eo qui nullis doloribus cruciatur. Ἄβασκανος. Non mendax, non invidiosus. *Ille vero recte ab Antipatro factorum testis apud Caesarem minime inridus fuit.* Ἄβατον. Sacrum, inaccessum, desertum. Et ὁδὸς ἄβατος, iter laviam. Ἀβαχθανῆ. Vocabulum Hebraicum, id quod derelictus. Ἀβδέλυκτα. Quae non polluunt, quae quis non abominatur, non respuat. Est autem vox Tragicis consentanea. Aeschylus Myrmidonibus: *Atqui ego ista (amo enim) nequaquam abominor.* Ἄβδηρα. Mare. Et nomen urbis: Civis, Abderita. Dicuntur etiam Φάληρα et Κύθηρα per η. Γάδειρα vero, Σπάγειρα, Τόπειρα, δότειρα per ει diphthongum scribuntur. Ἀβδιού. Nomen proprium. Ἀβέβαιος. Inconstans et qui facile mutatur. Ἀβέβηλα. Loca quae non licet adire, sed sacra et sancta. Βέβηλα enim dicebantur quae divinis, neque vero publicis usibus essent exempta, sed cuilibet pervia. Et βέβηλοι sacrorum immunes. Et λόγοι ἀβέβηλοι, sermones arcani. Item ἀβέβηλος, purus. Ἄβελ. Abel, filius Adam: Ille castus et iustus erat, et pastor ovium, ex quibus sacrificium Deo cum obtulisset, idque et acceptum fuisset, a fratre Cain per invidiam interfectus est. Cain vero agricola post iudicium deterius vixit, perpetuo cum gemitu et tremore. Abel enim primogenitos fetus Deo consecrans se Dei quam sui ipsius amantiorem esse demonstravit. Quamobrem etiam ob bonam ipsius voluntatem Deo acceptus fuit. Cain vero cum impie sibi ipse primos attribueret fructus, Deo vero secundos offerret, iure reiectus est. Dicit enim Scriptura: *Et factum est post aliquot dies, et obtulit Cain de fructibus terrae.* Itaque eam ob causam Cain reprehenditur, quod non primitiva fruguin, sed secundas froges et post aliquot dies natas Deo obtulisset. Ἀβελτεροκόκκυξ. Vanus et stolidus. Ἀβέλτερος. Insipiens, rationis expers, qui meliora non intelligit. (Ut autem a φέρω fit φέρτερος, sic a βάλλω, βέλτερος. Nam βέλτερος significat *prudentem.*) Non profecto superbus et inconsideratus, sed insipiens et fatuus, cum fasta inani. Menander in *Perinthio*:

ὃστις παραλαβὼν δεσπότην ἀπράγμονα
καὶ κοῦφον ἐξαπατᾷ θεράπων, οὐκ οἶδ' ὅ,τι
οὗτος μεγαλεῖόν ἐστι διαπεπραγμένος,
ἐπαβελτερώσας τὸν ποτὲ ἀβέλτερον.

Λέγουσι δὲ καὶ ἀβελτήριον τὴν ἀβελτηρίαν. Ἀλεξανδρίδης Ἑλένῃ·

Ἄγκυρα, λέμβος, σκεῦος ὅ,τι βούλει λέγε.
ὦ Ἡράκλεις, ἀβελτηρίου τεμενικοῦ.
ἀλλ' οὐδ' ἂν εἰπεῖν τὸ μέγεθος δύναιτό τις.

Καὶ ἀβελτηρία, ἡ ἀφροσύνη ἢ ἀνοησία. Μένανδρος· Εἰς τοῦτο ἀβελτηρίας ἦλασεν αὐτοῖς ὁ νοῦς, ὥστε θάτερον μέρος τὴν κατὰ θατέρου μᾶλλον ἢ τὴν κατὰ τῶν πολεμίων εὔχεσθαι νίκην.

Ἀβελτερώτατος. Ἀριστοφάνης·

Τέως δ' ἀβελτερώτατοι
κεχηνότες Μαμμάκουθοι
Μελιτίδαι κάθηνται.

Ἀβέλτερος νοῦς. χαῦνος, αὐήθης, νέος.

Ἀβέρβηλος. ὁ ἀκατάστατος. λέγεται δὲ καὶ ἀβύρβηλον, ἀναίσχυντον, ἀπεχθές.

Ἀβεσαλών, ὄνομα κύριον. ὃς τοῦ ἰδίου πατρὸς Δαβὶδ κατεξανέστη, καὶ ἀνῃρέθη ἐν τῷ πολέμῳ.

Ἀβειρών. ὄνομα κύριον.

Ἀβηρωθαῖος. ὄνομα κύριον.

Ἀβής. ὁ ἀσύνετος.

Ἀβιά. ὄνομα κύριον.

Ἀβιαδηνός. ἀπὸ πόλεως Ἀβιαδηνῆς.

Ἀβιάθαρ. ὄνομα κύριον.

Ἀβίας. υἱὸς Ῥοβοάμ, τοῦ υἱοῦ Σολομῶντος. ὃς ἐπολέμησεν Ἱεροβοὰμ τῷ δούλῳ Σολομῶντος, καὶ ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἀνεῖλεν ἄνδρας δυνατοὺς αφ'.

Ἀβίγας. ποταμός.

Ἀβιέζερ. ὄνομα κύριον.

Ἀβιμέλεχ. ὄνομα κύριον. υἱὸς Γεδεών. οὗτος ἐπάταξε τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ ἐκ τῶν ἑλευθέρων, ἄνδρας ὁ ἐπὶ λίθου ἕνα, ἐξ ὧν οὐκ ἀπελείφθη πλὴν Ἰωάθαμ τοῦ νεωτέρου διαδράντος. ὃς καὶ παραπορευομένου τοῦ Ἀβιμέλεχ μετὰ τοῦ λαοῦ, ἀνῆλθεν ἐπὶ τὴν κορυφὴν τοῦ ὄρους, καὶ ἐπάρας τὴν φωνὴν αὐτοῦ ἔφη πρὸς αὐτοὺς παραβολὴν τοιαύτην. Ἀκούσατέ μου ἄνδρες Σικίμων, καὶ ἀκούσει ὑμῶν ὁ Θεός. Πορευόμενα ἐπορεύθησαν τὰ ξύλα, τοῦ χρίσαι βασιλέα ἐφ' ἑαυτῶν. καὶ εἶπον τῇ ἐλαίᾳ, βασίλευσον ἐφ' ἡμῶν. καὶ εἶπεν αὐτοῖς ἡ ἐλαία, ἀφεῖσα τὴν πιότητά μου, ἣν ἐδόξασεν ἐν ἐμοὶ ὁ Θεὸς καὶ οἱ ἄνθρωποι, πορευθῶ ἄρχειν τῶν ξύλων; Καὶ εἶπον τὰ ξύλα τῇ συκῇ, δεῦρο, βασίλευσον ἐφ' ἡμῶν. καὶ εἶπεν αὐτοῖς ἡ συκῆ, ἀφεῖσα τὴν γλυκύτητά μου καὶ τὸ γέννημά μου τὸ ἀγαθὸν πορευθῶ ἄρχειν τῶν ξύλων; Καὶ εἶπον τὰ ξύλα πρὸς τὴν ἄμπελον;

---

4. τὸν ποι' ὄντ' ἀβ. Scaliger. Malim τὸν τρόπους ἀβ. 5. Anaxandridea quicquid reliquit, certe ἀβελτήριον scripsit, cum productam vocalem recentior aetas invexerit. Cf. Has. in Leon. Diac. p. 193. Ἀναξανδρίδης Iunius ap. Gronov. Hemsterh. in Arist. Plut. p. 324. Toup. I. p. 9. Cf. in v. Ἀριοπαγίτης. 8. Locus coniecturis tentatus, nec sine librorum ope iuvandus. Iure Porsonus T. IV. p. 440. et Schaeferus in Gregor. p. 877. soloecum illud commentum Toupii I. p. 11. exagitarunt, τἀβελτερίου γ' Ἑλληνικοῦ. Nec felicius opera successit Reisigio, qui Coniect. p. 17. proposuit ἀβελτερίου τεκμήριον, nec qui ἀβελτερίου δηλουμένου, Lobeck. in Phryn. p. 519. Sunt qui malint ἀβελτερίου τοῦ ναυτικοῦ, vel ἀβ. τιμοριχικοῦ. 10. ἀνοσία mendum Aldinae Iungermannum fefellit in Pollux. II, 228. Μένανδρος: cuius locus hinc in eius Exc. Legg. receptus est. V. Nieb. ed. p. 440. 14. Ἀριστοφάνης Ran. 999 — 1001. Cf. vv. Βουταλίων et Μαμμάκουθοι. 20. ἀβέρβηλον Med. Illud e duobus Parisinis Küst. Cf. Bekk. Anecd. p. 322. et Hesych. infraque v. Ἀβέρβηλον.

6. Ἄνδρας δυνατοὺς αφ'. Portus hunc locum verterat, *mille et quingentos viros*, cum debuisset, *quingenta millia*. Nam 2. Chron. 13. expresse legitur, πενταχόσιαι χιλιάδες. Et Ioseph. Antiq. VIII, 5. πεντήκοντα μυριάδες, i. e. 500000. Unde apud Suidam pro αφ' melius scribetur φ', quippe qua nota numerus modo dictus apud Graecos significatur. Pears. Eadem Zonaras p. 5. 7. Ἀβίβας Zonar. p. 6. 9. Ἀβιμέλεχ] Totus locus ex *Iudicum* cap. IX. multa cum scripturae diversitate transcriptus. οὗτος omissum in Med. dedit Aldus. 16. ἀκούσεται Iud. edd. Rom. Ald. 20. ἐν ᾗ δοξάσουσι τὸν θεὸν ἄνδρες Rom. 25. τῇ ἀμπέλῳ Iud. edd. pleraeque.

Quicunque famulus dominum segnem et levem nactus decipit, dubito an iste magnificum opus fecerit, quod in maiorem stultitiam impulerit hominem sua sponte fatuum. Ἀβελτηρίαν vero quidam etiam ἀβελτήριον vocant. Anaxandrides *Helena*: *Ancora, lembus, vas quodcunque vis, dic. o Hercules, amentiam, sed ne magnitudinem quidem eloqui licet.* Et ἀβελτηρία dicitur amentia vel insipientia. Menander: *Eo vesaniae progressi sunt, ut a sese invicem magis quam ab hostibus victoriam reportare optarent.* Ἀβελτερώτατος. Stupidissimus. Aristophanes: *Interea vero stupidissimi, hiantes ut Mammacuthi et Melitidae sedent.* Ἀβέλτερος νοῦς. Stupida mens, inania, fatua, iuvenilis. Ἀβέρβηλος. Turbulentus. Dicitur etiam Ἀβύρβηλον quod est impudens, invisum. Ἀβεσαλών. Nomen proprium viri, qui in suum patrem Davidem insurrexit, et in bello interfectus est. Ἀβειρών. Nomen proprium. Ἀβηρωθαῖος. Nomen proprium. Ἀβής. Insipiens. Ἀβιά. Nomen proprium. Ἀβιαδηνός. Abiadenus, ab urbe Abiadena sic dictus. Ἀβιάθαρ. Nomen proprium. Ἀβίας. Abias, Roboami filius, Solomonis nepos, qui bellum intulit Hieroboamo, Solomonis subdito, et uno die sustulit quingenta millia fortium virorum. Ἀβίγας. Abigas, fluvius. Ἀβιέζερ. Nomen proprium. Ἀβιμέλεχ. Abimelech. Nomen proprium. Filius Gedeonis. Hic interfecit suos fratres, ex ingenuis mulieribus procreatos, LXX. viros, supra lapidem unum: de quibus nullus relictus est praeter Iotham, minimum natu, qui aufugit, et, praeterennte Abimelech cum populo, in montis cacumen ascendit, et sublata sua voce talem ad ipsos parabolam dixit. Audite me viri Sicimitae, et Deus vos audiet. Arbores aliquando regem sibi creare constituerunt. Et oleae dixerunt: regnum in nos obtine. Sed ipsis olea respondit, an relicta mea pinguedine, quam in me Deus et homines celebrant, proficiscar ut imperem arboribus? Tunc arbores ficui dixerunt: age, regnum in nos obtine. At ficus ipsis dixit, an relicta dulcedine mea et meo bono fructu proficiscar ut arboribus imperem? Tunc arbores viti dixerunt:

δεῦρο βασίλευσον ἐφ' ἡμῶν. καὶ εἶπεν αὐτοῖς ἡ ἄμπελος, ἀφεῖσα τὸν οἶνόν μου καὶ τὴν εὐφροσύνην τῶν ἀνθρώπων πορευθῶ ἄρχειν τῶν ξύλων; Καὶ εἶπον πάντα τὰ ξύλα τῇ ῥάμνῳ, δεῦρο, σὺ βασίλευσον ἐφ' ἡμῶν. καὶ εἶπεν ἡ ῥάμνος πρὸς τὰ ξύλα, εἰ ἐν ἀληθείᾳ χρίετέ με ὑμεῖς τοῦ βασιλεύειν ἐφ' ὑμῶν, δεῦτε, ὑπόστητε ἐν τῇ σκιᾷ μου. καὶ εἰ μή, ἐξέλθῃ πῦρ ἀπ' ἐμοῦ, καὶ καταφάγῃ τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου. Καὶ νῦν εἰ ἐν ἀληθείᾳ καὶ ὁσιότητι ἐποιήσατε μετὰ τοῦ πατρός μου καὶ μετὰ τοῦ οἴκου αὐτοῦ, καὶ ἐβασιλεύσατε τὸν Ἀβιμέλεχ υἱὸν τῆς παιδίσκης αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς ἄνδρας Συκίμων, εὐφρανθείητε ἐν αὐτῷ, καὶ εὐφρανθείη γε καὶ αὐτὸς ἐν ὑμῖν· εἰ δὲ μή, ἐξέλθοι πῦρ ἐξ Ἀβιμέλεχ, καὶ καταφάγοι τοὺς ἄρχοντας ὑμῶν καὶ τοὺς οἴκους αὐτῶν. καὶ ἐξέλθοι πῦρ ἐκ τῶν ἀνδρῶν Συκίμων, καὶ καταφάγοι τὸν Ἀβιμέλεχ. καὶ ἀπέδρα Ἰωάθαμ ἀπὸ προσώπου Ἀβιμέλεχ ἀδελφοῦ αὐτοῦ. Ὁ δὲ Ἀβιμέλεχ ἦρξεν ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ ἔτη τρία. Καὶ ἐξαπέστειλεν ὁ θεὸς πνεῦμα πονηρὸν ἀναμέσον Ἀβιμέλεχ, καὶ ἀναμέσον ἀνδρῶν Συκίμων. Καὶ ἠθέτησαν οἱ ἄνδρες Συκίμων ἐν τῷ οἴκῳ Ἀβιμέλεχ, τοῦ ἐπαγαγεῖν ἀδικίαν καὶ τὸ αἷμα τῶν ὁ υἱῶν Γεδεὼν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν Ἀβιμέλεχ. Καὶ γὰρ ἀπελθὼν πολεμῆσαι πύργον, ὥστε καθελεῖν, καὶ προσεγγίσας τῇ θύρᾳ τοῦ πύργου ἐμπρῆσαι αὐτήν, συνετρίβη τὴν κεφαλήν, κλάσμα μύλου γυναικὸς ἐνεγκούσης κατ' αὐτοῦ. Καὶ εἶπε πρὸς τὸν αἴροντα τὰ σκεύη αὐτοῦ, σπάσον τὴν ῥομφαίαν σου, καὶ θανάτωσόν με, μή ποτε εἴπωσι, γυνὴ αὐτὸν ἀπέκτεινε. καὶ κεντῆσαν αὐτὸν τὸ παιδάριον ἀπέθανε. Καὶ ἐπέστρεψεν ὁ θεὸς τὴν πονηρίαν Ἀβιμέλεχ, ἣν ἐποίησε τῷ πατρὶ αὐτοῦ, ἀποκτείνας τοὺς ὁ ἀδελφοὺς αὐτοῦ. καὶ πᾶσαν τὴν πονηρίαν ἀνδρῶν Συκίμων ἐπέστρεψεν ὁ θεὸς εἰς τὴν κεφαλὴν αὐτῶν κατὰ τὸν λόγον καὶ κατὰ τὴν παροιμίαν Ἰωάθαμ.

Ἄβιλα, πόλις Φοινίκης. ἐξ ἧς ἦν Διογένης ὁ διασημότατος σοφιστής. Τὸ ἐθνικὸν Ἀβιληνός.

Ἄβιλυξ, Ἀβίλυκος. τὸ ἀντικείμενον ὄρος ἐκ τῆς Λιβύης τῇ Κάλπῃ, ἥτις ἐστὶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ, κατὰ τὸν πορθμὸν τῶν Γαδείρων.

Ἄβιννα. ὄνομα πόλεως.

Ἄβιος. Ἀντιφῶν τὸν ἄβιον ἐπὶ τοῦ πολὺν τὸν βίον τάττει κεκτημένου. ὥσπερ καὶ Ὅμηρος τὸ ἄξυλον ἀντὶ τοῦ πολύξυλον.

Ἀβιούδ. ὄνομα κύριον.

Ἄβιωτον. κακόν, ἀηδές, ὀδυνηρόν. Ὁ δὲ ἀβιώτως εἶχεν, εἰ μὴ κρατήσει τῆς πόλεως. Καὶ ἀβίωτος, ὁ μὴ ζῶν.

Ἀβισάκ. ὄνομα κύριον.

Ἀβίσαρος. ονομα τόπου.

Ἄβιτος. ὄνομα κύριον. Ἄβιτος τὴν ἀσκητικὴν καλύβην ἐπήξατο.

Ἀβλεμέως. ἀφροντίστως. παρὰ τὸ μέλειν ἀμελέως, καὶ ἐν ὑπερθέσει, καὶ πλεονασμῷ τοῦ β, ἀβλεμέως. Οὕτως Ὡρίων.

---

2. καὶ ἥδεσθαι abest. τὴν παρὰ τοῦ θεοῦ καὶ τῶν ἀνθρώπων Alex. τὸν εὐφραίνοντα θεὸν καὶ ἀνθρώπους Ald. 4. πρὸς τὴν ῥάμνον Alex. Ald. 6. ὑμεῖς εἰς βασιλέα Alex. ἐφ' ὑμᾶς Rom. Ald. 7. ὑπόστητε Rom. πεποίθατε al. ἐξέλθοι καὶ καταφάγοι pleraeque. 9. καὶ τελειότητι eaedem. Inde pleraque summa cum licentia immutata. 10. αὐτῆς Med. 24. Hic locus in uno Paris. sic scriptus est: Καὶ γὰρ ἀπελθὼν πολεμῆσαι πύργον, καὶ προσεγγίσας τῇ θύρᾳ τοῦ πύργου ἐμπρῆσαι αὐτήν, ἔῤῥιψε γυνὴ κλάσμα μύλου ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ συνέτριψε τὸ κρανίον αὐτοῦ. καὶ ἐπιβοήσας ταχὺ εἶπε κτλ. Küst.

6. τὴν καλίαν pleraeque. 9. Ἄβιλα — Ἀβιληνός sumpta e Steph. v. Ἄβιλη. 15. Haec Harpocrationi debentur, unde Reinesius optabat etiam ἀντὶ τοῦ. 16. Ὅμηρος Il. λ'. 155. 19. Ὁ δὲ — κρατήσει s. πόλεως: idem exemplum ap. Zonar. p. 6. 28. Ὡρίων, similiter sane p. 14. Sturz.

---

age in nos regnum obtine. Sed vitis ipsis respondit, an relicto meo vino, quod homines exhilarat, abibo ut regnum in arbores exerceam? Tandem omnes arbores rubo dixerunt: Age vero, tu in nos regnum exerce. Tunc rubus arboribus respondit: si vere vos me ungitis, ut regnum obtineam in vos, agite, subite meam umbram. sin minus, ignis ex me egrediatur, et devoret Libani cedros. Nunc etiam, si iuste et pie cum patre meo et cum eius familia egistis, et Abimelech, filium ancillae ipsius, regem Sicimitarum creastis, ex ipso voluptatem capiatis, et ipse quoque ex vobis voluptatem capiat. sin minus, ignis ex Abimelech egrediatur, et devoret principes vestros et familias ipsorum. e Sicimitis etiam ignis egrediatur, et devoret Abimelech. Ioatham autem his dictis e fratris sui conspectu aufugit. Abimelech vero cum tres annos in Israelitas imperium obtinuisset, Deus malum spiritum Abimelech et Sicimitis immisit. Et Sicimitae familiam Abimelech reprobarunt, ut in ipsius caput iniustam caedem LXX. filiorum Gedeonis converterent. Profectus enim ad oppugnandam quandam turrim, ut eius potiretur, cum accessisset ad ostium illius turris, eius incendendi causa, contritum est ipsi caput, cum mulier fragmentum molaris saxi in ipsum deiecisset. Tunc autem dixit ad armigerum suum: stringe tuum gladium, et me interfice, ne fortasse dicant, mulier ipsum interfecit. Puer igitur illum transfixit. Et sic Deus ultus est impietatem, quam Abimelech exercuit in suum patrem, occisis LXX. fratribus suis: pariterque omnem improbitatem Sicimitarum in ipsorum caput convertit, secundum orationem et parabolam Ioathami. Ἄβιλα Abila, Phoenices urbs, ex qua erat oriundus Diogenes, celeberrimus ille Sophista. Gentile nomen est Abilenus. Ἀβίλυξ, Ἀβίλυκος. Africae mons, oppositus Calpae, quae est in Europa, iuxta fretum Gaditanum. Ἄβιννα. Nomen urbis. Ἄβιος. Apud Antiphontem ἄβιος dicitur ille, qui multas opes possidet: ut apud Homerum ἄξυλος arboribus abundans. Ἀβιούδ. Nomen proprium. Ἄβιωτον. Malum, iniucundum, molestum. *Ille vero vitam minime vitalem sibi fore putabat, nisi urbe potiretur.* Et ἀβίωτος, non vivens. Ἀβισάκ. Nomen proprium. Ἄβισαρος. Nomen loci. Ἄβιτος. Nomen proprium. *Abitus casam asceticam sibi exstruxit.* Ἀβλεμέως. Negligenter. A verbo μέλειν fit ἀμέλως, et per litterarum ana-positionem et pleonasmum litterae β, ἀβλεμέως. Sic Orio.

Ἀβλεπτήματι. ἁμαρτήματι. Ὁ δὲ φέρων ἐκαρτέρει τὰ τῶν ἰδιωτῶν ἀβλεπτήματα, τὰ δὲ τῶν λογιωτέρων αὐτὸν ἦνία. Καὶ ἀβλεπτοῦντες. Οἱ δὲ ἀβλεπτοῦντες καὶ αἰδούμενοι ἀντοφθαλμεῖν πρὸς τὸν Φίλιππον ἐβοήθουν.

Ἄβληρος. ὄνομα κύριον.

Ἀβλῆτα βέλη. τὰ μὴ πεμφθέντα εἰς τρῶσιν. Καὶ ἀβλῆτα ὀϊστόν, τὸν κακόβλητον, ἢ τὸν μήπω βεβλημένον. Κλίνεται δὲ ἀβλής, ἀβλῆτος, παρὰ τὸ βέβλημαι. ἢ τὸν καινὸν καὶ μήπω βεβλημένον, ἀλλὰ νεοπαγῆ καὶ ἀκέραιον τὸν ἰὸν ἐν αὐτῷ ἔχοντα. Κλίνεται δὲ διὰ τοῦ τος, οἷον ἀβλής, ἀβλῆτος. τὰ γὰρ εἰς ᾱ λήγοντα ὀξύτονα σύνθετα, ἀπὸ ῥημάτων γινόμενα, μίαν συλλαβὴν φυλάττοντα τοῦ παθητικοῦ παραπεμπόμενον, διὰ καθαροῦ τοῦ τος κλίνονται, εἴτε εἰς ως ὦσεν, εἴτε εἰς ης, εἴτε εἰς ας. οἷον κέκραται· χαλκοκράς, χαλκοκρᾶτος, ὁ χαλκῷ κεκραμένος. νεοκράς, νεοκρᾶτος, ὁ νεωστὶ κεκραμένος. βέβληται· ἀβλής, ἀβλῆτος, ὁ μὴ βληθείς. τέτρωται· ἀτρώς, ἀτρῶτος, ὁ μὴ τρωθείς. πέπτωται· ἀπτώς, ἀπτῶτος, ὁ μὴ πεσών. ἔγνωσται· ἀγνώς, ἀγνῶτος, ὁ ἄγνωστος. τέθνηκα· ἡμιθνής, ἡμιθνῆτος, ὁ ἡμιθανής.

Ἀβληχρόν. ἀσθενές. Βληχρὸν γὰρ τὸ ἰσχυρόν. Αἰλιανός. Κατέστρεψεν οὖν τὸν βίον πρᾴως καὶ σὺν γαλήνῃ καὶ ἀβληχρῷ θανάτῳ, ὅπερ οὖν ἐπαινεῖν καὶ Ὅμηρος δοκεῖ μοι.

Ἀβολήτωρ, καὶ ἄβολις, ἢ ἄβολος, ὄνος ὁ μηδέπω βεβληκὼς ὀδόντας. ἐξ οὗ γνωρίζεται ἡ ἡλικία τοῦ ζώου. ἐκ δὲ τούτου ὁ νέος, οὐδέπω γνώμονα ἔχων. Γνώμονα δὲ ἔλεγον τὸν βαλλόμενον ὀδόντα, δι' οὗ τὰς ἡλικίας ἐξήταζον, ** τὸν δὲ αὐτὸν καὶ κατηρτυκότα ἔλεγον, ἐκ μεταφορᾶς τῶν τετραπόδων. Καὶ ἀπογνώμονας τοὺς ἀπογεγηρακότας, οὓς ἐλλοίπει τὸ γνώρισμα. καὶ ἀβόλους τοὺς μηδέπω βεβληκότας ὀδόντας.

Ἀβουλεί. ἀβούλως, ἀφρόνως, ἀμαθῶς. Ὁ δὲ οὐ σφόδρα στοχαζόμενος τῆς τοῦ βασιλέως γνώμης ἀβουλότατα διεπράξατο.

Ἀβουλεῖν. μὴ βουλεύεσθαι ἢ μὴ βούλεσθαι. Πλάτων.

Ἀβούλητον κακόν. ἀθέλητον, ὃ οὐ θέλει τις. καὶ ἀβούλητος, ὁ μὴ βουλόμενος. Ἀβούλητος δὲ ὄνομα κύριον, διὰ τοῦ ἰῶτα.

Ἀβουλία. ἀπαιδευσία, ἄνοια καὶ μωρία.

Ἀβούλως. ἀφρόνως, ἀμαθῶς, κακῶς, ἄνευ λόγου.

---

1. Fragmenta Casaubonus ad Polybium referebat: v. Schweigh. T. V. p. 76. Fr. gr. 1. et hist. 45. 6. Il. ζ. 82. 7. Sedes glossae Il. δ. 117. Ceterum pleraque debentur Etym. M. 8. τὸ μήπω vulg. 9. παρὰ τὸ βέβλημαι] ἀβλῆτα καινόν. ἢ τὸν κακὸν παρὰ τὸ βέβλημαι Med. Ista cum M88. ignorarent, delevit Küst. Verum etiam haec, Κλίνεται δὲ — καὶ μήπω βεβλημένον aliena esse videntur, praesertim intuenti vel lectionem Aldinam, κλίνεται δὲ ἀ. ἀβλῆτος ἀβλῆτα καινόν. ἢ τὸν κακὸν παρὰ τὸ βέβλημαι. ἢ τὸν καινὸν κτλ., vel Phavorini locum Eclog. p. 74. sive Philemonem p. 5. 16. εἶσιν recte Phavor.

4. Ὅμηρος Od. λ'. 135. 6. Vetus corruptio locum invasit: quippe requiritur βεβληκὼς τὸν γνώμονα ὀδόντα, quibus verbis utitur Eust. in Od. α'. p. 1405, 19. Vide vel Iungerm. in Poluc. I, 182. 9. κατηρυκότα Med. κατηβυκότα duo Parisini, κατηρεκότα una. Emendavit, Porto praeunte, collatis vv. Γνώμονα et κατηρτυκότα Küsterus, uberrime de his rebus olim disputans. Ceterum aliud idque paulo difficilius hic restat expendendum. Quippe cum inauditum sit γνώμονα vocari κατηρτυκότα (nam quod eadem doctrina repetitur vv. Γνώμονα et, quae sua ipsius specie facile convincitur, κατηρτυκότα, haud dubium quin ea nostro loco debentur, v. nos in v. Ἀγαπητόν), tum illud ἐκ μεταφορᾶς τῶν τετραπόδων diversum quendam narrationis tenorem arguit. Quamquam paulo meliora praebet Schol. Plat. p. 459. ἐκ μεταφορᾶς δὲ τῆς ἀπὸ τῶν τετραπόδων καὶ λειπογνώμονας τοὺς ἀπογεγηρακότας, ἐν οἷς ἐλλοίπει τὸ γνώρισμα. Neque Hesychius obest: Ἄβολος. νέος, οὐδέπω ῥίψας ὀδόντα, τὸν δὲ αὐτὸν καὶ κατηρτυκότα ἔλεγον. Nimirum prorsus manifestum est complura quae progressionem aetatis novellae maturaeque pro rationibus sermonis proprii ac figurati significarent, in utroque lexicographo locum habuisse, priusquam lacuna interverterentur. 11. οἷς ἐλλείπει Med. 12. ἀβόλους πώλους vulg. 14. V. Polyb. Schweigh. T. V. p. 76. 18. Πλάτων Rep. IV. p. 437. Cf. Bekk. Anecd. p. 322. 20. Desideratur in Herodian. Epim. p. 170. sq.

Ἀβλεπτήματι. Peccato. *Ille vero idiotorum peccata patienter ferebat, sed prudentiorum ipsum male habebant.* Et ἀβλεπτοῦντες, conniventes. *Illi vero connivientes et verentes Philippo resistere ei opitulabantur.* Ἄβληρος. Nomen proprium. Ἀβλῆτα βέλη. Sagittae nondum emissae vulnerandi causa. Et ἀβλῆτα ὀϊστόν, sagittam perniciosam, vel nondum iactam vel novam, sed recenter factam et omne adhuc venenum illitum habentem. Declinatur autem hoc nomen, ἀβλής, ἀβλῆτος, a βέβλημαι. Flectitur autem per τος: ut ἀβλής, ἀβλῆτος. Nam nomina in ᾱ desinentia, acuti tenoris, composita, a verbis deducta, et unicam syllabam servantia passivi praeteriti perfecti, declinantur per purum τος, sive in ως desinunt, sive in ης, sive in ας. Ut a κέκραται et quae sequuntur in Graecis. Ἀβληχρόν. Infirmum. Βληχρὸν enim significat firmum. Aelianus: *Vitam igitur finivit placide et tranquille et leni morte, quam et Homerus laudare mihi videtur.* Ἀβολήτωρ, et ἄβολις, vel ἄβολος, dicitur asinus, qui nondum amisit dentes, ex quorum indicio huius animalis aetas cognoscitur. hinc significatur novellus, ut qui per aetatem nondum habeat dentem aetatis iudicem. (Γνώμονα enim vocabant dentem, per quem animalium aetates explorabant.) Eundem etiam κατηρτυκότα nominabant, per translationem a quadrupedibus ductam. Et ἀπογνώμονας vocabant eos qui consenuerant, quos aetatis indicium defecerat. Ἄβόλους autem equorum pullos, qui nondum ahiecerant dentes. Ἀβουλεί. Inconsulte, imprudenter, imperite. *Ille vero, non admodum considerata nec satis intellecta Regis sententia, inconsultissime rem gessit.* Ἀβουλεῖν. Non consulere, vel non velle. Plato. Ἀβούλητον κακόν. Malum non voluntarium, quod quis non vult. Ἀβούλητος etiam ille, qui non vult. At Ἄβούλητος per *I* litteram est proprium nomen. Ἀβουλία. Inscitia, amentia et stultitia. Ἀβούλως. Imprudenter, imperite, male, sine ratione.

Ἀβώνου τεῖχος. πόλις ἐν τῷ Εὐξείνῳ Πόντῳ. καὶ Ἀβωνοτειχίτης, τὸ ἐθνικόν.

Ἄβωρα. ὄνομα τόπου.

Ἀβωριγῖνες. ἔθνος Ἰταλικόν. Ἀβωριγῖνοι δέ.

Ἄβρα, οὔτε ἡ ἁπλῶς θεράπαινα, οὔτε ἡ εὔμορφος θεράπαινα λέγεται, ἀλλ' οἰκότριψ γυναικὸς κόρη καὶ ἔντιμος, εἴτε οἰκογενὴς εἴτε μή. Μένανδρος Ψευδηρακλεῖ·

Μήτηρ τέθνηκε ταῖν ἀδελφαῖν ταῖν δυοῖν ταύταιν. τρέφει δὲ παλλακή τις τοῦ πατρὸς αὐτάς, ἄβρα τῆς μητρὸς αὐτῶν γενομένη.

Σικυωνίῳ·

Καὶ ἄβραν γὰρ ἀντωνούμενος ἐρωμένην ταύτῃ μὲν οὐ παρέδωκ' ἔχειν, τρέφειν δὲ χωρίς, ὡς ἐλευθέρᾳ πρέπει.

Ἀπίστῳ·

Ὤιμην εἰ τὸ χρυσίον λάβοι ὁ γέρων, θεράπαιναν εὐθὺς ἠγορασμένην ἄβραν ἔσεσθαι.

Ἰάμβλιχος· Ἐπεὶ δὲ τοῦτο χαλεπὸν ἦν καὶ σπάνιόν τι τὸ τῆς οἰκουροῦ φυλαττούσης, καὶ ἄβρας τινὸς ἄλλης συμπαρούσης, ἀναπείθει τὴν κόρην λαθοῦσαν τοὺς γονεῖς ἀποδρᾶναι.

Ἀβραάμ. ὁ πρῶτος ἐν Πατριάρχαις, εἰς ὃν ἀπεσεμνύνετο δῆμος ὁ τῶν Ἑβραίων τὸ πρότερον, πρὶν ἢ θεοῦ ἀποσκιρτῆσαι, καὶ γενέσθαι τούτου ἀλλότριοι, καὶ τὸ τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ υἱοῦ αἷμα ἐφ' ἑαυτοὺς ἐπισπάσασθαι. Οὗτος ἐκ μὲν τῆς Χαλδαίων γῆς ὑπῆρχεν ὁρμώμενος, τῶν περὶ τὰ μετέωρα καὶ τοὺς ἀστέρας τὸν βίον ὅλον καταναλισκόντων. Ἀσκηθεὶς οὖν κατὰ τὸν πάτριον νόμον τὰς τῶν ἐπουρανίων ἀστέρων κινήσεις, καὶ στοχασάμενος ὡς οὐκ ἐν τούτοις ἵσταται τὸ μεγαλουργὸν τῆς φαινομένης ταυτησὶ κτίσεως, ἀλλ' ἔχει τινὰ τὸν δημιουργὸν καὶ κινοῦντα καὶ διευθύνοντα τὴν ἐναρμόνιον τῶν ἀστέρων πορείαν, καὶ τοῦ κόσμου παντὸς τὴν κατάστασιν, καὶ διὰ τοῦ μεγέθους καὶ τῆς καλλονῆς τῶν κτισμάτων τὸν γενεσιουργὸν αὐτῶν, ὡς ἐνῆν, θεωρήσας, οὐκ ἔστη μέχρι τούτων, οὐδὲ τὴν ἔφεσιν εἰς ταῦτα κατεδαπάνησεν, ἀλλὰ τῶν οὐρανίων ἁψίδων ὑπεραρθεὶς καὶ πᾶσαν διαβὰς τὴν νοητήν τε καὶ ὑπερκόσμιον σύμπηξιν οὐκ ἀπέστη τοῦ ζητουμένου, ἕως οὗ ὁ ποθούμενος ἑαυτὸν αὐτῷ ἐφανέρωσε, τύποις τε καὶ μορφώμασιν, καὶ οἷς ἑαυτὸν ἐμφανίζει ὁ ἀφανὴς καὶ ἀόρατος. καὶ μετανάστην αὐτὸν ἐκ τῆς πατρίδος λαβὼν ἐπὶ τὴν Χανανῖτιν κατέστησε, τὸν ἐνενηκοστόν που καὶ ἔνατον ἤδη χρόνον παρέλκοντα· καὶ ἄπαιδα μέχρι τότε τυγχάνοντα, γεννήτορα τοῦ θαυμασίου καὶ μάκαρος κατέστησεν Ἰσαάκ, ἵν' ἔχοι μονογενῆ υἱὸν καὶ πρωτότοκον, τοῦ μονογενοῦς καὶ πρωτοτόκου μυστικὴν εἰκόνα προδιαγράφοντα· τοῦτο γέρας αὐτῷ κατ' ἐξαίρετον χαρισά-

---

4. Ἀβωριγῖνοι δέ] Videtur legendum Ἀβωριγῖναι, et sensum esse, gentem istam dici et Ἀβωριγῖνες et Ἀβωριγῖναι; quam utramque [immo Ἀβοριγῖναι] lectionem agnoscit Stephanus *de Urbibus*. Küst. Videtur tamen et in priore parte Ἀβοριγῖνες et Ἀβοριγῖνοι olim extitisse. 5. ἡ accessit ex Etym. M. p. 4, 22: ἁπλῶς ἡ θερ. Anecd. Bekk. p. 322. 7. Μένανδρος p. 182. 9. πατὴρ Med. μήτηρ Med. 12. καὶ Σικυωνίῳ Meinek. in Menand. p. 155. Hoc Küsterus e MSS. restituit, cum antea legeretur Σικυωνίᾳ. 14. αὐτῇ vulg. 16. Ἀπίστῳ] Hanc fabulam Menandri haud temere alibi laudatam reperies. Küst. Qui huius tituli denuo in v. Μένανδρος admonuit. Nulla suspicio Meinekium Menand. p. 25. tetigit. Desideratur sane verbum ad τρέφειν referendum. 20. In his neque τοῦτο nec σπάνιον intelligo: hoc quidem levissima mutatione refingi licet ἐπάνιον. Atque haeret etiam in continuis oratio: Toupius in Longin. III, 1. sublato τὸ locum sic interpretatur: *Quoniam autem accessus ad puellam rarus ac difficilis erat, cum diligenter custodiretur et alia ancilla una adesset, persuadet puellae ut clam parentibus aufugiat.* Pertinuitat videtur ad erotici fragm. c. 13. Cf. Chardon de la Rochette Mélanges T. I. p. 80. sq. 25. Huius generis quaedam dedit Iacobs. in Anth. Pal. p. 17.

Ἀβώνου τεῖχος. Oppidum ad Pontum Euxinum. Gentile nomen est Abonotichita. Ἄβωρα. Nomen loci. Ἀβωριγῖνες. Gens Italica. Aborigini vero. Ἄβρα. Neque simpliciter quaevis neque formosa ancilla ita appellatur, sed domestica et honoratior herae puella, sive est verna sive non. Menander *Pseudo-Hercule*: *Mater obiit duarum sororum harum; adit vero concubina quaedam patris eas, quae ancilla matris illarum fuit.* Idem *Sicyonio*: *Nam cum ancillam vicissim emeret amatam, illi quidem non dedit habendam, sed alendam seorsim, ut ingenuam decet.* Idem *Apisto*: *Existimabam, si aurum accepisset senex, ancillam emptam statim habram futuram.* Iamblichus: *Quoniam autem illud ministerium aedes custodiendi molestum erat et insolens, praesertim cum alia ancilla adesset: persuadet puellae, ut clam parentibus aufugiat.* Ἀβραάμ. Abraham, inter Patriarchas primus: quo populus Hebraeorum olim gloriabatur, priusquam a Deo defecissent, atque ab eo alienati fuissent, et ipsius unigeniti filii sanguinis se reos fecissent. Hic oriundus erat ex terra Chaldaeorum, qui totam aetatem in earum rerum, quae in sublimi fiunt, et stellarum observatione consumunt. Exercitatus igitur patrio more in coelestium stellarum motibus animadvertit, vim effectricem rerum conditarum et in oculos incurrentium non in iis consistere, sed habere aliquem opificem, qui moveat et dirigat aptum illum et concinnum stellarum motum et mundi totius constitutionem. Atque ex magnitudine et elegantia rerum conditarum creatorem ipsarum, quantum licuit, contemplatus in his non substitit, neque suum desiderium in his consumpsit, sed supra coelestes orbes evectus et pervagatus omnem rerum conditarum compagem, quae sub intelligentiam cadit mundumque superat, ab eo quaerendo, quem cognoscere cupiebat, non desitit, donec ille, cuius desiderio flagrabat, se ipsi patefecit, typis quibusdam et imaginibus et caeteris rationibus, quibus ille qui cerni conspicique nequit se mortalibus patefacere solet. Ipsum autem ex patria translatum in Chananaea collocavit, cum aetatis annum iam nonagesimum et nonum ageret; cumque ad id usque tempus expers liberorum esset, ipsum admirandi et beati Isaac parentem effecit, ut haberet unigenitum et primogenitum filium, qui unigeniti et primogeniti Filii mysticam imaginem praeformaret; idque munus ei eximium de-

μενος, τὸ θοῦλον καὶ φίλον καὶ πατέρα χρηματίσαι τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ κατὰ σάρκα, τοῦ τὸν κόσμον ὅλον δημιουργήσαντος. Οὗτος εὗρεν ἱερὰ γράμματα, καὶ γλῶσσαν ἐμηχανήσατο, ἧς Ἑβραίων παῖδες ἐν ἐπιστήμῃ ἐτύγχανον, ὡς ὄντες τούτου μαθηταὶ καὶ ἀπόγονοι. Ἐκ τούτου καὶ τὰ Ἑλλήνων γράμματα τὰς ἀφορμὰς ἔλαβε, κἂν ἄλλως ἑαυτοὺς διαπαίζοντες ἀναγράφωσιν Ἕλληνες. Καὶ τούτου μαρτύριον ἡ τοῦ Ἄλφα φωνὴ τοῦ πρώτου στοιχείου καὶ ἄρχοντος, ἀπὸ τοῦ Ἄλεφ Ἑβραϊκοῦ λαβόντος τὴν ἐπίκλησιν τοῦ μακαρίου καὶ πρώτου καὶ ἀθανάτου ὀνόματος. Ἐκ τούτου καὶ τὰ ὀνείρων βιβλία ἐσφετερίσαντο Ἕλληνες. Καὶ μάρτυς Ἰωσὴφ ὁ παυθαύμαστος ὁ τούτου ἀπόγονος, ὁ τοῦ Φαραὼ τὰ ἐνύπνια ὡς ἔμελλον ἀποβήσεσθαι διηγούμενος. Τοῦτό μοι καὶ Φίλων, ἐξ Ἑβραίων φιλόσοφος, ἐν τῷ τοῦ Πολιτικοῦ Βίῳ συνεπιμαρτυρήσεται· Φίλων, περὶ οὗ ἐρρέθη, Φίλων πλατωνίζει, καὶ Πλάτων φιλωνίζει.

Ὅτι ἤρξατο ἡ εἰδωλολατρία ἀπὸ Σερούχ ἕως τῶν χρόνων Θάρα τοῦ πατρὸς Ἀβραάμ. Ὃς Ἀβραὰμ ὑπάρχων ἐτῶν οδ' καὶ θεογνωσίας ἀξιωθεὶς ἐνουθέτει τὸν πατέρα αὐτοῦ, λέγων· τί πλανᾷς τοὺς ἀνθρώπους διὰ κέρδος ἐπιζήμιον (τοντέστι, τὰ εἴδωλα); οὐκ ἔστιν ἄλλος θεός, εἰ μὴ ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὁ καὶ πάντα τὸν κόσμον δημιουργήσας. Ὁρῶν καὶ προσεύξεται περὶ σοῦ, καὶ ζήσεις. εἰ δὲ μὴ ἀπο-

γὰρ τοὺς ἀνθρώπους κτισματολατροῦντας, διήρχετο διαπονούμενος, καὶ τὸν ὄντως ὄντα θεὸν ἐκζητῶν ἐκ φιλοθέου καρδίας. ὁρῶν δὲ τὸν οὐρανὸν ποτὲ μὲν λαμπρόν, ποτὲ δὲ σκοτεινόν, ἔλεγεν ἐν ἑαυτῷ, οὐκ ἔστιν οὗτος θεός. ὁμοίως καὶ τὸν ἥλιον, καὶ τὴν σελήνην, τὸν μὲν ἀποκρυπτόμενον καὶ ἀμαυρούμενον, τὴν δὲ φθίνουσαν καὶ ἀπολήγουσαν, ἔφησεν, οὐδ' οὗτοί εἰσι θεοί. καὶ μέντοι καὶ τὴν τῶν ἀστέρων κίνησιν, ἐκ τοῦ πατρὸς γὰρ ἐπαιδεύετο τὴν ἀστρονομίαν, ἀπορῶν ἐδυσχέραινεν. Ὤφθη δὲ αὐτῷ ὁ θεός, καὶ λέγει αὐτῷ· ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου. Καὶ λαβὼν τὰ εἴδωλα τοῦ πατρός, καὶ τὰ μὲν κλάσας τὰ δὲ ἐμπυρίσας ἀνεχώρησε μετὰ τοῦ πατρὸς ἐκ γῆς Χαλδαίων· καὶ ἐλθόντων εἰς Χαρρὰν ἐτελεύτησεν ὁ πατὴρ αὐτοῦ. Καὶ ἐξελθὼν ἐκεῖθεν ἐν λόγῳ Κυρίου ἦλθε σὺν τῇ γυναικὶ Σάρρᾳ καὶ τῷ ἀνεψιῷ Λὼτ μετὰ πάσης αὐτῶν τῆς ἀποσκευῆς εἰς τὴν ὀφειλομένην γῆν Χαναάν, ἣν οἱ Χαναῖοι τυραννικῶς ἀφελόμενοι ᾤκησαν. Λιμοῦ δὲ γενομένου καταλιπὼν τὴν Χαναίων γῆν εἰς Αἴγυπτον ἀπῆρε, οὗ καὶ γυναῖκα Σάρραν Ἀβιμέλεχ ἥρπασεν ὁ βασιλεύς. Τοῦτον ὁ θεὸς ἐκδικαιώσας, καὶ πάρεσιν τῶν μελῶν ἐπάξας, ἀπόδος, ἔφη, τῷ ἀνθρώπῳ τὴν γυναῖκα, ὅτι προφήτης ἐστί,

---

18. *Φίλων πλατωνίζει*] Photius Cod. CV. ubi de Philone agit: *Τοσοῦτον δ' αὐτὸν τοῖς Ἕλλησιαῖς παρασχεῖν θαῦμα τῆς ἐν τοῖς λόγοις δυνάμεως, ὡς καὶ λέγειν αὐτούς· ἢ Πλάτων φιλωνίζει ἢ Φίλων πλατωνίζει.* Suid. v. *Φίλων.* Küst. 19. Suffragatur Anonymo huic Ioh. Antiochenus in Excerpt. Peiresc. p. 778. ubi haec leguntur: *Ὅτι ἡ εἰδωλολατρεία ἤρξατο ἀπὸ Σερούχ υἱοῦ, καταγομένου ἐκ τῆς φυλῆς τοῦ Ἰάφεθ, δογματίσαντος εἶκόσι καὶ ἀνδράσι τιμᾶσθαι τοὺς πάλαι ἀρετεύσαντας.* Vide etiam Suidam v. *Σερούχ*, ubi hunc locum ex Ioh. Antioch. descripsit. Epiphanius quoque *adversus Haeres.* I, 6. originem Idololatriae ad Seruch his verbis refert: *Φαλὲκ δὲ γεννᾷ τὸν Ῥαγάμ, Ῥαγὰμ τὸν Σερούχ, τὸν ἑρμηνευόμενον ἐρεθισμόν. Καὶ ἤρξατο εἰς ἀνθρώπους ἡ εἰδωλολατρεία.* Küst. Hanc disputationem a superioribus plane distinxit Partisinus Brequignii p. 13. *εἰδωλολατρεία* vulg.

3. *ὁρῶν δὲ τὸν οὐρανὸν*] Gemina his de Abrahamo leguntur apud Mich. Glycam *Annal.* Part. 2. p. 131. qui tamen sua ex Syncello descripsit. 11. *ὁ* om. vulg. 21. *Ἀβιμέλεχ ἥρπασεν*] Hic duae historiae confunduntur, ut patet ex Genes. c. XII. et XX. Non enim Abimelech, qui erat Rex Gerarenisium, Saram abstulit Abrahamo in Aegypto degenti, sed Pharaoni, ut c. XII. expresse traditur. Vicissim Abimelech rapuit Saram tempore et loco diverso, nimirum cum Abraham Geraris esset, ut discimus e c. XX. Küst.

---

dit, ut servus et amicus et pater secundum carnem appellaretur unigeniti Filii, qui mundum universum fabricavit. Hic sacras litteras invenit, et linguam excogitavit, cuius notitiam habuerunt Hebraeorum filii, quod essent huius discipuli et posteri. Ab hoc etiam litterae Graecorum originem duxerunt, quamvis Graeci temere ludentes sibi ipsi harum inventionem arrogent. Eius vero rei testimonium est appellatio Ἄλφα, primae et principis litterae, ab Aleph Hebraico voce beata, prima et immortali suum nomen sortitae. Ab hoc etiam somniorum libros acceptos Graeci sibi vindicarunt. Testis est Iosephus ille maxime admirandus, huius pronepos, qui Pharaonis insomnia sic exposuit, ut erant eventura. Hoc autem et Philo, Hebraeus Philosophus, in *Viri Politici Vita* suo testimonio confirmabit: Philo inquam, de quo dictum est, *aut Philo platonissat, aut Plato philonissat.* Imaginum cultus coepit ab Seruch, et vigult usque ad tempora Tharae, patris Abrahae; is autem Abraham natus quatuordecim annos, et Dei cognitione praeditus, suum patrem admonuit his verbis: *Quid fallis homines ob lucrum perniciosum*, (hoc est, ob imagines)? *Non est alius Deus, nisi ille, qui in coelis est, et universum mundum fabricavit.* Cum enim videret homines res creatas colere, magno labore et animo religioso verum Deum exquirens varias regiones peragrabat. Cum autem videret coelum modo serenum, modo nubilum et obscurum, in animo suo dixit, *hoc coelum non est Deus.* Similiter etiam, cum solem et lunam, illum quidem occultari et obscurari, hanc vero deficere et desinere cerneret, dixit, *ne isti quidem sunt Dii.* Quinetiam astrorum motum considerans (a patre enim astronomiam edocebatur) animo dubitans molestia quadam affici coepit. Apparuit autem ipsi Deus, et ipsi dixit: exi e tua terra et ex cognatione tua. Quamobrem correptis patris simulacris, iisque partim fractis partim crematis, ex Chaldaeorum terra cum patre excessit. Qui cum Charram pervenissent, pater ipsius obiit. Illinc autem Domini iussu egressus cum uxore Sara et consobrino Lot et omni ipsorum supellectile in Chananaeam terram sibi debitam pervenit, quam Chananaei per vim occupatam incolebant. Exorta autem fame reliciaque Chananaeorum terra in Aegyptum abiit, ubi etiam Abimelech Rex Saram eius uxorem rapuit. Huic autem Deus, terrore iniecto et membrorum laxatione in corpus inducta, *redde*, inquit, *huic homini suam uxorem, quia est Propheta, et pro te precabitur, et vives. quod nisi eam ipsi reddideris,*

δῇς, γνῶθι ὅτι ἀποθανῇ σὺ καὶ τὰ σὰ πάντα. Καὶ οὕτως ἀπολαβὼν τὴν γυναῖκα ἀμίαντον, καὶ προσευξάμενος ἰαθῆναι ἐποίησε τῆς παρέσεως τὸν Ἀβιμέλεχ καὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ. Καὶ ἔκτοτε τιμῶν αὐτὸν ὁ βασιλεὺς καὶ προσέχων ἦν τοῖς ὑπ' αὐτοῦ λεγομένοις. Διδάσκαλος οὖν ὁ Ἀβραὰμ εὐσεβείας καὶ πολυπειρίας Αἰγυπτίοις ἐγένετο. Ὁ αὐτὸς Ἄβραμ ἐπιστρέφων ἐκ τοῦ πολέμου τῆς εὐλογίας τοῦ Μελχισεδὲκ κατηξίωται, τοῦ βασιλέως Σαλήμ, ὃς ἐξήνεγκεν αὐτῷ ἄρτους καὶ οἶνον. ἦν δὲ καὶ ἱερεὺς τοῦ Ὑψίστου, καὶ ἔδωκεν αὐτῷ Ἄβραμ δεκάτην ἀπὸ πάντων. ἦν δὲ ὁ Μελχισεδὲκ ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, ἀγενεαλόγητος, ἀφωμοιωμένος τῷ υἱῷ τοῦ Θεοῦ. Τῷ δὲ Ἄβραμ ἀτεκνίαν ὀλοφυρομένῳ καθ' ὕπνους ἐπιδείξας ὁ Θεὸς τοὺς ἀστέρας, κατὰ τὸ πλῆθος αὐτῶν ἔσεσθαί οἱ τὸ σπέρμα προεδήλου. Ὁ δὲ ἐπίστευσε τῷ Θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην. Ἡ δὲ Σάρα στεῖρα οἷσα συνεχώρησεν Ἄβραμ ἀπὸ τῆς παιδίσκης παιδοποιήσασθαι· καὶ ἔσχε τὸν Ἰσμαήλ. Ἐνενήκοντα δὲ καὶ ἐννέα ἐτῶν ὄντι τῷ Ἄβραμ ἐπιφανεὶς ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ μετωνόμασεν. Ἄβραμ γὰρ πρώην ὠνομάζετο. ὁμοίως δὲ καὶ τὴν Σάραν Σάῤῥαν, προσθεὶς καὶ ἕτερον ῥ. Καὶ περιέτεμε τὸν Ἰσμαὴλ καὶ πάντας τοὺς ἐξ αὐτοῦ. Κύριος δὲ τῷ Ἀβραὰμ ἐπιξενωθεὶς ἐπηγγείλατο τέξεσθαι Σάῤῥαν αὐτῷ παῖδα. ἡ δὲ ἐμειδίασε, καὶ Ἰσαὰκ τὸ γενηθὲν προσηγορεύθη, φερωνύμως τῷ μεθ' ἡδονῆς γέλωτι κατὰ τὴν Ἑβραΐδα διάλεκτον.

Ἀβραμιαῖος. ὁ ἀπόγονος Ἀβραάμ, ἢ γιγαντιαῖος, ἱεροπρεπής.

Ἁβρὰ βαίνων. Θρυπτόμενος, βλακευόμενος.

Ἐκεῖνος ὄντως ἁβρὰ βαίνων ἐδόκει,
ἔχων τὰς ὀφρῦς ὑπερηρμένας ἄνω.

Ἀβρανῖτις. χώρα.

Ἁβραῖς. ἁπαλαῖς, τρυφεραῖς. Αἰλιανός· Ἐπὶ κλίναις μάλα ἁβραῖς καὶ στρωμναῖς ὕφει τινὶ ὑπερηφάνῳ κεκοσμημέναις ἐπιθέντας.

Ἀβρέας. ὄνομα κύριον.

Ἀβρεττανή. χώρα ἡ λεγομένη Μυσία. ἀπὸ Βρετίας Νύμφης.

Ἀβρηλία. χώρα. καὶ Ἀβρηλιανὸς καὶ Ἀβρήλιος, ὀνόματα κύρια.

Ἀβριχέστερον. τὸ ἀληθέστερον.

Ἄβριχτον. τὸ δύσκωφον, ἤτοι ἐκμέρους ἀκοῦον.

Ἀβρίξαι. τὸ ἀπὸ βορᾶς νυστάξαι ἢ κοιμηθῆναι.

Ἀβριόριξ. ὄνομα κύριον.

Ἀβρογάστης. Φράγγος, ὃς κατὰ ἀλκὴν σώματος καὶ θυμοῦ τραχύτητα φλογοειδὴς ἦν, δευτεραγωνιστὴς τυγχάνων Βαύδωνος. ἄλλως τε ἦν καὶ

---

7. πολυπειρίας vett. Edd.

4. Ἀβραμιαῖον ἔχειν τὸ φρόνημα e Cotelerii eccl. Gr. monum. T. I. p. 249. attulit Albert. in Hesych. Adde Eustath. Opusc. XXIV, 189. Cf. Bekk. Anecd. p. 372. 6. βλακευόμενος quod Anecd. Bekk. l. l. firmant, probante Iacobs. in Anth. Pal. p. 46. e duobus Pariss. Küst. praetulit: edd. cum Zonara p. 9. κολακευόμενος. Cf. Koen. in Gregor. p. 557. 7. 8. In his dimetros binos, Menandri ut putabat, latere vidit Toup. IV. p. 193. Et quod coniecit εὐδόκει magis quam alterum ἔχων τε placet. 10. Αἰλιανός: v. Suid. vv. Ὑπερήφανος et Ὕφει. 14. Stephanus: Ἀβρεττάνη. χώρα Μυσίας, ἀπὸ Βρεττίας Νύμφης. τὸ ἐθνικὸν Ἀβρεττηνός. Strabo XII. p. 576. Ἀβρεττηνὴν appellat. 18. Ἀβριχέστερον] Fortasse vox errore librariorum corrupta est ex ἀκριβέστερον. Küst. Iustius erroris culpam Küst. Diatribe p. 31. malebat in Suidam conferre, nova coniectura ἀτρεκέστερον adiecta. ἀβρεβέστερον Hesych. 19. Apparet olim exititisse τὸν δύσκολον ὕπνον. ἢ τὸν .. ἀκουστά. 23. Eustath. in Il. ε'. p. 513. locum hunc [i. e. Ἀβρ. Φρ. κατὰ ... φλογοειδὴς ἦν] de Abrogasto, quem Ἀβρογάστην vocat, ex Suida ut opinor (nomen enim eius ibi reticet) αὐτολεξεὶ descripsit. Küst. Eunapii fragmentum: v. Niebuhr. p. 111. sq. Partem affert Zonaras p. 6. 25. L. ἔλλως δέ. Contra p. 29, 5. pro scriptura edita ὅς τε receptum ex Ald. ὅς γε.

---

scito te moriturum, et tua omnia peritura. Sic igitur Abraham, recepta uxore impolluta, Deum precatus effecit, ut Abimelech eiusque familiae paralysis sanaretur. Ex eo autem tempore Rex ipsum honorare eiusque verbis aures attentas praebere coepit. Abraham igitur pietatis et multiplicis doctrinae magister Aegyptiis extitit. Eidem Abraham ex bello revertenti benedixit Melchisedec, Rex Salem, qui ipsi panes et vinum obtulit. Erat autem Altissimi Sacerdos, eique Abraham decimam omnium rerum dedit. Melchisedec autem erat sine patre, sine matre, sine generis origine, similis Filio Dei. Abraham autem orbitatem suam deploranti Deus in somnis stellas ostendens, progeniem ipsi futuram praedixit tantam, quanta esset illarum multitudo. Ille vero Deo credidit, et hoc ipsi in iustitiam est imputatum. Sara vero cum esset sterilis, indulsit Abraham, ut ex ancilla liberos susciperet, ex qua natus est ei Ismael. Abram autem cum nonagesimum nonum aetatis annum ageret, Deus apparuit ipsumque mutato nomine vocavit Abraham. Abram enim prius vocabatur. Eodem etiam modo Saram vocavit Sarram, addito altero R. Ismael autem et omnes suos Abraham circumcidit. Dominus etiam ab Abraham exceptus hospitio promisit ei fore, ut Sarra filium ipsi pareret. Quibus auditis illa risit: unde filius ex ea natus a risu appellatus est Isaac, quoniam ea vox lingua Hebraïca suavem risum significat. Ἀβραμιαῖος. Ab Abraham oriundus; aut Gigantius; sanctimonia praeditus. Ἁβρὰ βαίνων. Delicias agens, molliter vivens. Ille profecto delicatule vivere videbatur, supercilliis sursum productis. Ἀβρανῖτις. Regio sic appellata. Ἁβραῖς. Teneris, delicatis. Aelianus: In lectos valde molles et stragula pretiosa contexta imponentes. Ἀβρέας. Nomen proprium. Ἀβρεττανή. Regio quae Mysia vocatur, a Brettia Nympha. Ἀβρηλία. Aurelia, regio. Et Aurelianus et Aurelius, nomina propria. Ἀβριχέστερον. Verius. Ἄβριχτον. Surdastrum, vel ex parte tantum audiens. Ἀβρίξαι. A cibo nutare vel dormire. Ἀβριόριξ. Nomen proprium. Ἀβρογάστης. Abrogastes Francus, robore corporis ferox, et animi iracundia flammae similis, secundas a Baudone partes agebat: ceteroqui temperantiae

πρὸς σωφροσύνην πεπηγώς τε καὶ διηρθρωμένος, καὶ πρὸς χρήματα πόλεμον πολεμῶν ἄσπονδον. διέφερε γοῦν τῶν εὐτελῶν στρατιωτῶν ὅσον γε εἰς πλοῦτον οὐδέν. καὶ διὰ τοῦτο ἐδόκει τῷ βασιλεῖ Θεοδοσίῳ χρήσιμος, ὃς γε πρὸς τὸν Οὐαλεντινιανοῦ τρόπον, ἁβρηνωπὸν ὄντα καὶ δίκαιον, καὶ τὸ παρ' ἑαυτοῦ βάρος ἐπετίθει, καθάπερ ὀρθὸν καὶ ἀστραβῆ τινα κανόνα τοῖς βασιλείοις, πρὸς τὸ μηδὲν τῶν περὶ τὴν αὐλὴν παραβλάπτεσθαι ἢ ἁμαρτάνεσθαι.

Ἁβροδίαιτα. τρυφερὰ ζωὴ καὶ ἀπαλή. καὶ ἁβροδίαιτος, τρυφητής, τρυφερόβιος. Τοῖς δὲ Ῥωμαίοις οὐκ ἐς τὸ ἁβροδίαιτον ὁ βίος· ἄλλως δὲ ὡς φιλοπόλεμοί τέ εἰσι καὶ φερέπονοι. Σημαίνει δὲ καὶ τὸν πλουσίως ζῶντα. Καὶ ἁβρότητι, τρυφερότητι, ἁπαλότητι.

Ἁβρομάς. οὗτος σατράπης ἦν Ἀρταξέρξου τοῦ Περσῶν βασιλέως.

Ἁβρόμιος. χωρὶς οἴνου.

Ἦν ὁλοοῦ διὰ καῦμα φύγω πυρός, εἰς ἑκατὸν σοι
ἠελίους δροσερῶν πίομαι ἐκ λιβάδων,
ἁβρόμιος καὶ ἄοινος·

ἐν Ἐπιγράμματι.

Ἄβρομος. ὁ θορυβώδης.

Ἁβρόν. παρὰ Ἡροδότῳ καλόν, εὐθαδές, σεμνόν, τρυφερόν.

Ἁβρός. λαμπρός, τρυφερός, ἁπαλός. ἐν Ἐπιγράμματι·

Ἁβρὸν ἐπιτρύζων πιθάρας ὕπερ ἕζετο τέττιξ.

† Ὅμως δὲ ὁ τρυφερὸς ἐκεῖνος καὶ ἁβρὸς καὶ ὑπὸ μαλακίας τοῦ σώματος κατεαγὼς καὶ λελυγισμένος, καὶ τὰς τε κόμας ἀναδούμενος, ὥσπερ αἱ τῶν ἑταιρίδων ἀσελγέστεραι, καὶ ἁβροσταγὲς ἔχων ἀεὶ τὸ μέτωπον καὶ τοὺς βοστρύχους, λαβὼν χρυσίον ἐκ τῶν κοινῶν συμφορῶν, ὅσον ἱκανὸν ἦν ἐμπλῆσαι καὶ τὸν ἐκ μύθου Μίδαν, εἰσέρρει πρὸς τὸν βασιλέα.

‖ † Ἁβρὸς λειμών. ‖ καινότερος καὶ εὐθαλής. ‖ † Πάντας δὲ ὡς ἁβρότατά τε καὶ ἅμα εἰς ἔκπληξιν κατὰ πλοῦτον, τῷ γε δὴ πλοῦτον θαυμάζοντι, ἐσταλμένους.

Ἄβρος, παροξυτόνως. ἔθνος πρὸς τῷ Ἀδρίᾳ.

Ἁβροσύνη. φαιδρότης.

Ἁβροτάζω. ἁμαρτάνω.

Ἁβρότερον. Ἀλλ' ἁβρότερον αὐτῶν εἶχον, καὶ Συβάριδος μεστοὶ ἦσαν.

Ἁβρότη. ἡ νύξ. παρὰ τὸ ἐστερῆσθαι βροτῶν.

Ἁβροτήμων. ἁμαρτωλός.

---

1. *πεπηγώς τε καὶ διηρθρωμένος*] Proprie, *temperantiae affixus et ei firmiter iunctus*. *Διαρθροῦσθαι* enim apud medicorum filios dicitur de articulatione et iunctura partium corporis humani, et *ὀστᾶ διηρθρωμένα* Galenus vocat ossa in corpore humano sibi invicem iuncta et cohaerentia. *Küst.* I. e. firmus et propemodum quadratus. 3. *κανόνα* e binis Pariss. revocavit Küsterus, cum legeretur *κώνα*. 10. *ἁβροδιαίτη* vulg. improbante Schweighäus. Opusc. II. p. 199. Vocem adhuc repertam in inscriptione Aeliani V. H. XII, 24. reddebat Alciphronis I, 22. Iacobs. in Anthol. T. XII. p. 105. Eodem spectat Lex. Seg. p. 322. *ἁβροδιαίτῃ, τρυφερᾷ ζωῇ καὶ ἁπαλῇ. ἁβροδίαιτος, τρυφητής, τρυφερόβιος.* 11. Verba Menandri Exc. Legg. p. 312. 12. Suspicor scribendum *ἄλλως τε καί*. 16. Ex Harpocratione. 19. Ex Antipatri Sid. Ep. LIX, 3—5. *κῦμα* vett. edd. scripturam, quam Iacobsius Anth. Pal. p. 197. in tali poeta ferebat, correxit Küst. 23. *Ὁ θορυβώδης*] Hesychius contra, *χωρὶς βρόμου ἢ ἄνευ θορύβου*. Etymologus tamen cum Suida consentit. *Peare.* Spectat II. *ν'*. 41.

1. *Ἡροδότῳ* I, 71. IV, 104. 3. *ἐν Ἐπιγράμματι* Pauli Silent. XLVIII, 7. 6. Fragmentum politissimum redit sub v. *Ἀναδούμενος*. 7. *Δελυγισμένος*] Similia quaedam Spanh. in Arist. Ran. 788. Nota permutatione Basil. et Genev. *λελογισμένος*. 9. Legendum *μυροσταγὲς* ex v. *Ἀναδούμενος*. 13. *καινότερος*, quod Küst. suspectum habet, etiam Zonaras p. 7. et Anecd. Bekk. p. 322. Vere *καὶ νεοτερός* Markl. in Lys. p. 376. et Toup. I. p. 12. qui locum integriorem v. *Ἐρύθημα* indicavit. Dubites tamen de particula *καί*, quae haud scio an vocem *καταγνοτερὸς* iuvaut. 15. *Κατὰ πλοῦτον* puto esse supervacaneum, praesertim cum tribus vocibus interiectis *πλοῦτον* iteretur. *Küst.* 17. E Steph. Byz. legendum *Ἄβροι*. 20. *Ἀλλ'* — *ἦσαν* (Zonar. p. 10.) e Philostr. V. Apoll. IV, 27. petita monuit Toup. I. p. 13. 22. *Ἁβρότη* Il. *ξ*. 78.

---

deditissimus, suisque numeris absolutus, quique bellum implacabile cum pecunia gereret. Certe quod ad divitias attinet, nihil a gregariis militibus differebat; eandemque ob causam Theodosio Augusto videbatur utilis, quippe qui ad Valentiniani mores virtutes et iustum suum quoque adiungeret pondus, tanquam rectam et accuratam regiae normam, ne quid in aula peccaretur, vel res eius detrimenti quicquam caperent. *Ἁβροδίαιτα*. Mollis et delicata vita. Et *ἁβροδίαιτος*, delicatus, molliter vivens. *Romani vero non sequuntur vitam delicatam, cum praesertim sint bellicosi et laborum patientes.* Significat etiam *ἁβροδίαιτος* eum, qui more divitum vivit. Et *ἁβρότητι*, mollitie, deliciis. *Ἁβροκόμας*. Habrocomas. hic satrapa fuit Artaxerxis Persarum Regis. *Ἁβρόμιος*. Abstemius. *Si pernicioso aestum ignis effugero, per centum dies roscidis bibam ex fontibus abstemius vinique expers*: verba Epigrammatis. *Ἄβρομος*. Tumultuosus. *Ἁβρόν*. Apud Herodotum significat pulchrum, arrogans, gravitatem prae se ferens, delicatum. *Ἁβρός*. Splendidus, mollis, delicatus. In Epigrammate: *Suaviter stridens supra citharam sedebat cicada.* † *Verumtamen ille mollis, delicatus, mollitie corporis fractus et distortus, quique vittis comam redimiret, ut lasciviores meretriculae, et faciem cincinnosque mollibus unguentis delibutos haberet, auro ex communibus calamitatibus collecto, quantum sufficeret ad expiendum vel illum fabulis celebrem Midam, ad Regem delapsus est.* *Ἁβρὸς λειμών*. Et roscidus et floridus. † *Omnes autem splendidissime et ad admirationem usque, saltem illius, qui divitem cultum miratur, vestitos.* *Ἄβρος*. Habri, cum accentu in priore syllaba, gens iuxta Hadriam. *Ἁβροσύνη*. Nitor. *Ἁβροτάζω*. Aberro. *Ἁβρότερον*. *Sed deliciis illos superabant, et Sybaride pleni erant.* *Ἁβρότη*. Nox, sic dicta, quod careat hominibus. *Ἁβροτήμων*. Peccator.

Ἄβροτον. ἄψυχον, ἀναίσθητον.

Ἀβρότονον. εἶδος βοτάνης θαμνώδους. ἔστι δὲ πικρότατον, θερμαῖνον καὶ ξηραῖνον κατὰ τὴν τρίτην ἀπόστασιν, διαφορικῆς τε καὶ τμητικῆς ὑπάρχον δυνάμεως. ἀνατριβόμενον δὲ σὺν ἐλαίῳ δι' ὅλου τοῦ σώματος τὰ κατὰ περίοδον ῥίγη ὑγιάζει, καὶ τὸ κεκαυμένον μᾶλλον τοῦ ἀκαύστου ἀλωπικίας ἰᾶται, σύν τινι τῶν λεπτομερῶν ἐλαίων.

Ἀβροχίτων. τρυφερὰ φορῶν.

Ἄβρων. Φρὺξ ἢ Ῥόδιος, Γραμματικός, μαθητὴς Τρύφωνος, σοφιστεύσας ἐν Ῥώμῃ, γεγονὼς δὲ ἐκ δούλων, ὥς φησιν Ἕρμιππος.

Ἄβρωνος βίος. ἐπὶ τῶν πολυτελῶν. Ἄβρων γὰρ παρ' Ἀργείοις ἐγένετο πλούσιος. ἢ καὶ ἀπὸ τοῦ ἁβροῦ. Καὶ Ἀβρώνειος.

Ἀβρύνεται. κοσμεῖται, θρύπτεται, καυχᾶται.

Ἀβυδηνὸν ἐπιφόρημα. Ὅταν ἀκαίρως ἐπιφανέντος τινὸς ἀηδία τις ᾖ, εἰώθαμεν λέγειν, Ἀβυδηνὸν ἐπιφόρημα· διὰ τὸ τοὺς Ἀβυδηνούς, ὅταν τινὰ τῶν πολιτῶν ἢ ξένων ἑστιῶσι, μετὰ τὸ μύρον καὶ τοὺς στεφάνους, τὰ παιδία περιφέρειν φιληθησόμενα, τῶν τε τιθηνῶν θορυβουσῶν τῶν τε παιδίων κεκραγότων ἐνοχλεῖσθαι τοὺς παρόντας. ἀφ' οὗ εἴθισται λέγειν τὸ προκείμενον.

Ἄβυδος. πόλις. ἐπὶ συκοφάντου τάττεται ἡ λέξις, διὰ τὸ δοκεῖν συκοφάντας εἶναι τοὺς Ἀβυδηνούς. καὶ ἐπίῤῥημα Ἀβυδόθι, ἐν Ἀβύδῳ. Καὶ Ἄβυδον, φλυαρίαν τὴν πολλήν. καὶ Ἀβυδηνός, ὁ ἀπὸ Ἀβύδου.

Ἀβυδών, Ἀβυδῶνος. χωρίον Μακεδονίας, ὡς Στράβων.

Τηλόθεν ἐξ Ἀβυδῶνος, ἀπ' Ἀξιοῦ εὐρὺ ῥέοντος.

Ἀβύρβηλον. ἀναίσχυντον, ἀπεχθές. καὶ Ἀβύρβηλος, ὁ πολύς, ὁ μέγας, ἢ ὁ κατακορής. Λέγεται δὲ καὶ Ἀβέρβηλος, ὡς καὶ πρὸ ὀλίγου γέγραπται, ἃ ἀκατάστατος.

Ἀβυρτάκη. ὑπότριμμα βαρβαρικόν, κατασκευαζόμενον διὰ πράσων καὶ καρδάμων καὶ ῥοιᾶς κόκκων, καὶ ἑτέρων τοιούτων· ὁριμὺ δηλονότι. Θεόπομπος Θησεῖ·

Ἥξει δὲ Μήδων γαῖαν, ἔνθα καρδάμων
πλείστων ποιεῖται καὶ πράσων ἀβυρτάκη.

ἔστι δὲ καὶ ἐν Κεκρυφάλῳ Μενάνδρου τοὔνομα.

Ἄβυσσος. ἣν οὐδὲ βυθὸς χωρῆσαι δύναται. Ἴωνες δὲ τὸν βυθὸν βυσσὸν φασιν, ὅθεν δοκεῖ λέγεσθαι καὶ βυσσοδομεύειν. παρὰ τὸ δύνω, τὸ ὑπέρχομαι, κατὰ τροπὴν βύω, βίσω, βέβυσμαι, βυσσός, καὶ ἄβυσσος, οὗ οὐδεὶς εἰσέρχεται διὰ τὸ βάθος. Ἀριστοφάνης Βατράχοις·

---

1. Sic Zonar. p. 10. *Ἄψυχον, ἀσθενές* Bekk. Anecd. p. 322. 2. Sumpta haec e Pauli Aeginetae III, 7. Pearsonus ad marginem Suidae observavit. Nihil fere dissentit Zonaras p. 11. „Eadem autem desunt in MSS. Paris., ut fere omnia alia loca, quae in vulgatis Edd. Suidae ex illo scriptore translata hodie legantur." *Küst.* 10. *Eudocia* p. 62. et Zonaras p. 7. Praestat *Ἄβρων*. 12. *ἐκ δούλου* Zon. codd. aliquot, i. e. libertinus. *Ἕρμιππος*, nimirum Berytius. 13. *τῶν* om. vulg., item 15. *τοῦ*. Consentiunt Zenob. Prov. I, 4. et liber Marcianus Harpocrationis p. 1. Legendum *Ἄβρωνος*, atque hoc dictum similibus quibusdam ap. Hesych. v. *Ναίσων* addendum. 16. Aeschyl. Agam. 1206. 17. Vide de hoc proverbio Zenobium et Diogenianum; item Athen. XIV. p. 641. A. et ibi Casaub. *Küst.* Usi sunt scriptores quidam aevi Byzantini, velut Theodorus Metochita. 22. L. *τῶν δέ*. Cf. Arsenii Viol. p. 14. ubi leg. vocibus transpositis *κεκραγότων δὲ . . . θορύβου γενομένου τῶν τιθῶν*.

1. 2. Bekk. Anecd. p. 215. Zonar. p. 6. Attigit haec Eustath. in Dionys. 513. et Il. *β'*. p. 376. qui hausit e Steph. v. *Ἄβεδοι*. 3. Iungebantur *Ἄβυδον φλυαρίαν*: sed v. Bekk. Anecd. p. 322. extr. 5. E Steph. Byz. v. 6. *Στράβων* Excerptis l. VII, 9. 7. In Il. *β'*. 849. *Ἀμιδῶνος*. 10. *δι* aberat vulg. 15. *Θεόπομπος*] Afferunt Bekk. Anecd. p. 323. et ex Aelio Dionysio Eustath. in Odyss. *ι'*. p. 1854, 18. 16. Ex Anecd. leg. *ἥξῃ* sive *ἥξει*. 18. *καὶ* om. vulg. 19. *ἄβυσσος — φασιν* e Schol. Arist. Ran. 138. 21. *παρὰ — βάθος*: paulo plenius expressa dant Etym. M. v. et Zonar. p. 8. unde sumpsi *βύσω* pro *βύσσω*: restituendum etiam *καὶ* et *βέβυσται* ante *κατὰ* et *βυσσός*. 24. *Βατράχοις* v. 137.

Ἄβροτον. Inanimum, sensu carens. *Ἀβρότονον*. Abrotonum, genus herbae fruticosae, est autem amarissimum, calefaciens et siccans in tertio gradu, discutiendi et incidendi vim habens. Tritum vero mixtumque cum oleo periodicos algores per totum corpus sanat, et quidem ustum magis quam non ustum alopeciis medetur, si adhibeatur cum olei parte tenuiori naturae. *Ἀβροχίτων*. Molles sive pretiosas vestes gestans. *Ἄβρων*. Abro, Phryx aut Rhodius, grammaticus, Tryphonis discipulus, Romae litteras professus, e servitute manumissus, ut ait Hermippus. *Ἄβρωνος βίος*: De sumptuosis dicitur: apud Argivos enim Abro quidam dives fuit. Vel petitum est a delicis. Dicitur etiam *Ἀβρώνειος*. *Ἀβρύνεται*. Ornatur, delicis indulget, gloriatur. *Ἀβυδηνὸν ἐπιφόρημα*. Abydena bellaria. Cum ex alicuius intempestivo interventu molestia aliqua nobis oboritur, dicere consuevimus, *Abydena bellaria*. Nam Abydeni, cum aliquem civem aut peregrinum excipiunt convivio, post unguentum et coronas illatas, pueros osculandos circumferunt. nutricibus vero tumultuantibus et pueris vociferantibus praesentes molestia afficiuntur: unde proverbium hoc originem duxit. *Ἄβυδος*. Urbs. Hoc vocabulum pro Sycophanta ponitur, quod Abydeni tales esse crederentur. Et adverbium *Ἀβυδόθι*, Abydi. Et Abydum magnam dicunt nugacitatem. Et Abydenus, qui est ex urbe Abydo. *Ἀβυδών*. Locus Macedoniae, auctore Strabone. *Procul ex Abydone, ab Axio late fluente.* *Ἀβύρβηλον*. Impudens, invisum. Et *Ἀβύρβηλος*, multus, magnus, satietatem afferens. *Ἀβέρβηλος* etiam, ut paulo ante dictum est, instabilis vocatur. *Ἀβυρτάκη*. Barbaricum est intritum, confectum e porris, nasturtio et mali punici granis aliisque huiusmodi: nimirum acre. Theopompus *Theseo: Iam venies in Medorum terram, ubi plurimis e nasturtiis et porris abyrtace conficitur.* Idem nomen in Menandri *Cecryphalo* quoque legitur. *Ἄβυσσος*. Quam ne profundum quidem capere potest Iones enim pro eo quod est *βυθός* dicunt *βυσσός*, unde etiam dictum videtur *βυσσοδομεύειν*. Repetitur a *δύνω*, id est subeo; unde mutatione litterae fit *βύω*, *βύσω*, *βέβυσμαι*, *βυσσός* et *ἄβυσσος*, quo nemo propter altitudinem penetrat. Aristophanes *Ranis*;

Εὐθὺς γὰρ ἐπὶ λίμνην ἥξεις μεγάλην πάνυ ἄβυσσον.

καὶ οὐδετέρως φησὶν ὁ αὐτός· Ἕως ἂν ᾖ τὸ ἀργύριον τὸ ἄβυσσον παρὰ τῇ θεῷ, οὐκ εἰρηνεύσουσιν. ἐν γὰρ τῇ ἀκροπόλει χίλια τάλαντα ἀπέκειτο.

Ἄβυσσον καλεῖ τὴν ὑγρὰν οὐσίαν ἡ θεία γραφή. ἐπεὶ γοῦν ἡ γῆ πανταχόθεν ὕδασι περιέχεται, μεγάλοις καὶ μικροῖς πελάγεσιν, εἰκότως ἄβυσσον περιβόλαιον αὐτῆς εἴρηκεν ὁ Δαβίδ. Καί, Ἄβυσσος ἄβυσσον ἐπικαλεῖται, ὁ αὐτὸς προφήτης φησίν· τὰ στρατιωτικὰ λέγων τάγματα καὶ τὴν τοῦ πλήθους ὑπερβολὴν τροπικῶς. Ὡς ἐν ἀβύσσῳ τινὶ ὑποβρύχιος ἐγενόμην. Ἄβυσσος οὖν ὑάτων πλῆθος πολύ.

Ἄβυσσος. Ἱερὸν ἦν τῆς Περσεφόνης, πολὺν χρυσὸν ἐκ παντὸς τοῦ χρόνου πεφυλαγμένον ἄθικτον ἔχον. ἐν ᾧ χρυσός τις ἄβυσσος, ἀόρατος τοῖς πολλοῖς κατὰ γῆς κεκρυμμένος.

Ἀγάγης. αὐθυπόστακτον. καὶ ἀγάγωμεν.

Ἀγάζω. γενικῇ.

Ἀγαθά. ἐπὶ τῶν πρὸς ἀπόλαυσιν καὶ εὐωχίαν σιτίων καὶ ποτῶν ἐχρήσατο Ξενοφῶν τῇ λέξει. Καί, Ἀγαθὰ Κιλίκων, λείπει τὸ ἔχει. Κιλίκων δὲ ὄνομα κύριον. εὔπορος δὲ ἦν.

Ἀγάθαρχος. ὄνομα κύριον. ἦν δὲ ζωγράφος ἐπιφανής, Εὐδήμου υἱός, τὸ δὲ γένος Σάμιος.

Ἀγαθὴ καὶ μάζα μετ' ἄρτον. ἐπὶ τῶν τὰ δευτερεῖα διδόντων ἢ αἱρουμένων.

Ἀγαθῆς Τύχης νεώς. οὐκ ἄδηλον τὸ σημαινόμενον.

Ἀγαθίας. Σχολαστικός, Μυριναῖος, ὁ γράψας τὴν μετὰ Προκόπιον ἱστορίαν τὸν Καισαρέα, [τὰ κατὰ Βελισάριον καὶ τὰς ἐν Ἰταλίᾳ καὶ ἐν Λιβύῃ πράξεις] τουτέστι, τὰ κατὰ Ναρσῆν ἐν Ἰταλίᾳ, καὶ τὰ ἐν Λαζικῇ καὶ Βυζαντίῳ. Οὗτος συνέταξε καὶ ἕτερα βιβλία, ἔμμετρά τε καὶ καταλογάδην· τά τε καλούμενα Δαφνιακά, καὶ τὸν Κύκλον τῶν νέων Ἐπιγραμμάτων, ὧν αὐτὸς συνῆξεν ἐκ τῶν κατὰ καιρὸν ποιητῶν. συνήκμασε δὲ Παύλῳ τῷ Σιλεντιαρίῳ καὶ Μακεδονίῳ τῷ ὑπάτῳ καὶ Τριβουνιανῷ, ἐπὶ τῶν Ἰουστινιανοῦ χρόνων.

Ἀγαθικά. τὰ σπουδαῖα.

---

1. ἥξεις μεγάλην invertenda. 3. 4. Commiscuit Suidas orationem Aristoph. Lysistr. 174. cum explicationibus Scholiorum. 6. Ἄβυσσον καλεῖ] E Theodoreto in Psalmum CIII, 6. sumpta, multis immutatis, eaque repetita sub v. περιβόλαιον: item quae sequuntur, Καί, Ἄβυσσος ἄβυσσον ἐπικαλεῖται κτλ. eidem Theodor. in Psalm. XLI, 8. deberi Pearsonus observaverat. 8. μακροῖς Ernesti Gloss. Suid. p. 5. πελάγεσσι vulg. 15. Ἱερὸν — κεκρυμμένος (Exc. Legg. et Suid. v. Πύθος κείμενος) Dionys. Exc. A. R. T. IV. p. 2362. Rsk. Cf. v. Πύθος, unde meliorem petes scripturam. 20. Bekk. Anecd. p. 121, 30. 21. ἐπὶ — λέξει ibid. p. 324, 3. Dixerunt de hoc significatu Küst. in Arist. Ach. 873. Coraës in Isocr. p. 113. alique. Ceterum attigit hunc locum Wakefieldus Silv. Crit. III. p. 118.

1. Ξενοφῶν, ut Anab. IV, 4, 9. 2. Cf. v. Κιλίκων et Paroemiographi. 4. Ex Harpocratione. 6. Parum nos iuvant Proverbiorum scriptores, nisi quod Diogenianus I, 4. τὰ ὕστερά τισι διδόντων. 8. Cf. Harpocratio; cuius libri Paris. et Palatinus cum Suida faciunt. 10. Ἀγαθίας — χρόνων pleraque cum Eudocia p. 59. sq. Μυρναῖος] In prioribus Edd. [et Eud.] male legitur Σμυρναῖος, pro quo in uno Paris. scriptum inveni Σμυρηναῖος, in duobus aliis vero Μυρηναῖος, quae, si η in ι mutes, vera lectio est. Patriam enim Agathiae fuisse Myrinam, urbem Aeolidis in Asia, ipse de se in Praefat. Historiae suae expresse testatur, his verbis: Ἐμοὶ Ἀγαθίας μὲν ὄνομα, Μυρίνη δὲ πατρίς. — In Codice etiam Vaticano pro Σμυρναῖος recte legi Μυρναῖος Pearsonus ad hunc locum annotavit. Küst. 12. Conicit Küst. τὸν τὰ κατὰ Β. — πράξεις συντάξαντα: ego vanum additamentum uncis inclusi. 17. Non assentior Hasio in Leon. Diac. p. 250. haec, ὧν (vel ὃν) αὐτὸς συνῆξεν ἐκ τῶν κατὰ καιρὸν ποιητῶν, interpretanti: quae ipse collegit ex poetis, qui singulis aetatibus floruerunt. 18. δὲ] καὶ vulg. 19. τῷ ὑπάτῳ, id est Epigrammatum scriptori: v. Iacobs. in Anthol. T. XIII. p. 913. 21. Bekk. Anecd. p. 324. sive Zonar. p. 31. Vocis Lexicographis nostris spretae auctoritatem requiro.

Statim enim ad paludem magnam venies, et valde profundam. Idem etiam neutro genere dixit: *Quamdiu immensa illa pecunia apud Deam recondita erit, pacem repudiabunt.* Quippe in arce mille talenta reposita erant. *Ἄβυσσον καλεῖ.* Abyssum Sacra Scriptura vocat substantiam aquae. Nimirum quia terra undique circumdatur aquis, tam magnis quam parvis maribus, iure David abyssum vocavit terrae amictum. Idem Propheta, *Abyssus*, inquit, *abyssum invocat*: exercitus militum et ingentem multitudinem figura vocans. *Velut abysso quadam submersus eram.* Abyssus igitur aquarum magna copia vocatur. *Ἄβυσσος.* *Aedes fuit Proserpinae, in qua multum auri ab omni aere infectum servabatur; ubi vis erat auri immensa, vulgo nunquam visa, et sub terra abscondita.* *Ἀγάγης.* De genere αὐθυποστάκτων. Item ἀγάγωμεν. *Ἀγάζω.* Admiror, aptum genitivo. *Ἀγαθά.* Xenophon hac voce usus est de cibi potusque lautitiis et apparatu convivali. Et, *Ἀγαθὰ Κιλίκων*, deest, habet. Cilico vero nomen proprium viri divitis. *Ἀγάθαρχος.* Nomen proprium. Erat pictor insignis, Eudemi filius, genere Samius. *Ἀγαθὴ καὶ μάζα μετ' ἄρτον.* Post panem ne puls quidem spernenda. De iis dictum, qui partes secundarias aut tribuunt aut assumunt. *Ἀγαθῆς Τύχης νεώς.* Bonae Fortunae templum. Hoc quid significet, haud obscurum est. *Ἀγαθίας.* Agathias, Scholasticus, Myrinaeus; qui historiam scripsit, initio inde sumpto, ubi desiit Procopius Caesarcensis [qui res a Belisario gestas ac bella in Italia et Libya litteris mandavit], id est, res Narsetis in Italia, item ea quae in Laxica et ad Byzantium acciderant. Idem etiam alios libros ligata solutaque oratione composuit: id est *Daphniaca* quae vocantur, et Corpus novorum Epigrammatum, quae ipse e suppariibus poetis collegit. Floruit autem eodem tempore, quo Paulus Silentiarius, Macedonius Consul, et Tribonianus, aetate Iustiniani. *Ἀγαθικά.* Praestabilia.

Ἀγαθοεργία. Δαμάσκιος· Ὡς δὲ ἐνί λόγῳ τὸ πᾶν συλλαβεῖν, ὅπερ ἔφη ὁ Πυθαγόρας, ὁμοιότητα ἔχειν τῷ θεῷ τὸν ἄνθρωπον, τοῦτο σαφῶς ἐπὶ τῶν ἔργων αὐτὸς ἐπεδείκνυτο τὴν ἀγαθοεργὸν προθυμίαν καὶ τὴν ἐς πάντας ἐπεκτεινομένην εὐεργεσίαν· μάλιστα μὲν τὴν ἀναγωγὸν τῶν ψυχῶν ἀπὸ τῆς κάτω βριθούσης παντοίας κακίας, ἔπειτα καὶ τὴν σωτήριον τῶν σωμάτων ἐκ τῆς ἀδίκου ἢ ἀνοσίου ταλαιπωρίας, τὸ δ' αὖ τρίτον ἐπεμελεῖτο καὶ ἔξω πραγμάτων, ὅση δύναμις.

Ἀγαθοεργοί. αἱρετοὶ κατ' ἀνδραγαθίαν ἐκ τῶν ἱππέων ὑπ' Ἐφόρων.

Ἀγαθοθέλεια. ἡ τῶν ἀγαθῶν ἐκλογή. Οὐκ ἀρκεῖ τοῖς πράγμασιν ἡ ἀγαθοθέλεια μόνον, ἀλλὰ δεῖ καὶ ῥώμης καὶ ἐπιστρεφείας.

Ἀγαθοῦ Δαίμονος. Ἦθος εἶχον οἱ παλαιοὶ μετὰ τὸ δεῖπνον πίνειν Ἀγαθοῦ Δαίμονος, ἐπιῤῥοφοῦντες ἄκρατον, καὶ τοῦτο λέγειν Ἀγαθοῦ Δαίμονος· χωρίζεσθαι δὲ μέλλοντες, Διὸς Σωτῆρος. Καὶ ἡμέραν δὲ τὴν δευτέραν τοῦ μηνὸς οὕτως ἐκάλουν. Καὶ ἐν Θήβαις δὲ ἦν Ἡρῷον Ἀγαθοῦ Δαίμονος.

Ὅτι περὶ τἀγαθοῦ βιβλίον συντάξας Ἀριστοτέλης τὰς ἀγράφους τοῦ Πλάτωνος δόξας ἐν αὐτῷ κατατάττει. καὶ μέμνηται τοῦ συντάγματος Ἀριστοτέλης ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Ψυχῆς, ἐπονομάζων αὐτὸ περὶ Φιλοσοφίας.

Ἀγαθῶν ἀγαθῖδες. τάττεται ἡ παροιμία παρὰ τοῖς Κωμικοῖς ἐπὶ τῶν πολλῶν ἀγαθῶν. καὶ ἀγαθῶν θάλασσα, ἐπὶ πλήθους ἀγαθῶν· καὶ ἀγαθῶν μυρμηκιά, ἐπὶ πλήθους εὐδαιμονίας· καὶ ἀγαθῶν σωρός, ἐπὶ πλήθους ἀγαθῶν καὶ πολλῆς εὐδαιμονίας.

Ἀγάθων. ὄνομα κύριον. ἦν δὲ Τραγικός, διεβέβλητο δὲ ἐπὶ μαλακίᾳ. Ἀριστοφάνης·

Ἀγάθων ποῦ ἔστιν; ἀπολιπών μ' ἀποίχεται.
Ποῖ γῆς ὁ τλήμων; ἐς μακάρων εὐωχίαν.

Οὗτος ὁ Ἀγάθων ἀγαθὸς ἦν τὸν τρόπον, ποθεινὸς τοῖς φίλοις, καὶ τὴν τράπεζαν λαμπρός. Φασὶ δὲ ὅτι καὶ Πλάτωνος Συμπόσιον ἐν ἑστιάσει αὐτοῦ γέγραπται, πολλῶν ἅμα φιλοσόφων παραγενόντων. Κωμῳδοποιὸς Σωκράτους διδασκάλου. ἐκωμῳδεῖτο δὲ εἰς θηλύτητα.

---

1. Δαμάσκιος] Hoc fragmentum procul dubio depromptum est ex Vita Isidori Philosophi, a Damascio olim conscripta, ex qua Photius Cod. CCXLII. excerpta satis prolixa nobis conservavit. In illis Excerptis multa hodieque leguntur loca, quae Suidas sub Damascii nomine passim adducit; sed sunt et alia haud pauciora (inter quae etiam hoc fragmentum est), quae in Photio non reperias: unde dubium non est Suidam integra Vita Isidori usum fuisse. Küst. Hoc quidem etiam in v. Ἀναλκις monuerat. Neque vero persuadet, praesertim turbas v. πολυήκοος intuenti. 6. τὴν ἀναγωγὸν τῶν ψυχῶν] Haec philosophiam Platonicam sapiunt, secundum quam nonnullae animae, postquam e loco superiore in corpora descendissent, amore crassioris et immundae materiae captae omnibus vitiis sese polluebant, deorsumque semper vergentes ad coelestia nunquam respiciebant. Hae igitur animae, si ab illa ὑλικῇ προσπαθείᾳ liberarentur, et a labe quam contraxerant ope virtutum purgarentur, dicebantur ἀνάγεσθαι ἀπὸ τῆς κάτω βριθούσης παντοίας κακίας, ut Damascii verbis utar. Hinc patet, quare μετάνοια ab illis vocaretur φάρμακον ἀναγωγικὸν καὶ σωτήριον: quoniam nimirum notitia peccati et poenitentia vitae prioris male actae primus ad salutem gradus est. Vide Nicephorum in Scholiis ad Synesium p. 384. Küst. Cf. Iacobs. in Anthol. T. IX. p. 280. Wyttenb. in Eunap. p. 243. sq. coll. eiusdem Ep. crit. p. 48. 8. L. καὶ ἀνοσίου. 11. Sic Leid. ap. Ruhnk. in Tim. p. 4. Küsterus ἐκ τῶν ἱππέων vel ὑπ' Ἐφόρων coniecerat. Edd. ἐκ τῶν ἐφόρων, mediis omissis. 16. V. Piers. in Moer. p. 72. coll. v. Ἄκρατος. 18. καὶ τοῦτο λέγειν Ἀγαθοῦ Δαίμονος] In edd. vett. haec subiciuntur: ἄλλοι δέ φασι τὸ πρῶτον ποτήριον οὕτω λέγεσθαι: quae cum non solum seriem orationis interrumperent, sed etiam MSS. deessent, tanquam Scholium e textu eliciendum putavit Küst. 20. Peculiaris esse videtur ista memoria secundi cuiusque diei: nam fanum Thebanum illud esse videtur, quod Lebadeae reppererat Pausanias IX, 39, 5.

1. V. Brandis. de perditis Arist. libris de Ideis et de Bono p. 6. 3. Ἀριστοτέλης ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Ψυχῆς] cap. 2. 6. ἀγαθῶν ἀγαθίδες Phrynich. Segu. p. 9. Pollux VII, 31. Eust. in Dionys. 517. Boissou. Anecd. III. p. 12. Scribebatur ἀγαθίδις. Adde vv. Ἀντ' ἀγαθῶν ἀγαθίδες et Τὰ Ταντάλου. 7. ἀγαθῶν θάλασσα cum seqq. habet Zenob. I, 9 — 11. praeter alios paroemiographos: cf. v. Πόντος et Arsenii Viol. p. 12. 8. ἀγαθῶν μυρμηκιά Eust. in Il. α'. p. 77, 11. Eudocia p. 298. 13. Ἀριστοφάνης Ran. 83. 85. ubi v. Scholia, quae Suidas descripsit. 17. 18. Oratio concisa, cuius exemplum simile praestat Harpocr. v. Ἴων: ἀναγράφουσι δὲ ἐν αὐτῷ τάδε. 20. Vetus mendum Κωμῳδοποιός, etiam Schol. commune: τραγῳδοποιός malebat Küst. Sine suspicione haec accipit Perizonius in Ael. V. H. II, 21. XIII, 4. quem sequitur Bosius Animadv. ad Scr. Gr. p. 8.

Ἀγαθοεργία. Beneficentia. Damascius. *Ut autem uno verbo rem omnem complectar, quod Pythagoras dixit, hominem habere quandam cum Deo similitudinem, ad eandem rationem factis perspicue demonstravit promptam benefaciendi voluntatem et prolixam ad omnes benignitatem, potissimum eam qua animus vitiis praegravantibus et deorsum trahentibus ad coelestia revocatur, deinde eam qua corpora ab iniusta et impia servitute liberantur; tertio vero loco externarum quoque rerum pro virili curam gerebat.* Ἀγαθοεργοί. Agathoergi: ob fortitudinem ab Ephoris ex equitibus delecti. Ἀγαθοθέλεια. Bonorum electio. *Non sufficit ad res gerendas honesta voluntas, sed viribus etiam opus est et solertia.* Ἀγαθοῦ Δαίμονος. Boni Dei. Moris erat apud antiquos, a coena Boni Dei poculum bibere, merum sorbentes, atque hoc *Boni Dei* poculum vocare; cum autem essent discessuri, Iovis Servatoris bibere. Porro cuiusque mensis diem secundum sic appellabant. Fuit etiam Thebis fanum Boni Genii. Aristoteles librum *de Bono* composuit, in quem Platonis sententias scriptis non mandatas retulit. Meminit huius operis idem Aristoteles libro primo *de Anima*, idque *De Philosophia* vocat. Ἀγαθῶν ἀγαθῖδες. Bonorum gloml, proverbium Comicis tritum de copia bonorum. Et Ἀγαθῶν θάλασσα, mare bonorum, de copia bonorum. Et, Ἀγαθῶν μυρμηκιά, bonorum myrmecia, de magna felicitate. Et, Ἀγαθῶν σωρός, bonorum cumulus: de bonorum copia et multa felicitate dictum. Ἀγάθων. Nomen proprium. Erat autem Tragicus, et ob mollitiem infamis. Aristophanes: *Agatho ubi est? Me derelicto abiit. Quo terrarum ille miser abiit? Ad beatorum convivium.* Hic Agatho bonis moribus erat praeditus, carus amicis, et in victu splendidus. Ferunt autem Symposium in Agathonis convivio peractum a Platone scriptum fuisse, multis simul philosophis eo adductis. Fuit idem Comoediarum scriptor, et Socratis discipulus, is ob vitam effeminatam a Comicis perstringebatur.

Ἀγαθώνειος αὔλησις. ἡ μαλακὴ καὶ ἐκλελυμένη· ἢ ἡ μήτε χαλαρὰ μήτε πικρά, ἀλλ' εὔκρατος καὶ ἡδίστη.

Ἀγαθώνιος, ὄνομα κύριον. ὃς ἐβασίλευσε τῆς Ταρτησσοῦ.

Ἀγαθοὶ δ' ἀριδάκρυες ἄνδρες. ἐπὶ τῶν σφόδρα πρὸς ἔλεον ῥεπόντων.

Ἀγαθοκλῆς. οὗτος ἐγένετο τύραννος, καὶ ὥς φησι Τίμαιος, κατὰ τὴν πρώτην ἡλικίαν κοινὸς πόρνος, ἕτοιμος τοῖς ἀκρατεστάτοις, κολοιός, τριόρχης, πάντων τῶν βουλομένων τοῖς ὄπισθεν ἔμπροσθεν γενόμενος. ὃς ὅτε ἀπέθανε, τὴν γυναῖκά φησι κατακλαιομένην αὐτὸν οὕτω θρηνεῖν· Τί δ' οὐκ ἐγὼ σέ; τί δ' οὐκ ἐμὲ σύ; Ὅτι δὲ ἐκ φύσεως ἀνάγκη μεγάλα προτερήματα γεγονέναι περὶ τὸν Ἀγαθοκλέα τοῦτον δῆλον. εἰς γὰρ τὰς Συρακούσας παρεγενήθη φεύγων τὸν τροχόν, τὸν καπνόν, τὸν πηλόν, περί τε τὴν ἡλικίαν ὀκτωκαίδεκα ἔτη γεγονώς, καὶ μετά τινα χρόνον δρμηθεὶς ἀπὸ τοιαύτης ὑποθέσεως κύριος μὲν ἐγένετο πάσης Σικελίας, μεγίστοις δὲ κινδύνοις περιέστησε Καρχηδονίους. τέλος ἐγγηράσας τῇ δυναστείᾳ κατέστρεψε τὸν βίον, βασιλεὺς προσαγορευόμενος.

Ἀγαθόν. κοινῶς μὲν τὸ τί ὄφελος. ἰδίως δὲ ἤτοι ταὐτὸν ἢ οὐχ ἕτερον ὠφελείας· ὅθεν αὐτήν τε τὴν ἀρετὴν καὶ τὸ μετέχον αὐτῆς ἀγαθὸν τριχῶς λέγεσθαι. οἷον τὸ ἀγαθόν, ἀφ' οὗ συμβαίνει, ὡς τὴν πρᾶξιν καὶ τὴν ἀρετήν. ὑφ' οἷ δέ, ὡς τὸν σπουδαῖον τὸν μετέχοντα τῆς ἀρετῆς. Ἢ οὕτω· τὸ ἀγαθόν, τὸ τέλειον κατὰ φύσιν λογικοῦ ἢ ὡς λογικοῦ. τοιοῦτο δ' εἶναι τὴν ἀρετὴν ὡς μετέχοντάς τε πράξεις τὰς κατ' ἀρετὴν καὶ τὸ σπουδαίους εἶναι. ἐπιγεννήματα δὲ τήν τε χαρὰν καὶ τὴν εὐφροσύνην καὶ τὰ παραπλήσια. Ἔτι τῶν ἀγαθῶν τὰ μὲν εἶναι περὶ ψυχήν, τὰ δὲ ἐκτός, τὰ δὲ οὔτε περὶ ψυχὴν οὔτε ἐκτός. Τὰ μὲν περὶ ψυχὴν ἀρετὰς καὶ τὰς κατὰ ταύτας πράξεις, τὰ δὲ ἐκτὸς τό τε σπουδαίαν ἔχειν πατρίδα καὶ σπουδαῖον φίλον καὶ τὴν τούτων εὐδαιμονίαν, τὰ δὲ οὔτε ἐκτὸς οὔτε περὶ ψυχήν, τὸ αὐτὸν ἐν τῷ αὐτῷ εἶναι σπουδαῖον καὶ εὐδαίμονα. Ἔτι τῶν ἀγαθῶν τὰ μὲν εἶναι τελικά, τὰ δὲ ποιητικά, τὰ δὲ τελικὰ καὶ ποιητικά. τὸν μὲν οὖν φίλον καὶ τὰς ὑπ' αὐτοῦ προσγινομένας ὠφελείας ποιητικὰ εἶναι ἀγαθά· θάρσος δὲ καὶ φρόνημα καὶ ἐλευθερίαν καὶ τέρψιν καὶ εὐφροσύνην καὶ ἀλυπίαν καὶ πᾶσαν τὴν κατ' ἀρετὴν πρᾶξιν τελικά· ποιητικὰ δὲ καὶ τελικά, καθὸ μὲν

1. Hesychius: Ἀγαθώνιον αὔλησιν. τὴν μαλακήν. Cf. Arsenii Viol. p. 13. Spectat hoc abusum generis chromatici, quod ab Agathone ad tragoediam transductum narrat Plutarch. Qu. Symp. III, 1. Cf. v. Μύρμηξ. 4. Ἀγαθώνιος] Scribendum Ἀργανθώνιος dudum Portus monuerat. Iam etsi unus liber vitiosam vocem in Herod. I, 163. praebet, hanc tamen annotationem malo vel propter orationis colorem a Suida abiudicare. 6. Zenob. I, 14. βλεπόντων mendum Arsenii Viol. p. 15. 8. Ἀγαθοκλῆς] E Polyb. XII, 15. ducta. Principium fragmenti usque ad v. 18. extat in v. τριόρχης. 13. Indidem petii φησί: Edd. φασί. 16. παρεγενήθη Küst. cum tribus Paris., παρ' αἷς ἐγεννήθη Med. 21. μεγίστοις δὲ κινδύνοις περιέστησε Καρχηδονίους Polyb.

1. Ἀγαθόν — καὶ αἱρετόν Zenonis doctrina, maximam illa partem variis cum mendis et lacunis e Diog. Laert. VII, 94 — 98. descripta. 4. συμβαίνει supplendum ὠφελεῖσθαι. Item τὴν [σπουδαίαν] πρᾶξιν, quorum loco haud minus vitiose Diog. τὴν πρᾶξιν τὴν κατ' ἀρετήν. De hoc et praesertim de tertii membri defectu constat e Sexti Emp. adv. Math. XI, 22. sqq. sive Pyrrh. Hyp. III, 20. 21. 7. Delendum ἤ. 8. Edd. μετέχον τὰς vel μετέχοντας. Küsterus malebat e Diog. ὥςτε μετέχοντα, τάς τε — ἀρετὴν καὶ τοὺς σπουδαίους, εἶναι: quae dicendi ratio durissima foret. Equidem praefero: ὡς μετέχειν τὰς — τοὺς σπουδαίους. εἶναι δὲ ἴσην. 14. σπουδαῖον vulg. 16. τῷ om. vulg. αὐτὸν ἑαυτῷ Diog. Neutrum satis intelligo. 17. 18. Cf. Cic. Fin. III, 16. 19. ἀπ' αὐτοῦ l. cum Diog.

Ἀγαθώνειος αὔλησις. Agathonius tibiarum cantus: quippe mollis et dissolutus; vel neque mollis neque acerbus, sed bene temperatus ac suavissimus. Ἀγαθώνιος. Nomen proprium viri, qui Tartesi rex fuit. Ἀγαθοὶ δ' ἀριδάκρυες ἄνδρες. Boni viri facile lacrimantur. Dicitur hoc de iis, qui ad misericordiam valde sunt propensi. Ἀγαθοκλῆς. Agathocles. Hic fuit tyrannus, et, ut ait Timaeus, prima aetate publicum prostibulum, incontinentissimi cuiusque libidini expositus, gracilus, probe vasatus, qui sicut paedicare liberet, copiam sui praebuerit. Hic ubi mortuus esset, uxorem cum lamentantem haec verba dixisse tradit: Quid non ego tibi? quid non tu mihi? Atqui necesse fuisse, ut ingentibus a natura dotibus esset ornatus Agathocles, manifestum est. Syracusas enim venit, rotam figularem, fumum et lutum fugiens, et aetatis annum circiter duodevicesimum agens; et aliquanto post qui ab huiusmodi principiis esset profectus, totius Siciliae dominus est factus, Carthaginenses in maxima pericula adduxit, et tandem, cum in principio consenuisset, vitam finivit Rex appellatus. Ἀγαθόν. Bonum generaliter vocatur, cuius sit aliqua utilitas, proprie vero vel idem esse quod utilitas, vel non diversum ab utilitate. unde et ipsam virtutem et id, quod ipsius est particeps, bonum trifariam dici: velut boni, unde utilitas proficiscitur, exempla sint actio et virtus; eius autem quod ad utilitatem confert, vir bonus particeps virtutis. Vel ita: Bonum esse id, quod perfectum sit secundum naturam rationalis tanquam ratione praeditii. Huiusmodi vero esse virtutem, ut eius fiant participes cum actiones secundum virtutem, tum ipsi probi. eius autem emolumenta gaudium et laetitiam hisque similia esse. Praeterea bonorum partem animi, partem externa, alia neque animi neque externa. Animi quidem esse virtutes et quae secundum eas fiunt actiones. externa, ut praeclaram habere patriam, amicum probum, et comitem horum felicitatem. neque externa vero neque animi, ut si quis in sese sit vir bonus et felix. Porro esse bonorum alia ad finem ultimum pertinentia, alia autem efficientia, alia utrumque simul. amicum igitur et quae ex eo capiuntur utilitates esse bona efficientia. confidentiam vero, magnitudinem animi, libertatem, oblectationem, laetitiam, tranquillitatem et omnem virtutis actionem, bona ad finem pertinentia. sed efficientia simul et ad finem perti-

ποιοῦσι τὴν εὐδαιμονίαν, ποιητικά ἐστιν ἀγαθά, καθὸ δὲ συμπληροῦσιν αὐτά, ὥστε μέρη αὐτῆς γενέσθαι, τελικά, οἷον φίλος καὶ ἐλευθερία καὶ τέρψις. Ἔτι τῶν περὶ ψυχὴν ἀγαθῶν τὰ μέν εἰσιν ἕξεις, τὰ δὲ διαθέσεις, τὰ δὲ οὔτε ἕξεις οὔτε διαθέσεις. διαθέσεις μὲν αἱ ἀρεταί, ἕξεις δὲ τὰ ἐπιστηδεύματα, οὔτε δὲ ἕξεις οὔτε διαθέσεις αἱ ἐνέργειαι. Κοινῶς δὲ τῶν ἀγαθῶν μικρὰ μέν ἐστιν εὐτεχνία καὶ εὐγηρία, ἁπλοῦν δέ ἐστιν ἀγαθὸν ἐπιστήμη. καὶ ἀεὶ μὲν παρόντα αἱ ἀρεταί, οὐκ ἀεὶ δέ, οἷον χαρά, περιπάτησις. Πᾶν δὲ ἀγαθὸν λυσιτελὲς εἶναι καὶ συμφέρον καὶ δέον καὶ χρήσιμον καὶ εὔχρηστον καὶ καλὸν καὶ ὠφέλιμον καὶ δίκαιον καὶ αἱρετόν. Ἀγαθὸν δέ ἐστι τὸ πᾶσιν ἐφετόν. Καὶ ἔτι ἀγαθόν ἐστιν, εἰς ὃ πάντα ἀνήρτηται, αὐτὸ δὲ εἰς μηδέν.

Ἀγαθόν. ὁμώνυμός ἐστι φωνή. κατηγορεῖται δὲ τὰ δέκα γένη τοῦ ἀγαθοῦ, τουτέστιν αἱ ἰ κατηγορίαι. Καὶ τὸ μὲν Ποιεῖν, ἐπεί ἐστί τινα ἀγαθὰ ὡς ποιητικά. λέγεται γὰρ τὸ ἀγαθοῦ ποιητικόν, ἀγαθόν· οἷον τὸ ὑγιείας ποιητικὸν ἢ ἡδονῆς, καὶ ὅλως ὠφέλιμον. τὸ γὰρ ἐν τῷ ἐδέσματι ἀγαθόν, ὡς ποιητικὸν ἀγαθοῦ, ἀγαθόν. Τὸ δὲ Ποιὸν ὑπὸ τὴν τοῦ ποιοῦ κατηγορίαν. ποτὲ δὲ τὸ Ποιὸν ἐπὶ ψυχῆς, ὅταν γὰρ κατηγορήσωμεν τὸ ἀγαθὸν τῆς ψυχῆς, λέγοντες αὐτὴν ἀγαθήν, τὸ ποιὰν αὐτὴν εἶναι σημαίνομεν· οἷον σώφρονα ἢ ἀνδρείαν ἢ δικαίαν· ποιότητος δὲ παρουσία τὰ ποιά. Ὁμοίως καὶ ἀνθρώπου. ὅταν γὰρ τὸ ἀγαθὸν κατηγορήσωμεν αὐτοῦ, τὸ ποιὸν αὐτὸν εἶναι σημαίνομεν· οἷον σώφρονα, ἀνδρεῖον, δίκαιον, φρόνιμον. Ἐνίοτε δὲ τὸ ἀγαθὸν τὸ Ποτὲ σημαίνει. τὸ γὰρ ἐν τῷ προσήκοντι καιρῷ γινόμενον ἀγαθὸν λέγεται. Σημαίνει δὲ ἀγαθὸν καὶ τὸ Ποσόν. τὸ γὰρ μέτριον καὶ μὴ ὑπερβάλλον μήτε ἐνδέον, εἴη ἂν ποσόν, καθόσον τοσοῦτόν τι. Λέγεται καὶ ὡς Οὐσία τὶ ἀγαθόν, ὡς θεός, νοῦς. Λέγεται δὲ καὶ ὡς Πρός τι. τὸ γὰρ σύμμετρον οὕτως ἀγαθόν. Καὶ ἐν τῷ Πάσχειν, ὡς τὸ θεραπεύεσθαι καὶ διδάσκεσθαι. Ἔστι τι ἀγαθὸν καὶ ἐν τῷ Ποῦ· οἷον τὸ ἐν Ἑλλάδι εἶναι, τὸ ἐν ὑγιεινοῖς χωρίοις εἶναι, τὸ ἐν ἡσυχίαν ἔχουσιν ἢ εἰρήνην. Εἴη δ' ἂν καὶ ἐν τῷ Κεῖσθαι, ὅταν ᾧ μὲν λυσιτελὲς τὸ καθέζεσθαι καθέζηται, ᾧ δὲ τὸ ἀνακεῖσθαι, ἀνάκειται, τῷ πυρέττοντι φέρε εἰπεῖν.

Ἀγαθός. ὁ φρόνιμος. οὐκ ἐπίσης δὲ ὁ φρόνιμος καὶ ὁ ἀγαθός· ἐπιπλέον γὰρ ὁ ἀγαθός. ἀγαθὸς γὰρ ὁ σώφρων, ὁ ἀνδρεῖος καὶ οἱ λοιποὶ ἀγαθοὶ λέγονται, ** καὶ οἱ ἐπιστήμονες. Τοὺς δὲ Δαΐους ἀγαθοὺς μὲν ἀκοντιστάς, ἀγαθοὺς δὲ καὶ ἐν χερσὶ ποιήσασθαι μάχην.

2. Praestat αὐτὴν cum Diog. 8. Cum eodem lege *μικτά*. 17. Hic locus procul dubio ex aliquo interpretum Aristotelis descriptus est, ut multa alia, quae suo loco indicabimus. Docet enim diversis in locis Philosophus ille, bonorum tot esse genera, quot sunt categoriae, sive bonum in omnibus categoriis reperiri: ut *Magnor. Moral.* I, 1. ubi inquit: τἀγαθὸν ἐν πάσαις ταῖς κατηγορίαις ἐστί· καὶ γὰρ ἐν τῷ Τὶ καὶ ἐν τῷ Ποιῷ καὶ ἐν τῷ Ποσῷ καὶ Ποτὲ καὶ Πρός τι καὶ ἁπλῶς ἐν πάσαις. Vide eundem *Ethic. Nicomach.* I, 1. et *Ethic. Eudem.* I, 8. Ex aliquo ergo interpretum ad haec vel similia loca Aristotelis Suidam articulum istum descripsisse non dubito. *Küster.*

3. καὶ ἀνθρώπου dubito an recte se habeat. 19. τῷ πυρέττοντι φέρε εἰπεῖν] Loco huic aliqua desunt, et ultimis verbis istis nullus omnino sensus inest. *Küst.* Haec quidem dubitatio vana, cum frequentissima sit grammaticorum dictio φέρε εἰπεῖν, *ut exemplo utar.* Adde rariorem formulam, φέρε ζητεῖν apud Theon. Progymn. p. 253. comparandam cum Stoica ὅμοιον εἰπεῖν in v. Ἀδιαφορία. Küsterum notavit Hasius in Leon. Diac. p. 198. 20 — 25. Eadem Zonar. p. 13. 22. καὶ οἱ λοιποὶ] Locum hunc prava interpunctio obscurum reddit. Clara autem erunt omnia, si eum sic legeris et distinxeris, καὶ οἱ λοιποί. Ἀγαθοὶ λέγονται καὶ οἱ ἐπιστήμονες. *Küst.* Apparet quaedam post λέγονται intercidisse. 23. Δαΐους] Imo Δάους potius. Portus hanc vocem pro nomine appellativo accepit. — De hoc errore Porti eruditos monuit Lucas Holstenius in Stephanum v. Δάαι. *Küst.*

nentia talia esse, ut quatenus felicitatem absolvant, vocentur efficientia, quatenus vero eandem complent, tanquam partes eius, ad finem pertineant: velut amicus, libertas et oblectatio. Praeterea bonorum animi alia sunt habitus, alia affectiones, alia vero neque habitus neque affectiones. affectiones sunt ipsae virtutes, habitus vero studia; neque habitus neque affectiones sunt actiones. Communiter autem bonorum quaedam sunt mixta, ut liberorum copia et placida senectus, simplex vero bonum scientia. adhaec bonorum alia nobis semper adsunt, ut virtutes; alia non semper, ut gaudium, ut deambulatio. Omne porro bonum esse expediens, conducens, conveniens, utile, commodum, honestum, adiuvans, iustum et expetendum. Bonum est, quod ab omnibus expetitur. Item bonum est, ex quo omnia pendent, ipsum vero e nullo alio. Ἀγαθόν. Est vox homonyma. Nam decem genera, hoc est, decem Categoriae, de Bono dicuntur. Nam I. *Facere* de Bono dicitur, quia quaedam bona sunt efficientia. Dicitur enim bonum id, quod est efficiens boni, ut sanitatis aut voluptatis, aut denique quod est utile. Quod enim in edulio bonum est, id dicitur bonum, ut boni efficiens. II. *Quale* vero sub qualitatis categoria continetur. Interdum vero *Quale* de animo dicitur. cum enim bonum de animo praedicamus, vocantes ipsum bonum, *qualem* ipsum esse significamus, ut temperantem aut fortem aut iustum. *Qualia* enim sunt ea, quibus inest qualitas. Similiter etiam in homine se res habet. cum enim bonum de ipso dicimus, *qualem* ipsum esse significamus, ut temperantem, fortem, iustum, prudentem. III. Interdum vero Bonum *Quando* significat. Quod enim opportuno tempore fit, Bonum dicitur. IV. Bonum etiam significat *Quantum*. Quod enim est mediocre et neque redundat neque deficit, illud est *Quantum*, quatenus est aliquid tantum. V. Dicitur etiam aliquod Bonum tanquam essentia, ut Deus, ut mens. VI. Dicitur etiam Bonum, ut ad aliquid *relatum*. Quod enim aptam habet proportionem, eatenus bonum est. VII. In ipsa etiam perpessione Bonum versatur, ut quod est curari et doceri. VIII. Est etiam aliquod bonum in loci notione, ut in Graecia esse, vel in locis salubribus, in pacatis et tranquillis agere. IX. Est etiam in *Situ*, veluti cum is sederit, cui id expedit, cubuerit vero, cui cubare expedit, exempli causa febricitanti. Ἀγαθός. Prudens. Non tamen idem omnino est bonus et prudens: boni enim vocabulum latius patet. nam bonus dicitur temperans, fortis, et reliqui virtute aliqua praediti; prudentes vero qui rei alicuius periti sunt. *Daos vero tam bonos esse iaculatores, quam pugnae cominus committendae peritos.*

Ἀγάθυρσα. πόλις Σικελίας, ὡς Πολύβιος.

Ἀγάθυρσοι. ἔθνος ἐνδοτέρω τοῦ Αἵμου, ἢ ἀπὸ Ἀγαθύρσου τοῦ Ἡρακλέους, ἢ ὡς Πείσανδρος ἀπὸ τῶν θύρσων τοῦ Διονύσου.

Ἀγακλειτός. ὁ ἄγαν ἔνδοξος. καὶ Ἀγακλειτή.

Ἀγάλακτες. ὁμογενεῖς, δμαιμοι, ἀδελφοί. ἄλλοι δὲ τοὺς ἱερείων κοινωνοὺς καὶ συγγενεῖς. οἱ δὲ συντρόφους.

Ἀγαλεών. ὄνομα ὄρους.

Ἀγάλλει. ποιεῖ, σκευάζει, κόσμει.

Ἄγαλμα. πᾶν ἐφ' ᾧ τις ἀγάλλεται. Καὶ δίδωσιν ἀργύριον, ἵνα ἐκπονήσῃ τὸ ἄγαλμα ἄκρας τέχνης, προσθεὶς τὸ μέγεθος καὶ προσιπὼν τῆς λίθου τὴν φύσιν.

Ἄγαλμα Ἀθηνᾶς. ἔστιν ἐν Ἀθήναις. Καὶ ἔστιν ἄγαλμα βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως ἐν Ἀντιοχείᾳ. Καὶ ἄγαλμα Ἀπόλλωνος, ἐν τῷ Ἀπόλλωνος. καὶ ἄγαλμα Διονύσου, ἐν τῷ Λυξέντιος.

Ἀγάλματα. τὰ τῶν θεῶν μιμήματα, καὶ πάντα τὰ κόσμου τινὸς μετέχοντα. Ὅμηρος·

Βασιλῆϊ δὲ πεῖται ἄγαλμα.

Καὶ Ἡσίοδος τὸν δρμον ἄγαλμα καλεῖ. Πίνδαρος δὲ τὴν ἐπὶ τάφου στήλην οὕτω καλεῖ. Εὐριπίδης τὸν ἐπὶ νεκροῖς κόσμον. Καὶ ἐφ' ᾧ τις ἀγάλλεται. καὶ τὸ εἴδωλον, βρέτας, χάρμα, καλλονή, κόσμος, παύχημα, θαλλοί, ἀνδριάντες, ἐπιγραφαί. Ἀγάλ- 21
ματα δὲ καὶ τὰς γραφὰς καὶ τοὺς ἀνδριάντας λέγουσιν. Ἀγαλμάτιον δέ, ὑποκοριστικῶς.

Ἀγαλματοποιοί (τουτέστι χειρουργοί) οὗτοι ἀκριβεῖς, Λύσιππος, Πολύκλειτος, Φειδίας.

Ἀγαλματοφορούμενος. ἀγάλματα ἤτοι τύπους τῶν νοηθέντων φέρων ἐν ἑαυτῷ. οὕτω Φίλων.

Ἀγάλλων, ἑαυτὸν σεμνοποιῶν.

Ἄγαμαι καρδίας. Ἀττικῶς, ἀντὶ τοῦ θαυμάζω. Λίλιανός· Ἐπεὶ καὶ τὴν τοῦ Μενέλεω πρὸς τὸν τοῦ Πριάμου Πάριν οὔτε ἐπαινῶ οὔτε ἄγαμαι.

† Ἐγὼ δὲ ἄγαμαι καὶ τούσδε τοὺς ἄνδρας, τὸν δὲ Ἀχαρνᾶνα μέγιστον καὶ πρὸ τούτων. ἃ γὰρ πεισομένους ἐγίνωσκε, τούτων ἐπεθύμησε τοῖς ἀνδράσι κοινωνῆσαι.

Ἀγαμέμνων, Ἀγαμέμνονος, ὁ Ἀγάμεμνον. καὶ Ἀγαμεμνόνειος οἶκος, καὶ Ἀγαμεμνονεία ναῦς.

Ἀγάμενος. θαυμάζων. Ἀγάμενοι τοῦτον τῆς εὐψυχίας ἐπιχοῦσι τῷ ἵππῳ.

---

1. E Steph. Byz. V. Polyb. IX, 27, 10. 2. Ex eodem Stephano (coll. Eust. in Dionys. 310.): unde sermo resarciendus, [κέκληνται δὲ] ἢ ἀπὸ κτλ. 6. Orio ap. Etym. M. p. 5. Zonar. p. 14. cui reddendum ὁμαίμους καὶ ἀδελφούς. Suspicor etiam in Hesychio vulgatum ἀγαλάκτης. ὄνομα corrigendum esse ἀγάλακτες. ὁμαιμοι. 9. Ἀγαλεών Parisini ap. Küst. et Zon. l. l. Edebatur Ἀγαλέον. „Codicum lectio Ἀγαλεών Suidae debetur; veram Αἰγάλεων e Thucyd. II, 19. grammaticus antiquior enotarat." Valck. in Herod. VIII, 90. Hodie tamen istius scriptionis memoria prorsus videtur obliterata. 10. Bekk. Anecd. p. 324. 11. Definitio plerisque grammaticis communis. 12. Legendum ἐκπονήσαιτο vel ἐκπονήσηται ἄγαλμα. 15. Ἐν Ἀθήναις] Lege ἐν τῷ Ἀθηνᾶς, id est, in voce Ἀθηνᾶς, ubi de simulacro Minervae agitur. Et sic paulo post pro ἐν Ἀντιοχείᾳ legendum ἐν τῷ Ἀντιόχεια. Küst. Fallitur: nam reponendum ἄγαλμα Ἀντιόχου ἐν τῷ Βδέλυγμα ἐρημώσεως. 20. Ὅμηρος Il. δ'. 144. 22. Ἡσίοδος] non, opinor, in his carminum reliquiis. Πίνδαρος Nem. X, 125.

1. Εὐριπίδης Alcest. 613. κόσμον φέροντας, νεκρίσιμα ἀγάλματα. 4. 5. Bekk. Anecd. pp. 324. 334. 7. Cf. Zonar. p. 14. Apparet ex v. χειρουργοί legendum ἄριστοι καὶ ἀκριβεῖς. 10. Φίλων: v. Buhnk. in Tim. p. 7. 11. Eodem Anecdotorum loco; Zonaras vero p. 35. subiecit ἢ χαίρων. Verum fidem huius explicationis desidero, ac pristinam scripturam suspicor ἀγαλλιῶν extitisse. Ceterum Herodianus π. μον. λέξ. p. 12, 14. ἀγάλλων ut videtur substantivorum loco habuit. 12. Aristoph. Acharn. 464. Post θαυμάζω haec extabant: Ἄγαμαι κατὰ περιποίησιν, γενικῇ. Τὸν ψίλον ἄγαμαι τῶν τρόπων καὶ τοῦ χρηστοῦ ἤθους ἕκατι. Αἰτιατικῇ δέ· Οἶμαι δὲ τὸν πόλεμον θεῶν τινα ἀγασθῆναι. Ὅταν ἴχῃ τὴν σὲ αἰτιατικῇ (— κὴν vulg.), καὶ ὅταν ἐξακούῃται τὸ ἕνεκα, γενικῇ συντάσσεται. In quibus cum Küsterus sententiam tantum hanc, Ὅταν ἴχῃ τὴν σὲ et quae sequuntur usque ad συντάσσεται, exturbari iussisset, monuit ille postea Diatribe p. 45. sq. istam scholastici cuiusdam annotationem ab A. Paris. exulare, alterius autem margini mandatam esse. Novissima quidem huc fere redire debuerunt: γενικῇ δὲ συντάσσεται, ὅταν ἐξακούῃται τὸ ἕνεκα, cf. Etym. Gud. p. 587. Ceterum posterior locus est defectus, quippe Isocrateus Panegyr. 23. οἶμαι δὲ καὶ τὸν πόλεμον τοῦτον θεῶν τινα συναγαγεῖν, ἀγασθέντα τὴν ἀρετὴν αὐτῶν. 15. Philostrati locus V. Apoll. IV, 23. unde legendum Μεγαρίαν. Cf. loci huius partem sub v. Ἀχαρνᾶνα. 20. Cf. Aeschyli Cho. 853. et Etym. M. p. 461, 44. quo auctore praestiterit Ἀγαμεμνόνεια. 21. Zonar. p. 34.

Ἀγάθυρσα. Urbs Siciliae, auctore Polybio. Ἀγάθυρσοι. Gens interiora Haemi incolens, vel ab Agathyrso, Herculis filio, vel, ut tradit Pisander, a Bacchi thyrsis sic appellata. Ἀγακλειτός. Valde clarus. Item ἀγακλειτή. Ἀγάλακτες. Cognati, consanguinei, fratres. alii vero, sacrorum participes et cognatos, alii contra, simul educatos. Ἀγαλεών. Nomen montis. Ἀγάλλει. Fabricat, elaborat, ornat. Ἄγαλμα. Omnis res de qua nos iactamus. *Ac dedit illi pecuniam, ut elaboraret statuam summae perfectionis, indicata magnitudine lapidisque natura declarata.* Ἄγαλμα Ἀθηνᾶς: de quo vide in v. Ἀθηνᾶς. Et de simulacro Antiochi lege v. Βδέλυγμα ἐρημώσεως. De simulacro Apollinis vide v. Ἀπόλλωνος: et de simulacro Bacchi v. Λυξέντιος. Ἀγάλματα. Deorum imagines, item omnia quae in ornamentis ponuntur. Homerus: *Regi vero insuper ornamentum id reconditur.* Hesiodus monile ἄγαλμα vocat; Pindarus, cippum; Euripides, ornatum mortuorum sic appellat. Item, omne de quo quis se iactat. Porro, effigies, simulacrum, gaudium, decus, ornamentum, res gloriantis, rami virentes, statuae et inscriptiones sic appellantur. Ἀγάλματα etiam picturas et statuas vocant. Ἀγαλμάτιον vero diminutive, parva statua. Ἀγαλματοποιοί. Statuarii insignes et perfecti fuerunt Lysippus, Polycletus, Phidias. Ἀγαλματοφορούμενος. Imagines sive species rerum mente informatarum in se ferens. Ita Philo. Ἀγάλλων. Magnifice se iactans. Ἄγαμαι καρδίας. Attice dicitur pro miror. Aelianus: *Quippe ne Menelai quidem cum Paride, Priami filio, laudo, neque admiror. — Ego vero admiror etiam hosce viros, impensius vero superque illos Acarnanem: ut qui malorum, quae homines passuros esse norat, in societatem venire cuperet.* Ἀγαμέμνων, Ἀγαμέμνονος, ὁ Ἀγάμεμνον. hinc dicitur Agamemnonia domus, et Agamemnonia navis. Ἀγάμενος. Admirans. *Admirantes illum ob animi fortitudinem equo imponunt.*

Ἀγαμήδης. ὄνομα κύριον. καὶ θηλυκὸν Ἀγαμήδη.

Ἄγαν ἐγκεῖσθαι τῷδε. οἷον, αἰτιᾶσθαι καὶ ἀποτείνεσθαι.

Ἀγάννιφον. Ὅμηρος, τὸ ὄρος τὸ λίαν χιονιζόμενον.

Ἄγανον. προπαροξυτόνως τὸ κατεαγὸς ξύλον, ἢ τὸ φρυγανῶδες καὶ ἕτοιμον πρὸς τὸ κατεαγῆναι. οἱ δὲ τὸ ἀπελέκητον. Ἀγανὸν δὲ ὀξυτόνως καλὸν ἢ ἀγαθὸν ἢ ἱλαρόν. οἱ δὲ ἀθάνατον. ἔνθεν καὶ Ἀγανοφροσύνη. [καὶ Ἀγανοῦμεν ἀντὶ τοῦ κοσμήσομεν.] καὶ αὖθις·

Ὡς ἄν τοι ῥείῃ μὲν ἀγανὸς ἀτθίδι δέλτῳ
κηρός, ὑπὸ στεφάνοις δ' αἰὲν ἔχοις πλοκάμους.

Ἀγανόφρονος.

Τό τε τῆς ἀγανόφρονος ἡσυχίας
εὐήμερον πρόσωπον.

τῆς πράου καὶ προσηνοῦς.

Ἀγανοφροσύνη. προσήνεια, πραότης.

Ἀγανώπιδος. πραέα βλεπούσης.

Ἀγανώτερον. ποθεινότερον, πραότερον.

Ἀγαπᾶν. ἀποδέχεσθαι.

Ἀγαπᾶν. ἀρκεῖσθαί τινι καὶ μηδὲν πλέον ἐπιζητεῖν.

Ἀγαπήνορος. τὴν ἀνδρείαν ἀγαπῶντος.

Ἀγαπησμός. ἀγαπησμὸν λέγουσι καὶ ἀγάπησιν τὴν φιλοφροσύνην. Συναριστώσαις Μένανδρος·

Καὶ τὸν ἐπὶ κακῷ
γινόμενον ἀλλήλων ἀγαπησμὸν οἷος ἦν.

Ἀγαπητὰ ἤθη. τὰ καλὰ καὶ ἀγαθά.

Ἀγαπητόν. τὸ ἠγαπημένον ἢ τὸ μονογενές. καὶ Ἀγαπητῶς. Οὕτω δὲ ἄρα πολὺ τὸ ἀνόητον ἐν τοῖς ἡγεμόσιν αὐτῶν ἦν, ὥστε ἀγαπητῶς εἶδον, εἰ μὴ μετὰ πάντων ἀγωνιοῦνται τῶν συναραμένων τῆς στρατείας.

Ἀγαπητός. Ἐπίσκοπος Συνάδων, ὃν ἐν ἐπαίνῳ πολλῷ τίθεται Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου, καὶ θαυμάτων αὐτοῦ ἐξαισίων μνήμην ποιεῖται, ὀρῶν μεταστάσεις καὶ ποταμῶν καὶ νεκρῶν ἐγέρσεις. καὶ ὅτι στρατιώτην ὄντα ἠβουλήθη Μαξιμῖνος ὡς Χριστιανὸν ἀποκτεῖναι, διὰ τὸ πυνθάνεσθαι πολλοὺς τὰ παρ' αὐτοῦ τελούμενα ὑπεραγαμένους.

---

1. Ἀγαμήδη haud scio an Eustathio in Il. λ'. 739. vel in Dionys. 822. duce sit Euphorionis fragm. X. restituendum: ὅσσ' ἰδάη Πολύδαμν', ἢ Κυπαιὰς ἢ Ἀγαμήδη. 3. Bekk. Anecd. p. 334. addito teste Aristoph. Acharn. 290. αἰτιᾶσθαι] ἐναντιοῦσθαι Anecd. 5. Ὅμηρος: ut Il. α. 420. Cf. Zonaras. 7. Zonar. p. 32. Anecd. Bekk. p. 335. 10. Cf. Etym. M. et Schol. Aristoph. Vesp. 1458. Cf. Eustath. in Il. β'. p. 200. 11. καὶ — κοσμήσομεν perperam huc invecta vel mendum illud ἀγανοῦμεν, i. e. ἀγαλοῦμεν (v. Ruhnk. in Tim. p. 5. Toup. III. p. 12.) arguit. 13. Distichum Erycii Ep. XIII, 5. 6. unde restituendum ἀέννας et ἔχης. δέλτῳ e binis Pariss. revocavit Küst.: διαλέκτῳ superiores. 15. Aristoph. Av. 1310, 11. 20. 21. Zonar. p. 23. Bekk. Anecd. p. 324. ἀγανώτερον pertinet ad Aristoph. Lysistr. 885. Ceterum Syntipae p. 16. cui Boissonadus reliquit ἠγαπημενώτερον, reddea ἠγαπημένων ἀγανώτερον.

1. 2. in unum contraxit glossa Bekk. Anecd. p. 324. Posteriorem vim ad citerius aevum alii rettulerunt, v. Eust. in Od. φ'. p. 1910, 31. 4. Il. ο'. 392. 5. Bekk. Anecd. p. 324. 6. Μένανδρος p. 157. 9. Xenoph. Mem. III, 10, 5. ἦθη Bekk. Anecd. p. 324. et Zonar. p. 31. qui καλὰ καὶ σπουδαῖα καὶ ἀγαθά dedit. Edd. ἴδη. 10. ἢ] καὶ Bekk. Anecd. p. 324. coll. 209. ἢ καὶ Zonar. p. 14. ubi v. Tittm. 14. Post στρατείας haec extabant: Ἀγάπη οὐ περπερεύεται, ὁ Ἀπόστολος Παῦλός φησι. τουτέστιν, οὐ προπετεύεται. Quae cum facile pateat ad v. Ἀγάπη referenda fuisse, Küsterus Diatribe p. 46. docuit ea Paris. A. ignorari, alteriusque in marginem esse conjecta: perperam scilicet de v. Περπερία excripta, id quod denuo videmus sub v. Ἡ ἀγάπη οὐ περπερεύεται accidisse. Similimas fraudes compares in vv. Ἄγγελοι· Ἄγκυραν sive Κεραμεικός· Ἀγοράσω· Ἀγροιώτης· Ἀδελφιός· Ἀθηναίων δυσβουλία· Ἀλέξανδρος ὁ Φιλίππου· Ἀλκμαιωνίδαι· Ἀπεκτάκασι· Ἀπηλιώτης· Γνώμονα· Αἰτιασιῶ· Εὐποια· Ἰχθῦς· Θυροκοπεῖται· Παῦσαι sive Λῆξις· Περιγλωττίς· Πολεμίζειν· Προντούλων· Προσπεφυκότος· Πυγμίς· Τιμαχίδας· Ὑῆτρα· Ὑῆφος· Χορικός. 16. Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου] Nihil tale apud Eusebium reperio. Apud Philostorgium autem lib. II, 8. similia his de Agapeto legimtur, quem adi. Pears. 18. Desideratur λέγων vel similis vox.

Ἀγαμήδης. Nomen proprium. Et femineum Agameda. Ἄγαν ἐγκεῖσθαι τῷδε. Alicui vehementer instare: id est, accusare et in aliquem invehi. Ἀγάννιφον. Homerus montem nivosum sic appellat. Ἄγανον. Cum accentu in prima significat lignum fractum aut aridum vel fragile, alii vero indolatum explicant. Ἀγανὸν vero cum acuto pulchrum, bonum aut laetum, alii vero immortale. hinc derivatur ἀγανοφροσύνη, laetitia. [Et, ἀγανοῦμεν, ornabimus.] In Epigrammate: *Ut tibi fluat perennis in Attica tabella cera, comaeque semper coronis sint redimitae.* Ἀγανόφρονος. Placidi. *Ac Placidae* (vel mitis et mansuetae) *tranquillitatis iucunda facies.* Ἀγανοφροσύνη. Iucunditas, lenitas. Ἀγανώπιδος. Placidum tuentis. Ἀγανώτερον. Desiderabilius, mitius. Ἀγαπᾶν. Acceptum habere. Ἀγαπᾶν. In re acquiescere, et nihil praeterea quaerere. Ἀγαπήνορος. Fortitudinem amantis. Ἀγαπησμός. Et hoc et ἀγάπησιν vocant benevolentiam. Menander *Synaristosis*: *Et dolosum illum mutuum amplexum, qualis esset.* Ἀγαπητὰ ἤθη. Mores amabiles et boni. Ἀγαπητόν. Amatum aut unigenitum. Et ἀγαπητῶς. *Tanta erat in ducibus illorum vecordia, ut gratum sibi fore ostenderent, si non cum omnibus expeditionis sociis dimicaturi essent.* Ἀγαπητός. Agapetus, Synadorum Episcopus, quem valde laudat Eusebius Pamphili, et insignium miraculorum ipsius mentionem facit, montium videlicet et fluviorum translationes et mortuos resuscitatos commemorans. Idem etiam narrat Maximinum interficere eum voluisse, ut Christianum, cum miles esset, ideo quod audisset multos eius facta supra modum mirari.

Ἀγάπιος. Ἀθηναῖος φιλόσοφος, μετὰ Πρόκλον ἀποιχόμενον, ὑπὸ Μυρίνῳ, ὃς ἐθαυμάζετο ἐπὶ φιλομαθίᾳ καὶ ἀπορίων προβολῇ δυσεπηβόλων.

Ἀγάπιος. οὗτος ἦν Ἀλεξανδρεὺς μὲν τὸ γένος, ἐκ παίδων δὲ λόγοις ἐντραφεὶς ἐλευθερίοις καὶ ἰατρικῶν μαθημάτων ἐξηγητὴς γεγονώς, ἀνελθὼν εἰς τὸ Βυζάντιον διατριβήν τε συνεπήξατο μάλα διαπρεπῆ, φύσεώς τε μεγέθει καὶ δεξιότητι τύχης χρησάμενος ἔνδοξός τε ἐπὶ τῇ τέχνῃ γέγονε, καὶ χρήματα μεγάλα συνείλοχεν.

Ἀγαπῴην. εὐκτικῶς.

Ἄγγαρεία. καὶ Ἄγγαρος, ἐργάτης, ὑπηρέτης, ἀχθοφόρος. ὅθεν ἀγγαρείαν ἀνάγκην ἀκούσιον λέγομεν καὶ ἐκ βίας γινομένην ὑπηρεσίαν.

Ἄγγαρος. καὶ Ἀγγαρεία, ἡ δημοσία καὶ ἀναγκαία δουλεία. Ὥσπερ γάρ τι αὐτῷ πάρεργον τὸ ἐσθίειν τῆς φύσεως αὐτὸν ἀγγαρευούσης περὶ τὰ βρώματα ἐφαίνετο εἶναι.

Ἄγγαρος. οὕτως ἐκάλουν οἱ Πέρσαι τοὺς βασιλέων ἀγγέλους. Πέμπει τῶν πιστοτάτων ἄγγαρον παρὰ τὸν Βαβυλώνιον, διὰ Περσώνδην τὸν ἄριστον.

Ἄγγαροι. οἱ ἐκ διαδοχῆς γραμματοφόροι. οἱ δὲ αὐτοὶ καὶ ἀστάνδαι. τὰ δὲ ὀνόματα Περσικά. Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι·

Φρυκτὸς δὲ φρυκτὸν δεῦρ' ἀπ' ἀγγάρου πυρὸς
ἔπεμπε.

Τίθεται τὸ ὄνομα καὶ ἐπὶ τῶν φορτηγῶν καὶ ὅλως ἀναισθήτων καὶ ἀνδραποδωδῶν. καὶ τὸ Ἀγγαροφορεῖν ἐπὶ τοῦ τὰ φορτία φέρειν. καὶ Ἀγγαρεύεσθαι καλοῦσιν ὥσπερ ἡμεῖς νῦν, τὸ εἰς φορτηγίαν καὶ τοιαύτην τινὰ ὑπηρεσίαν ἄγεσθαι. Μένανδρος καὶ τοῦτο ἐν τῷ Σικυωνίῳ παρίστησιν·

Ὁ πλέων κατήχθη· κρίνεθ' οὗτος πολέμιος.
ἐὰν ἔχῃ τι μαλακόν, ἀγγαρεύεται.

Ἀγαρικόν. ῥίζα ἐστίν, ἐπίφυσις πρέμνου, χαίνη τὴν σύστασιν, σύνθετος ἐξ ἀερώδους καὶ γεώδους οὐσίας, διαφορητική τε τὴν δύναμιν, καὶ πάχους τμητική, καὶ καθαρτικὴ μάλιστα τῶν ἐν τοῖς σπλάγχνοις ἐμφράξεων.

Ἀγάσαιτο. θαυμάσειε. καὶ Ἄγασθαι παρ' Ὁμήρῳ ἐπὶ τοῦ θαυμάζειν καὶ φθονεῖν.

Ἀγασθέντος. ἐκπλαγέντος, θαυμάσαντος. Τοῦ δὲ ἀγασθέντος ἐπὶ τῇ προαιρέσει. Καὶ ἀγα-

---

3. καὶ om. vett. edd. et *Eudocia* p. 55. fere cum Suida consentiens. δυσεπιβόλων MSS. Pariss. Vulg. extat in v. *Δυσεπίβολος*. 4. *Ἀγάπιος, Ἀλεξανδρεύς. ἐξηγήσεις πλείστας ἰατρικῶν μαθημάτων συνέγραψε. Eudocia* p. 49. „Huius Agapii cum laude meminit Photius e Damascio, Cod. CCXLII. p. 352." *Küst.* Vereor ut Suidas binos Agapios iure distinxerit. Nam ἰατρικῶν facilem emendationem admittit ῥητορικῶν vel γραμματικῶν: cf. v. *Ἀπογραφλίσιον*. Ceterum eiusdem meminit vv. *Νόμος* et *Ὑπατία*, quos locos Reinesius comparavit. 11. *Ἀγαπῴην. εὐκτικῶς*] Quae sequebantur in editionibus *ἀγαπῴην ἐπὶ τοῦ ἀποδέχεσθαι, ἀγαπᾶν δὲ καὶ τὸ ἀρκεῖσθαι. ἀγαπῶ, τὸ ἀρκοῦμαι, δοτικῇ· ἀγαπῶ τοῖς ὑπέχουσιν αὐτῷ ἀγαθοῖς. αἰτιατικῇ δέ· ἀγαπήσεις τὸν θεὸν ἐξ ὅλης ψυχῆς*: Küsterus expunxit, quippe vetustissimo Paris. omissa, in altero vero margini adscripta. Cf. Etym. M. p. 6. *ἀγαπῴην ἄν* Bekk. Anecd. p. 325. Id extat in Platonis Men. p. 75. 12. Bekk. Anecd. p. 325. unde recipiendum *τὴν* post *καί*. Voci *ἀχθοφόρος* cum haec subiungerentur, *λίαν ἀγγάρων ἡμιόνων*, Küsterus ea fide binorum Parisiensium delevit. 13. Cf. Salm. in H. Aug. I. p. 280. 16. Procopii locus Arcan. c. 13. leviter interpolatus. 20. Locus Nicolai Damasceni Exc. p. 232. in novissimis deformatus. Scribendum vero *Παρσώνδην*. Cf. Suid. h. v.

1. De Angaris Persarum vide insignem locum apud Herodotum VIII, 98. ubi describitur modus, quo Xerxes cladis suae nuncios ex Graecia in Persidem miserit. De iisdem sat multa collegit Stanleius in Aeschyli Pers. 247. *Küst.* Cf. Etym. M. p. 6. 7. et quem huius observationis auctorem esse comperimus, Ael. Dionys. ap. Eust. in Od. τ'. p. 1854, 27. 3. *Ἀγαμέμνονι*] Vers. 289. ubi vulgo legebatur *ἀγγέλου*, improbatum etiam Küstero. 10. καὶ *Μένανδρος* em. Meinek. p. 155. Videntur haec non minus esse affecta (ut colligi licet ex Aristoph. Byz. post Herodiani Epimerismos edito p. 289. καὶ *οἱ εὐτελεῖς δὲ καὶ ἄφρονες οὕτως ὠνομάζοντο, ὡς Μένανδρος*) quam versus posterior, quem Bentleius *ἢν δ'* reposito sic interpretabatur: *et supellex, si quam secum detulit, fisco damnatur*. 12. *κατήχθη* cum Parisinis Küsterus: *κατηγέχθη* Med. 14. *Ἀγαρικόν*] Ex Paulo Aegineta lib. VII. c. 3. *Pears.* In MSS. Paris. hic locus deest. *Küst.* Cor. p. 296. 21. Similis locus Polybii XL, 8. extr.

Ἀγάπιος. Agapius, Athenaeus Philosophus, qui post obitum Procli Marinum audiit. hic propter cupiditatem discendi et propositionem quaestionum difficilium in admiratione fuit. *Ἀγάπιος*. Hic erat Alexandrinus genere, et a puero in artibus liberalibus educatus, medicaeque disciplinae enarrator. Byzantium vero profectus ludum litterarium perinsignem aperuit, et tum ingenii magnitudine, tum propensa fortuna usus celebritatem in arte sua nactus est magnamque pecuniae vim collegit. *Ἀγαπῴην*. Optative. *Ἀγγαρεία*. Angaria. Et *ἄγγαρος*, operarius, minister, baiulus: unde *ἀγγαρείαν* vocamus, necessitatem invitis impositam et praestationem vi extortam. *Ἄγγαρος*. Et *Ἀγγαρεία*, publica et coacta servitus. *Nam edere illi quasi quaedam accessio, quae violento eiusce imperio imponeretur, esse videbatur*. *Ἄγγαροι*. Sic Regum nuncios Persae vocabant. *Mittit angarum e fidissimis ad Babylonium, propter optimum Persondam.* *Ἄγγαροι*. Angari, tabellarii, alii aliis succedentes. iidem et astandae vocantur. Sunt autem haec nomina Persica. Aeschylus *Agamemnone*: *Fax vero facem huc per vices ignis emittebat*. Ponitur haec vox etiam pro baiulis, et generatim pro stupidis et ingenio servili praeditis. Et *Ἀγγαροφορεῖν*, id est, onera ferre. Et *Ἀγγαρεύεσθαι* vocant, quo significatu hodieque utimur, ad onerum gestationem vel simile ministerium cogi. Docet hoc Menander *Sicyonio*: *Si quis navigans in portum delatus est, illico pro hoste iudicatur, sin molle quid habent, mulcatur*. *Ἀγαρικόν*. Agaricum est radix, trunco adnascens, indole fungosa, composita ex aerea et terrea substantia, eamque vim habens ut discutiat et incidat crassitiem humorum, et praecipue purget obstructiones in visceribus. *Ἀγάσαιτο*. Miretur. Et *ἄγασθαι* apud Homerum accipitur pro mirari et invidere. *Ἀγασθέντος*. Obstupefacti, admirati. *Cum autem ille propositum eius admiratus esset*. Et *ἀγα-*

σθείς. Ὁ δὲ ἀγασθεὶς ἐπί τε τῇ πόλει καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἐπέμενε τρεῖς ἡμέρας.

Ἀγασθῶ τινι. ἀντὶ τοῦ θαυμάσω τινά. Ξενοφῶν· Ὅταν τινὶ ἀγασθῶ τῶν στρατιωτῶν.

Ἀγασικλῆς. ὄνομα κύριον. ὃς λέγεται Ἁλιμουσίνοις συνδικάσαι, καὶ διὰ τοῦτο ξένος ὢν ἐγγραφῆναι τῇ πολιτείᾳ.

Ἀγάσματα. σεβάσματα. ἃ ἄν τις ἀγάσαιτο. Σοφοκλῆς κέχρηται.

Ἀγάστονος. πολυστένακτος.

Ἀγάστορες. ἀδελφοί, ὅμαιμοι, δίδυμοι.

Ἀγαστός. θαυμαστός. Ἀγαστοῦ θανάτου.

Ἀγαυρίαμα. ἔπαρμα.

Ἄγαυρος, ὁ κομψός. οἱ δὲ κακός. ὑπὸ Ἰώνων δὲ ἄπορος, ὑπὸ δὲ Ἀττικῶν τρυφερός.

Ἄγβαρος. ὄνομα κύριον. ὁ τῆς Ἐδέσσης βασιλεύς. ἔστιν ἐν τῷ Ἄβγαρος.

Ἀγαίομαι. φθονοῦμαι. καὶ Ἀγαῖος, ὁ ἐπίφθονος.

Ἀγγαῖος. ὄνομα κύριον.

Ἄγε. δῆτα, φέρε, κόμιζε, δεῦρο. καὶ Ἐπίγραμμα εἰς Διογένην τὸν Κύνα·

Διόγενες, ἄγε λέγε τίς ἔλαβέ σε μόρος
ἐς Ἄϊδος; ἔλαβέ με κυνὸς ἄγριον ὀδάξ.

τὸ δὲ ἐπίγραμμα διὰ βραχέων.

Ἀγέλαστα. τὰ μὴ γέλωτος ἄξια, ἀλλ' ἀγανακτήσεως.

Ἀγέλαος. ὄνομα κύριον.

Ἀγελάρχης. ὁ τῆς ἀγέλης τῶν βοῶν ἄρχων.

Ἀγελαία σταφυλή. ἡ εὐτελής. καὶ ἀγελαῖα τὰ οὐ γενναῖα.

Ἀγελαίη. ἡ Ἀθηνᾶ.

Ἀγέλαιος. προπαροξυτόνως μὲν ὁ ἀμαθής, ἀγελαῖος δὲ ὁ ἐκ τῆς ἀγέλης.

Ἀγελαῖος. ἰδιώτης, ἢ ὁ ἐν ἀγέλῃ διάγων. καὶ Ἀγελαίων, ἰδιωτῶν, ῥεμβωδῶν. Τῶν ἀγελαίων ἔοικεν ἀνθρώπων εἶναι ὁ τοιοῦτος. ἀντὶ τοῦ εὐτελῶν. καὶ Ἀγελαίων, τῶν πολλῶν καὶ τυχόντων. εἴη δ' ἂν ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἀγελαίων ζώων ἢ ἀπὸ τῶν ἰχθύων, οὓς βόσκεσθαι ῥύδην καὶ ἀγεληδὸν φασιν.

---

3. Ξενοφῶν Cyrop. II, 4, 9. 5. Ἁλιμουσίνοις] Lege Ἁλιμουσίοις, ut infra v. Ἁλιμούσιος. Vide etiam Harpocrat. vv. Ἀγασικλῆς et Ἁλιμούσιοι, et ibi Maussacum. Küst. Ἁλιμουσίους δεκάσαι Bekk. Anecd. p. 329. A Suida libri Par. et Palat. Harpocr. stant. 9. Σοφοκλῆς in Brunckii Lex. Soph. Eadem Bekk. Anecd. p. 324. Equidem vereor ne bini articuli in unum confusi sint, sic distinguendi: Ἀγάσματα. σεβάσματα. [Σοφοκλῆς κέχρηται] Ἀγαστά. ἃ ἄν τις ἀγάσαιτο. Cf. Hesych. 10. Respicit cum aliis grammaticis Od. μ'. 97. 11. Ἀγάστορες] Lycophron. Alexand. 264. Τὸν φίλτατόν σου τῶν ἀγαστόρων: quam vocem Scholiasta (non Isaacus, ut omnes hactenus crediderunt, sed Ioannes Tzetzes, ut demonstrare possum ex epistola Ioannis Tzetzis inedita, quam penes me habeo) per ὁμογαστέρων ibi exponit. Küst. Huic tamen et Etym. M. p. 6. ὁμογαστόρων esse reddendum vel Zon. p. 22. docet; atque unus Paris. post δίδυμοι addit ὁμογάστορες. 12. Editum Ἀγάστου. θανάτου (Zon. p. 14.) refinxit et cum superioribus continuavit Toup. I. p. 419. et App. in Theocr. p. 4. I. Viderat etiam Gronovius. Küsterus de loci huius molestiis conquestus quovis pignore contendebat, id quod etiam Pearsonus suaserat et Bekk. Anecd. p. 324, 26. praestant, Ἀγαστοῦ. θαυμαστοῦ scribendum esse. 13. Bekk. Anecd. p. 325. οἰησις interpretationis loco subiecit Hesychius. 14. Praestat ἀγαυρός: v. vel Eust. in Od. β'. p. 1444. 15. Ἀττικῶν κοῦφος Etym. Borv. ap. Sturz. praef. in Gud. p. X. τρυφερός] κοῦφος Etym. M. p. 6. Cf. Gaisf. P. Min. T. III. p. 439. 16. Ἄγβαρος] Promiscue tam Ἄβγαρος quam Ἄγβαρος Regem hunc Edessae a scriptoribus vocari constat. Küst. V. Casaub. in Capit. Pio 9. Ἄκβαρος etiam in v. Φυλάρχης. 18. φθονοῦμαι falsum: desideramus φθονῶ. χολοῦμαι. ἀγαῖος Etym. p. 8. ἄγαιος Bekk. Anecd. p. 334.

1. Distinximus inter κόμιζε et δεῦρο: item post Ἄγε. 3. Epigramma hoc in Diogenem extat apud Laertium VI, 79. [A. Pal. VII, 116.] unde id Suidas descripsit; idemque repetitur infra vv. Διογένης et Ὀδάξ. Male autem in Med. [et Zonar. p. 35.] post κυνὸς omissa est vox ἄγριον, quam Laertius et ipse Suidas infra locis laudatis agnoscunt. Küst. 6. Respicit ad Od. ϑ'. 307. ubi v. Schol. et Eust. Cf. Zonar. p. 29. 8. Ut apud Pausan. VIII, 35. Polyb. V, 103. et in locis Homeri nonnullis. 10. Zonar. p. 26. Videntur haec e lexico Pausaniae, quem Eust. in Il. σ'. p. 1165, 14. attulit, fluxisse. 12. Hoc praeter usitatius Ἀγιλείη etiam Zon. 13. Zon. p. 14. sq. Idem praecepit Eust. in Od. ξ'. p. 1752, 62. coll. Etym. M. p. 7, 42. 15. Cf. Harpocr. v. ἀγελαίων, cuius ad Suidam proxime ut solent accedunt Paris. et Palat. libri; et Bekk. Anecd. p. 325. qui locum respexerunt Isocratis Panath. p. 236. laudatum illum etiam Pollux IV, 43. 19. V. prae ceteris Aristot. H. A. VIII, 15, 2.

σθείς. *Ille vero admiratione et urbis et hominum percussus mansit ibi tres dies.* Ἀγασθῶ τινι. Id est, miratus sim aliquem. Xenophon: *Cum aliquem militum admiratus fuero.* Ἀγασικλῆς. Nomen proprium. Qui fertur Halimusiis patrocinatus, et propterea, cum esset peregrinus, in illorum civitatem adscriptus esse. Ἀγάσματα. Res veneratione dignae; quas quis admiretur. Sic usurpavit Sophocles. Ἀγάστονος. Multum gemens. Ἀγάστορες. Fratres, consanguinei, gemelli. Ἀγαστός. Admirandus. *Mortis admirandae.* Ἀγαυρίαμα. Elatio animi. Ἄγαυρος. Superbus, quod aliis est malus. Ionibus vero sic appellatus inops; Atticis vero delicatus. Ἄγβαρος. Nomen proprium. Edessae Rex. Vide in v. Ἄβγαρος. Ἀγαίομαι. Invideo. Et Ἀγαῖος, invidiosus. Ἀγγαῖος. Nomen proprium. Ἄγε. Verum, age, affer, huc. Conferendum Epigramma in Diogenem Cynicum: *Diogenes, age, dic, quaenam te correptum mors ad Plutonis domum deduxit? Mortuus sum saevo canis morsu.* Ceterum id Epigramma brevibus syllabis constat. Ἀγέλαστα. Res non risu, sed indignatione dignae. Ἄγελαος. Nomen proprium. Ἀγελάρχης. Boum armento praefectus. Ἀγελαία σταφυλή. Vilis uva. Et ἀγελαῖα dicuntur, quae sunt non eximia. Ἀγελαίη. Minerva. Ἀγέλαιος. Cum accentu in antepenultima significat Imperitus, sed ἀγελαῖος qui est ex grege. Ἀγελαῖος. Idiota vel gregarius. Et ἀγελαίων, idiotarum, circumforaneorum. *Iste ex numero hominum gregariorum,* (id est vilium) *esse videtur.* Et ἀγελαίων, plebeiorum atque vulgarium. Ducta videtur metaphora ab animalibus gregalibus, vel a piscibus, quos promiscue et gregatim pasci tradunt.

Ἀγελαιών. ὁ τόπος τῆς ἀγέλης.

Ἀγελαῖοι ἰχθύες. οἱ εὐτελεῖς καὶ μικροί.

Ἀγελείη. ἡ Ἀθηνᾶ, ἀπὸ τοῦ ἄγειν λείαν· τουτέστι στρατιωτική.

Ἀγεληδόν. ἐπίρρημα.

Ἀγελήτης βοῦς. ὁ ἐξ ἀγέλης.

Ἀγέληφι. ἐκ τῆς ἀγέλης.

Ἀγγελιαφόρος. πρεσβευτής.

Ἀγγέλιος. Οὗτος ἐπὶ Οὐάλεντος ἦν Κωνσταντινουπόλεως Ἐπίσκοπος, βίον ἀποστολικὸν βιούς. ἀνυπόδητος γὰρ διόλου διῆγεν, ἐνί τε χιτῶνι ἐκέχρητο, τὸ τοῦ Εὐαγγελίου φυλάττων ῥητόν.

Ἄγγελοι. οἱ ἄγγελοι μόνον τῇ τοῦ νοὸς καταλήψει εἰσὶ περιγραπτοί, οὔτε δὲ ἐν τόπῳ, οὐδὲ ἐν σώματι, οὐδὲ χρόνῳ. πρὸ γὰρ τοῦ ἡλίου ἡ γένεσις αὐτῶν. Ἀγγέλους πονηροὺς τοὺς τῆς τιμωρίας ὑπουργοὺς ἡ γραφὴ καλεῖ, ὥςπερ ἡμέραν πονηρὰν τὴν τῆς τιμωρίας. [Ὀργὴν δὲ καὶ θυμὸν καὶ θλῖψιν ἐπὶ θεοῦ τὰς πικρὰς τιμωρίας καλεῖ. οὐ γὰρ φύσιν, οὐδὲ προαίρεσίν φησιν.]

Ἀγένεια. ἡ δυσγένεια.

Ἀγεννῶς. ἀνάνδρως. καὶ ἀγεννὲς ἐπὶ τοῦ ἀσθενοῦς καὶ ἐπὶ δυσγενοῦς. καὶ Ἀγεννία ἡ ἀνανδρία καὶ ἡ δειλία. Ἔθεντο οὖν οἱ Ῥωμαῖοι σπονδὰς ἀγεννεῖς διὰ δέος πρὸς Οὔννους.

Ἀγενής. Ἰσαῖος. ἀντὶ τοῦ ἄπαις.

Ἀγέραστος. ἄτιμος.

Ἀγέροπτος. ὁ σπανίως ἐρχόμενος.

Ἀγερωχία. ὑπερηφανία. Ὅτι οἱ Σκύθαι εἰσὶν ὑπεροπτικοὶ καὶ λίαν ἀγέρωχοι. καὶ Ἀγέρωχος. ἔντιμος, ἀνδρεῖος. Ἀγαθίας· Ἵππου ἐπιβὰς εὐηνιωτάτου τε καὶ ἀγερώχου καὶ οἷον οὐκ ἄτακτα ἐξάλλεσθαι καὶ σκιρτᾶν. Καὶ αὖθις· Ὡς ἂν ἔσοιτο εὐκλεὴς τοῖς μετέπειτα καὶ ἀγέρωχος. ἢ Ἀγέρωχος, ὁ ἀλαζών.

Ἄγεστα. πολεμικὸν μηχάνημα ἐκ λίθων καὶ ξύλων καὶ χοῦ ἐγειρόμενον. Οἱ δὲ Ἀγεστά φασι τὸ τοιοῦτον μηχάνημα.

Ἄγεται. μνηστεύεται, ἐπὶ γάμον λαμβάνει. Αἰλιανός· Τὴν δὲ ἀδελφὴν αὐτῷ Ἰόβας ὁ Μαυροίσιος ἄγεται.

Ἄγετε. τὸ ἡγεῖσθε καὶ οἴεσθε.

Ἄγετος. ὄνομα κύριον.

Ἄγευστος θοίνης. ὁ τῆς εὐωχίας μὴ μετασχών. Ἄγευστος θοίνης. ἀστείως βίου ἔχων. Καὶ ἄγευστοι, ἄπειροι. Ἄγευστον διχῶς. ἢ γὰρ τὸ ἀχύμω-

---

3. ἡ ἀπὸ vulg., adversante vel Zonara p. 26. 5. Il. π'. 160. 6. Fidem vocis requirimus. 7. Il. β'. 480. 9. Ἀγγέλιος] Haec ex Socratis Histor. Ecclesiast. IV, 9. descripsit Suidas. *Pears.* 14. οὔτε δὲ ἐν τόπῳ] Contrarium de Angelis docet Athanasius Catena in Iob. c. 11. Ἄγγελοι ἐν τόπῳ εἰσίν, ἢ ἔνθα ἀποστέλλονται ἐκεῖ πάρεισι. Hunc locum acceptum refero Suicero in *Thesauro Ecclesiastico* v. Ἄγγελος: ubi plura lege. *Küst.* 15. ἐν χρόνῳ vulg. 16. Cf. v. Ἡμέρα πονηρά. Ceterum vehementer fallor aut nostrum in locum quod in Suidae plurimos (v. supra v. Ἀγαπητόν) cadit, ut integram sententiam, quamquam proposito scriptoris repugnantem, importuni lectores e comparatione posterioris articuli traduxerint. 18. καὶ θλῖψιν post τιμωρίας reposuit vulg.

3. Sic Anecd. Bekk. p. 328. et verbis paulo copiosioribus Harpocratio. Cf. Schömann. in Isaeum p. 204. 4. Respicitur Il. α'. 119. vel Hesiodi Theog. 395. 5. Ὁ σπανίως ἐρχόμενος] Apud Hesychium legitur ὁ σπανίως εὐχόμενος, i. e. qui raro vota facit: quod amplector. *Küst.* Hoc unum mihi constat glossam esse mendosam. 7. καὶ . . ἀνδρεῖος ante locum illum Ὅτι — ἀγέρωχοι transferenda videntur. Ὅτι — ἀγέρωχοι haud scio an ex Eunapii sententia quadam p. 47. sint adumbrata. 8. Ἀγαθίας I, 21. Posterior vero locus est diversi scriptoris; quamquam Agath. III, 7. habet οὐ μόνον εὐκλεῆ καὶ ἀγέρωχον. 13. Ἄγεστα] Vide Suidam infra vv. Ἄκεσσα et Ἔγεστα; item Ducangium in Glossar. Graec. et Meursium itidem in Glossar. v. Ἄκεστα. *Küst.* 14. Ἄγεστα] Lege Ἄκεσσα vel Ἔγεστα. *Küst.* Hoc probandum. 16. Eust. in Il. ξ'. p. 969, 22. οὕτω καὶ παρὰ τῇ συνηθείᾳ γυναῖκά τις ἄγεται. Cf. Valck. in Herod. IV, 78. 17. αὐτοῦ Küsteriana. Id est Alexandri, Antonio Triumviro nati: cf. Plut. Anton. 87. 19. Corruptionem quandam cum arguat illud τὸ Nostro parum familiare, tum comparatio Bekk. Anecd. p. 326. Ἄγεται. τὸ ἡγεῖσθαι καὶ οἴεσθαι. Suspicor equidem ἄγετε deleto novissima superioribus esse continuanda: ut quaedam intercident, quae spectarent ad notionem sentiendi declarandam. 22. Recte Portus vidit esse versum iambicum, in quo pro ἀστείως, tam propter metrum quam sensum, scribendum puto ἀθλίως, i. e. misere. *Küst.* Commentum mirificum. Bekk. Anecd. p. 326. ἀγεύστου (l. ἄγευστος, cf. Phrynich. Segu. p. 12.) θοίνης. ἀστείως βίου ἔχων. 23. διχῶς] Immo τετραχῶς, ut in uno MS. Paris. recte scriptum inveni. Ceterum cum hoc loco conferenda sunt quae leguntur infra v. Ἀόρατον. *Küst.* Adde v. Ψαιόν.

Ἀγελαιών. Locus gregis. Ἀγελαῖοι ἰχθύες. Vilesçet parvi pisces. Ἀγελείη. Minerva, sic appellata, quod praedam agat; sive militaris. Ἀγεληδόν. Adverbium. Ἀγελήτης βοῦς. Bos ex armento. Ἀγέληφι. Ex grege. Ἀγγελιαφόρος. Legatus. Ἀγγέλιος. Angelius. Hic Valentis tempore Constantinopolis fuit Episcopus, et vitam apostolicam vixit. semper enim discalceatus incedebat, et unicam gestabat tunicam, Euangelii praeceptis obsecutus. Ἄγγελοι. Angeli tantum mentis comprehensione circumscribi possunt. neque enim in loco, neque in corpore, neque in tempore existunt; ante solem quippe creati. Angelos malos tanquam supplicii ministros Scriptura vocat; quemadmodum diem malum appellat diem ultionis. [Iram autem, indignationem, afflictionem Deo tribuit, sic vocat acerbas poenas, non autem naturam et voluntatem eius.] Ἀγένεια. Generis obscuritas. Ἀγεννῶς. Ignave. Et ἀγεννὲς accipitur pro infirmo et ignobili. Et ἀγεννία, ignavia et timiditas. *Propter metum igitur Romani turpe foedus cum Hunnis inierunt.* Ἀγενής. Isaeus. De eo qui liberis caret. Ἀγέραστος. Inhonoratus. Ἀγέροπτος. Raro veniens. Ἀγερωχία. Superbia. *Scythae sunt supra modum fastuosi et superbi.* Item Ἀγέρωχος, honoratus, fortis. Agathias: *Cum equum conscendisset, frenis obedientissimum et generosum, et qui non indecore exultaret subsiliretque.* Et alibi: *Ut apud posteros clarus et gloriosus haberetur.* Praeterea significat ostentatorem. Ἄγεστα. Agger usus bellici e lapidibus, lignis et aggesta terra strui solitus. Alii vero machinam huiusmodi vocant egesta. Ἄγεται. Uxorem petit, in matrimonium accipit. Aelianus: *Sororem vero eius Iuba Mauretaniae rex in matrimonium ducit.* Ἄγετε. Ducitis vel putatis. Ἄγετος. Nomen proprium. Ἄγευστος θοίνης. Qui convivii particeps non fuit. Ἄγευστος θοίνης. i. e. elegantiis vitae perfruens. Item ἄγευστοι, inexperti. Ἄγευστον quadruplici sensu

τον μὲν τέως, δυνάμενον δὲ χυμωθῆναι, ὡς τὸ ὕδωρ· ἄποιον γὰρ ὂν δύναται χυμωθῆναι. ἢ τὸ ταῖς ἄλλαις αἰσθήσεσιν ὑποκείμενον, ὡς ὁ ψόφος. ἢ τὸ μικρὰν ἔχον γεῦσιν, ὡς τὰ ὑδαρὰ τῶν ῥοφημάτων. ἢ τὸ κακὴν ἔχον γεῦσιν, ὡς τὰ δηλητήρια. Καὶ δῆλον ὅ τινων τούτων ἀντιλαμβάνεται ἡ γεῦσις, καὶ τίνος μή. Καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων δὲ αἰσθήσεων τὰ δ' ταῦτα γινώσκεται σημαινόμενα. Ἀρχὰς δὲ τῶν γευστῶν τὸ ποτὸν φασι καὶ τὸ ἄποτον. εἰς ταῦτα γὰρ πρότε-
ρον διαιρεῖται τὸ γευστόν. καὶ γὰρ ἐν τῷ ὑγρῷ μά- 10
λιστα καὶ ὁ χυμὸς ἐκ τῆς ἐπιμιξίας τῶν ξηρῶν προσγενόμενος. καὶ ὥσπερ τὸ ποτὸν πότιμον γίνεται διὰ τὴν ἐπιμιξίαν τοῦ χρηστοῦ χυμοῦ, οὕτω καὶ τὸ ἄποτον διὰ τὴν ἐπιμιξίαν τοῦ ἀπότου χυμοῦ. Ἀμφότερα δέ, τό τε ἄποτον καὶ τὸ ποτόν, γευστά. γευ- 15
στὸν δὲ τὸ ἄποτον οὐχ ὡς τελειωτικόν, ἀλλ' ὡς φθαρτικὸν τῆς γεύσεως διὰ μοχθηρίαν χυμοῦ· τὸ δὲ ποτὸν ὡς σωστικόν τε καὶ τελειωτικὸν τοῦ κατὰ φύσιν γευστικοῦ. Ἄρχει οὖν τῶν γευστῶν κατὰ τοῦτον τὸν λόγον τὸ ποτὸν καὶ τὸ ἄποτον. Ἐπεὶ δὲ 20
τὸ ποτὸν ὑγρόν, τὸ δὲ ὑγρὸν τῇ ἁφῇ ἀντιληπτόν· ὡς μὲν ὑγρὸν ἁπτόν, ὡς δὲ τοιόνδε χυμὸν ἔχον γευστόν. Τοῦτο οὖν κοινὸν ἁφῆς καὶ γεύσεως, τῆς μὲν ἁφῆς ὡς ἴδιον αὐτῆς αἰσθητόν, τῆς δὲ γεύσεως ὡς ὕλη καὶ ὄχημα τῶν γευστῶν.

Ἀγγείδιον. τὸ μικρὸν ἀγγεῖον.

Ἄγειν καὶ φέρειν. τὸ ληστεύειν καὶ ἁρπάζειν. Ἄγειν δὲ καὶ ἀπάγειν χρήματα καὶ ἐπὶ ἀψύχων, καὶ κομίζειν ἀδιαφόρως. Ὁ δὲ ἐπεὶ ἐπεραιώθη εἰς τὸ κατ' ἀντικρὺ τοῦ ῥείθρου, παραχρῆμα τάς τε κώμας ἐνεπίμπρα τῶν Σκλαβηνῶν καὶ ἐσύνετο τοὺς 10 ἀγροὺς, ἠγέ τε καὶ ἔφερεν ἅπαντα, οὐδενός πω τῶν ἐκεῖσε βαρβάρων θαῤῥήσαντος οἱ εἰς χεῖρας ἐλθεῖν, εἰς τὰ λάσια καὶ κατηρεφῆ τῆς ὕλης καταπεφευγότων.

Ἀγείρας. ὁ χωλός.

Ἀγείρει. συνάγει. καὶ ἀγείρουσιν. Ὁ γὰρ τρόπος ἱερὸς ἦν καὶ οὐδὲν ἰδιικὸν τοῖς ἀγείρουσιν. Καὶ αὖθις· Ὁ δὲ λαθεῖν θέλων ξυρεῖται τὴν κεφαλὴν καὶ τὸ γένειον, καὶ στολὴν Αἰγυπτίαν ἀναλαβών, ἣν οἱ τῆς Ἴσιδος θεραπευτῆρες ἧσθηνται, καὶ σεῖστρον ἐπισείων καὶ πόλιν ἐκ πόλεως ἀμείβων καὶ τῇ θεῷ ἀγείρων, καὶ ἀναγκαίας τροφὰς, λιμοῦ φάρμακα, ἀγαπητῶς λαμβάνων.

---

8. 9. *Ἀρχὰς δὲ τῶν γευστῶν τὸ ποτὸν φασι*] Haec procul dubio sumpta sunt ex aliquo interpretum Aristotelis, ad verba illa Philosophi *de Anima* II, 10. *Δοκεῖ δὲ εἶναι ἀρχὴ τὸ ποτὸν καὶ ἄποτον. γεῦσις γάρ τις ἀμφοτέρα* etc. Quis autem sit iste interpres investigare non potui. Simplicius quidem et Iohannes Philoponus similia his ad locum istum Aristotelis afferunt; non tamen inde Suidam sua descripsisse apparet. *Küst.* 10. *καὶ γὰρ*] immo *καὶ γίνεται*.

5. Eadem Bekk. Anecd. p. 325. Zonar. p. 34. pari verborum confusione: cf. Kulenkampiana in Ammonio Lips. p. 5. 7. Menandri Exc. Legg. p. 405. 12. *λάσια δέ* Menand. 14. *Ἀγείρας. ὁ χωλός*] Locum hunc esse corruptum recte monuit Portus, qui pro *ὁ χωλός* legendum putat *ὁ πτωχός*: quod non displicet. Potuit tamen etiam Suidas scripsisse, *Ἀγείρας, ὀχλαγωγός*, quoniam Hesychius vocem *Ἀγύρτης* sic interpretatur, addens, *ἴσως δὲ καὶ ὁ ἀγείρων ὄχλον*. *Küst.* Alberti misc. in Suid. post gloss. Gr. p. 267. contulit Ioseph. B. Iud. VI, 12. sive V. 11. *Ἀγείρας* (sive *Χαγείρας*), *ὅπερ σημαίνει χωλός*. Schulzius obss. misc. in Suid. p. 21. *ἄχειρος. ὁ χ.* 15. In *Ἀγείρουσιν* explicationem frustra desiderat Schweighäus. opusc. acad. II. p. 37. Philostrati locus V. Apoll. IV, 39. 16. *ἦν*] *ἐδόκει* Philostr. 17. Probabiliter hanc incerti scriptoris narrationem ad casus Volusii (v. Appian. B. Civ. IV, 47.) refert Schweigh. l. l. p. 139. Color quidem orationis cum Aelianum redoleat, tum prodit etiam vox illi dilectissima *θεραπευτήρ*, de qua v. Toup. p. 287. et v. *Θεραπευτῆρες*. Partem levi cum varietate repetit v. *Σείστρον*: probandum certe *ξυρεῖ*. 20. 21. Quae Küsterus olim prolixe de metragyrtis exposuit, disertius persecutus est Ruhnk. in Tim. p. 10. 11.

---

accipitur. Aut enim significat id quod saporis quidem expers est, sapore tamen imbui potest, ut aqua: quamvis enim aqua sit expers qualitatis, potest tamen accipere saporem. Aut id quod aliis sensibus subiectum est, ut strepitus. Aut quod exiguum habet saporem, ut sorbitiones, aqua multa dilutae. Aut quod malum habet saporem, ut venena. Manifestum autem est, quaenam ex his gustum afficere possint, quae contra. Atque in caeteris etiam sensibus haec quattuor significationes locum habent. Principia autem rerum, quae gustatu percipiuntur, aiunt esse id quod sive potui est sive non: in haec enim primum dividitur id, quod sub gustum cadit. Quippe etiam sapor in humido potissimum consistit, siquidem ex aridorum accessu concreverit. Iam ut quicquid est potui propter admixtionem boni saporis fit potu gratum, ita potui non est, si cui malus sapor accesserit. Utrumque vero, sive quid potui est sive non, sub gustum cadit: posterius quidem non ut efficiens, sed ut destruens gustum, propter malum saporem; prius autem ut conservans et efficiens facultatem naturalem gustandi. Quapropter res gustatus sunt ei subiectae, quod et potui est et contra. Quoniam vero, quicquid est potui, liquidum; liquidum vero tactu percipi potest: quatenus quidem est liquidum, sub tactum cadit, quatenus autem aliquem saporem praebet, sub gustatum cadit. Hoc igitur tactui et gustatui commune est: tactui quidem ut proprium eius sensile, gustatui vero ut materia et vehiculum rerum illi subiectarum. *Ἀγγείδιον*. Parvum vas. *Ἄγειν καὶ φέρειν*. Praedari et rapere. Ceterum tam de rebus quam de personis usurpantur promiscue *ἄγειν, ἀπάγειν, κομίζειν*. *Ille vero cum in adversam fluminis ripam perrenisset, confestim incensis Sclavenorum vicis agros vastavit, omniaque diripuit, nemine barbarorum proelium cum ipso inire audente, quippe qui in dense et opaca silvarum fuga se recepissent.* *Ἀγείρας*. Claudus. *Ἀγείρει*. Colligit. Item *ἀγείρουσι*. *Ille enim pecuniae colligendae mos sacer erat, et nullo modo similis mendicantium instituto.* Et rursus: *Ille vero latere volens caput barbamque rasit, et Aegyptia veste assumpta, qualem Isidis cultores gestant, et sistrum quatiens de urbe in urbem profectus est, Deae stipem colligens, et necessaria alimenta ad propulsandam famem libenter accipiens.*

Ἀγή. Θαῦμα, χαρά, ἀπιστία, ζῆλος. παρ' Ἡροπ[1]δότῳ βασκανία, παρ' Ὁμήρῳ ἔκπληξις. πληγή, θραῦσις, κλάσις, ἀπώλεια. ἔνιοι ἱερεῖα. Ἄγη μὲν οὖν παροξυτόνως ἡ ἔκπληξις, ἀγὴ δὲ ἡ κλάσις τοῦ κύματος.

Ἀγηγέρατο. συνηθροίζοντο.

Ἀγηλατεῖν. διώκειν, φυγαδεύειν, ἐπιτάττειν. Ἡρόδοτος, ὑβρίζειν.

Ἀγηλατεῖν. ὡς ἄγος καὶ ἐναγεῖς τινας ἀπελαύνειν. ἐὰν μὲν δασέως, τὸ τὰ ἄγη ἀπελαύνειν· ἐὰν δὲ ψιλῶς, ἀντὶ τοῦ ἀπελάσειν.

Κλαίων δοκεῖς μοι καὶ σὺ χὠ συνθεὶς τάδε
ἀγηλατήσειν.

Καὶ Ἡρόδοτος· Ὁ δὲ σὺν μεγάλῃ χειρὶ ἀπικόμενος ἀγηλατέει ἑπτακόσια ἐπίστια Ἀθηναίων.

Ἀγηλατοί. οἱ κερασταί. ἀγηλατεῖ δὲ ῥῆμα, ἄγει, κερασταῖ, ἢ διώκει.

Ἀγῆλαι. τιμῆσαι θεόν, ἀγλαΐσαι. Οὕτως Εὔπολις Δήμοις·

Ἀναθῶμεν νῦν χἡμεῖς τούτοις ταῖσδὶ τὰς
εἰρεσιώνας,
καὶ προσαγήλωμεν ἐπελθόντες. χαίρετε.
Πάντες δεχόμεσθα.

Ἀριστοφάνης Εἰρήνῃ·

Καί σε θυσίαισιν ἱεραῖσι προσόδοις τε
μεγάλαις ἰδίᾳ
πάντες ὦ πότνι' ἀγαλοῦμεν ἡμεῖς ἀεί.

Ἕρμιππος Ἀρτοπώλισι·

Φέρε νῦν ἀγήλω τοὺς θεοὺς ἰοῦσ' ἐγὼ
καὶ θυμιάσω, τοῦ τέκνου σεσωσμένου.

Ἀγήλειεν. τιμήσειεν. Ὅτι Μουκιανὸς δ' Ῥωμαῖος τιμᾶσθαι ὑφ' ἁπάντων ὑπὲρ πάντας ἤθελε, καὶ ἤχθετο εἰ καί τις οὐχ ὅτι ὑβρίσειεν αὐτόν, ἀλλ' ὅτι μὴ οὐ μεγάλως ἀγήλειεν.

Ἄγημα. τὸ προϊὸν τοῦ βασιλέως τάγμα ἐλεφάντων καὶ ἵππων καὶ πεζῶν. οἱ δὲ τὸ ἄριστον τῆς Μακεδονικῆς συντάξεως, κραταιὸν ὁπλίσει καὶ σωμάτων εὐεξίᾳ.

Ἀγηνορίη. ἡ αὐθάδεια.

Ἀγηνόριον. ὄνομα τόπου.

Ἀγήνωρ. ὁ ἄγαν ἀνδρεῖος ἢ ἀγαστὸς ἐν ἀνδρείᾳ· παρὰ τὸ ἄγαν τῇ ἠνορέῃ, ὃ ἔστιν ἀνδρείᾳ χρῆσθαι. [28] σημαίνει δὲ τὸν ὑπερήφανον καὶ αὐθάδη. ἔστι δὲ καὶ κύριον ὄνομα.

Ἀγηοχώς. ἐνέγκας.

Ἀγήραον. ἄφθαρτον.

---

1. Ἀγή — ἱερεῖα Bekk. Anecd. p. 326. et Etym. M. p. 9. Ἡροδότῳ VI, 61. cuius nomen Etymol. M. reddidit Valck. Opusc. II. p. 124. 2. παρ' Ὁμήρῳ Il. φ'. 221. ἄγη μ' ἔχει, quae formula binis Odysseae locis repetitur. πληγή et quae sequuntur nihil ad Homerum faciunt. 3. ἱερεῖα quo spectet incertum. 6. Il. δ'. 211. 7. V. Gloss. Herod. p. 354. Schw. 8. Ἡρόδοτος V, 72. quem locum v. 14. ascripsit. 10. 11. E Scholiis Sophoclis, cuius orationem infra posuit, Oed. R. 402. haec ita sunt restituenda, ut ἀπελάσειν in superioris ἀπελαύνειν locum succedat, postremo βασιλεύσειν emendetur. Ad eundem versum spectare videtur Etym. M. p. 10, 34. nam quod editur ἀγηλατίζειν nihili est. 16. ἀγήλατοι Küst. coniecit. Nihil reliquum esse videtur quam ut ἀγηλάτῳ. κερασνῷ ad Lycophronis normam v. 436. (ubi v. Bachm.) restituantur. V. Phavorini Ecloga p. 76. 18. ἀγλαΐσαι, quod praestant Etym. M. et Anecd. Bekk. p. 328. (ubi quae in v. 31. extant, Ἀγλαΐσαι. οὕτως Εὔπολις, apparet a superioribus divulsa fuisse) deinceps comparandi, Sallier. in Tho. M. p. 5. Edd. ἀγλαΐας. 20. Emendavit Porsonus ap. Gaisf. in Hephaest. p. 278. Edd. τὰς διττὰς εἰρ. 23. δεχόμεσθα Küst. δεχόμεθα Edd. Ceterum refinxi vulgarem distinctionem, χαίρετε πάντες. δεχ.

2. προπίπτειν — ῥύπου] προσπίπτειν — ῥύπον E. 3. Glossarum hunc ordinem instituit *V. Ἄσημον· Ἀσήμαντα· Ἀσηκόρος. ἀκηδιαστής] Sic Zon. p. 311. πρωτοδικαστής V. C. sive MS. H. Stephani in Thes. Ind. Similis error in v. Λεόντιος μοναχός. De quo monuit etiam Albertius in Hesychium. 4. Zon. p. 322. 5. Καὶ Ἀσημάντοις, ἀφυλάκτοις] Haec nota referenda est ad locum illum Homeri Il. κ'. 485. Ὡς δὲ λέων μήλοισιν ἀσημάντοισιν ἐπελθών. Scholiasta ibi vocem ἀσημάντοισιν exponit, ἀφυλάκτοις, ἀφροντίστοις, μὴ ἔχουσι ποιμένα: quae vera est interpretatio. Σημαίνειν enim apud veteres Graecos etiam significabat *imperare*, *regere*, *praeesse*. Unde apud Homerum σημάντωρ λαῶν dicitur, *qui populo praeest*, sive *rector populi*. Hinc igitur ἀσήμαντοι dicuntur, *qui rectore et duce carent*: et ἀσήμαντα μῆλα in dicto loco Homeri, *pecudes* vel *oves*, *quae pastorem non habent*. Repudianda ergo est observatiuncula, quam Suidas paulo post addit, ἡ δὲ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν σφραγίδων. Ἀσήμαντος enim non per translationem aliquam, sed proprie significat custode vel rectore carens, quoniam verbum σημαίνειν non solum accipitur pro sigillo aliquid obsignare, sed etiam aliis praeesse et imperare, ut ante diximus. Küst. Lex. Seg. p. 451. 9. ἀγεννής] ἀγενής A. V. C. Mox cum A. B. C. V. E. delevi gl. Ἀσηρή. ἀκάθαρτα. 10. Ἄσηρος] Ἄσπτος coni. H. Steph. Thes. Ind. 11. Lex. Seg. p. 452. 13. Ἀριστοφάνης] Thesm. 126. Vide etiam Etymologum v. Ἀσιάτις. Küst. Ex Etymologico sive Zon. p. 318. lacuna petita est, quam post Ἀσιάτιδος κρούματα insertam delevi cum A. B. C. V. E. Εἴρηται δὲ Ἀσιῆτις ἡ τρίχορδος κιθάρα, ὅτι ἐν τῇ Ἀσίᾳ πόλει τῆς Λυδίας, κειμένῃ ἐν Τμώλῳ τῆς Λυδίας, πρῶτον εὑρέθη. ἢ ἀπὸ Ἀσίου τοῦ Λυδοῦ. Ceterum κιθάραν Ἀσιῆτον extat apud Strab. X. p. 471. κιθάρα Ἀσιὰς apud Schol. Apollon. II, 777. cf. Küst. in Arist. Thesm. 126. Iam quod subiicitur ἢ Ἀσιάτιδος κρούματα, ferri posset tanquam scripturae quaedam diversitas ad Aristophanem referenda; nunc cum de hoc genere nihil in Comici libris repertum fuerit, credibile κιθάραν Ἀσιᾶτιν esse memoratam, per scribarum torporem oblitteratam. 14. ἡ τῆς] ἡ om. A. B. C.

1. Ἀσίνιος Πωλίων A. B. Ἀσίννιος Πωλλίων Edd. Vide infra v. Πωλίων ὁ Ἀσίνιος: ubi quod affertur opus περὶ τοῦ ἐμφυλίου τῆς Ῥώμης πολέμου, ὃν ἐπολέμησαν Καίσαρ τε καὶ Πομπήιος, id ad amussim convenit historiis Romanis septemdecim (XVI. e Suida tradit Bährius Hist. Litt. Rom. p. 388. nescio quo pacto) volumina complexis. Neque posteriore loco crediderim Pollionem Graecum male cum Asinio Pollione misceri, quippe quem nemo prodiderit de rebus Graecis Latine scripsisse. Quid quod Plutarchus ab recentioribus quibusdam reprehensus, cum Graecam orationem ex Asinii commentariis Caes. 46. excitarit, recte fecisse censebitur, si popularis sui historiam indicavit. His igitur consentaneum ut aut universam istam Pollionis memoriam ad Trallianum referamus, aut priorem partem, id quod Ῥωμαίος suadet, id illustrem ducem Antonianum traducamus, alteram Graeculo relinquamus. Illud tamen vehementer iam prodigatur, quod adhuc creditum est, Asinii bellum civile Horatio celebratum XVII. libros tenuisse. 4. Ἄσιος] De eo vide v. Παλλάδιον. Küst. De Asio philosopho et τελευτῇ vid. in Παλλάδιον. Ἄσιος ὁ Ἀμφιπτολέμου Σάμιος ἐποίησεν ἐν τοῖς ἔπεσι Pausan. Achaic. c. 4. Reines. Qui quae de Asio poeta congessit, ea praetermittenda duximus. 5. Ἀσιῶν] Ἀσιών dedi cum A. Theognostus p. 38. Ἀσιῶν Ἀσιῶνος· δηλοῖ δὲ ὄνομα ὄρους. 6. ἄρτον] ἄρτον ἢ ἕτερα σιτία E. 7. Ἀσιχίνη agnoscit Zon. p. 318. 9. Ἀσθενοῦντας] Ex Schol. Aristoph. Pac. 635. ἐνδείᾳ ὄντας] ἀδυναμίᾳ ὄντας ἢ ἐνδείᾳ E. 10. Ἀριστοφάνης] In Pace 637. 11. Post ἀσθενοῦντας delevi cum A. V. C. glossam: Ἀσθήσεται. ἐκ τοῦ ἄδω τὸ ψάλλω. 12. Ἀσθμάζειν] His firmandis si locus est Babrii subiectus, apparet ordinem verborum cum Knochio in Babr. fr. 5. fuisse invertendum: καὶ Ἀσθμαίνειν, ἀντὶ τοῦ ἀσθμάζειν, τ. πν. Vereor tamen ut ἀσθμάζειν quasi popularis vox ad interpretationem potuerit conferri. Malim igitur, Lex. Seg. p. 451. praeeunte, repeti verbum ἀσθμαίνειν hunc in modum: καὶ ἀσθμαίνειν, τουτέστι πνευστιᾶν. Quamquam praestabat novam glossam constitui, Ἀσθμαίνειν. πνευστιᾶν. Βάβριος. Cf. Hesychius. 14. Οἷά τις] Fragmentum hoc Babrii referendum est ad fabulam illam, quae fert leonem aliquando, morbo simulato humi decumbentem, animalia sine metu ad se accedentia dilacerasse. Fabula nota est ex Mythographis. Küst. Recurrit locus in v. Σπήλυγξ.

---

meum replerit, ut propter aegritudinem mihi vomendum sit. Ἀσηκόρος. Taedio confectus. Ἀσήμαντα. Nullis sigillis obsignata. *σημεῖα* enim vocabant sigilla. Et Ἀσημάντοις, incustoditis, vel nullum rectorem habentibus. translatio ducta est a sigillis. Ἄσημον. Ignobile. item quod nihil significat. Et Ἄσημος, ignobilis. Ἄσηρος. Qui nullos habet vermes. Ἀσηρώθ. Nomen proprium. Ἀσία. Asia, regio Orientalis. Et Ἀσιάδος (sive Ἀσιάτιδος) κρούματα, sonus, quem cithara Asiatica pulsata reddit. Aristophanes. Et Ἀσιῆτις γῆ, terra Asiae. Ἀσίνιος. Asinius Pollio, Romanus, scripsit historiae Romanae libros XVII. primusque historiam Graecam stilo Latino exposuit. Ἄσιος. Nomen proprium. Ἀσιών. Mons. Ἀσιτῶ. Panem non comedo. Ἀσιχίνη. Nomen proprium. Ἀσθένεια. Aerumna, morbus, infirmitas. Et Ἀσθενοῦντας, inopia laborantes. calamitatem enim morbum etiam vocant. Aristophanes: *Pauperes inopia laborantes.* Ἄσθμα. Spiritus. Et Ἀσθμάζειν, anhelare. Babrius: *Ut aegrotus humi cubabat, anhelitum simulans*

Ἀσκαλαβώτης. ὁ γαλεώτης. οὐχὶ καλαβώτην λέγουσι· μᾶλλον δὲ γαλεώτην. Μένανδρος·

Οὗτοσὶ δὲ γαλεώτης γέρων.

Ἀσκάλαφος. παρὰ τὸ ἀσκελὲς τῆς ἀφῆς, ὁ λίαν σκληρός.

Ἀσκαλωνίτης. ὄνομα κύριον.

Ἀσκαμωνία. εἶδος βοτάνης ἰατρικῆς.

Ἄσκαντος. ἡ μικρὰ κλίνη. τὸ πτωχὸν κλινίδιον. ἢ Ἀσκάντης, κλίνη μὴ ἔχουσα κάνητα· κάνης δὲ ὁ ψίαθος· ἢ ὁ σκίμπους· ἢ δίφρου τι εἶδος· οἱ δὲ τὸν κράββατον. Ἀριστοφάνης Νεφέλαις·

Ἕξει τὸν ἀσκάντην λαβών.

351 Ἀσκαρδαμυκτί. χωρὶς τοῦ μύειν, ὃ ἔστιν ἀγρίως βλέπειν. Καὶ Ἀσκαρδάμυκτον. Ἀριστοφάνης·

Βλέψον εἰς ἔμ' ἀσκαρδάμυκτον.

τουτέστι μὴ μύσας τοὺς ὀφθαλμούς. τὸ δὲ σκαίρειν καὶ μύειν τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ πυκνῶς βλεφαρίζειν, σκαρδαμύσσειν λέγεται καὶ ἰλλωπεῖν. ἀσκαρδαμυκτεῖν οὖν τὸ ἄνω βλέπειν. οἷον, ἀτενὲς βλέψον εἰς ἐμέ.

Ἀσκελές. ἀδιαλείπτως.

Ἀσκέπαρνον. ἄξεστον, ἄγλυφον, ἀπελέκητον, οὐκ εἰργασμένον. Σοφοκλῆς·

Κἀπὶ σεμνὸν ἑζόμην
βάθρον τόδ' ἀσκέπαρνον.

Ἀσκέραι. ὑποδήματα Ἀττικά. ἢ εὐθεῖα ἀσκέρα.

---

1. Ἀσκαλαβώτης. ὁ γαλεώτης] Ἀσκαλαβώτην Lex. Seg. p. 452. καλαβώτην] An κωλώτην? Vide Hesych. v. Κωλώτης. Küst. Pro καλαβώτην Küsterus κωλώτην scribendum conicit, refutatus a nupero Philes editore, qui p. 120. σκαλαβώτην corrigit. Neuter adeo male; quamvis posterius magis placeat. Καλαβώτην tamen e Suida nondum eiecerim ob Hesychii auctoritatem, qui post τοὺς κωλώτας Argivis καλαβύστας dictos fuisse tradit non tantum, sed ipsum illud καλαβώτης habet in v. Καλαβάς, et paulo post. Occurrit praeterea καλαβώτης apud τοὺς ὁ Levit. XI, 20. Proverb. XXX, 28. Albert. Misc. Critt. p. 273. καλαβώτης E. omisso statim λέγουσι, et addito φησὶ post γαλεώτην. Utramque vocem, et ἀσκαλαβώτης et γαλεώτης probat Schol. Aristoph. Nub. 169. Porsonus δν καὶ καλαβ. refingebat. 2. Μένανδρος] Menandri locus ex Eunucho: quod Donatus indicat ad Terent. Eun. IV, 4, 22. Hemst. Ed. Meinek. p. 69. 3. Οὗτοσὶ] Οὗτοσὶ V. οὗτος Lex. Seg. in hoc desinens. οὗτός ἐστι Donati scripturam improbat Porsonus. Post γέρων delevi cum A. B. V. C. E. quae irrepserunt e Zon. p. 311. Ἔστι δὲ ζωύφιον ἐοικὸς σαύρᾳ, ἐν τοῖς τοίχοις τῶν οἰκημάτων ἑρπον· ἢ καὶ ὁ ποντικὸς καὶ ἡ κοινῶς λεγομένη νυμφίτζα. Ubi Küsterus: „Ἔστι δὲ ζωύφιον] Eodem modo animal hoc describit Michael Ephesius in Aristot. de Animalium gressu fol. 186. Ἔστι δὲ ὁ ἀσκαλαβώτης ζῷον ὅμοιον σαύρᾳ, βραχύτερον δὲ σαύρας, καὶ ἐν τοῖς τοίχοις καὶ τείχεσι διατρῖβον τὰ πολλά." Idem deinceps: „νυμφίτζα] Apud Diodorum Siculum lib. I, 83. inter cetera animalia, quae Aegypti religiose colebant, recensetur etiam νυμφίτζα, vel ut ibi legitur νυφίτζα. Verba historici haec sunt: Σέβονται γὰρ ἔνια τῶν ζῴων Αἰγύπτιοι καθ' ὑπερβολήν, οὐ ζῶντα μόνον, ἀλλὰ καὶ τελευτήσαντα· οἷον τούς τε αἰλούρους καὶ τοὺς ἰχνεύμονας καὶ νυφίτζας καὶ κύνας etc. Sed cum vel ex terminatione appareat, vocabulum illud esse Graeco-barbarum et recentioris aevi, facile assentior pererudito iuveni Iosepho Wassio, collegi Reginalis hic Cantabrigiae socio, qui censet vocem illam a librariis in textum Diodori intrusam esse." Küst. 4. ἀσκελές] ἀσκελὲς dedi cum Zon. p. 311. et A. qui in fine ὁ κληρός. Nihil mutat Etym. M. p. 154. 6. Ἀσκαλωνίτης] Sic A. B. E. *V. Edd. ante Gaisfordum: Ἀσκαλών. πόλις Συρίας, ἀπὸ ἀδελφοῦ τοῦ Ταντάλου. ὁ πολίτης Ἀσκαλωνίτης. Deest gl. A. C. Vide Choeroboscum Cram. p. 169. 7. Ἀσκαμωνία] Vera fortasse est coniectura Porti, qui ἀσκαμωνία corruptum esse censet ex ἡ σκαμωνία: cuius herbae et Suidas infra et Paulus Aegineta lib. VII, 3. mentionem faciunt. Küst. Continuo cum A. C. delevi glossam: Ἀσκανία. λίμνη ἐν Νικαίᾳ. 8. Ἄσκαντος] Vide Etymologum. Küst. πτωχὸν] μικρὸν C. 9. V. Moeris p. 58. et Lex. Seg. p. 452. κάνητα] κάννην Zon. p. 311. 10. ἢ ὁ σκίμπους] Ex Schol. Aristoph. Nub. 633. 11. κράββατον] κράββατον dedi cum A. B. C. *V. item in Σκίμπους. 13. Ἀσκαρδαμυκτί] Porphyr. de Vit. Pythag. p. 13. ἀναβλέποντα πρὸς ἥλιον ἀσκαρδαμυκτεί. Leg. ἀσκαρδαμυκτί. Vid. Eustrat. in Aristot. Ethic. VI. p. 93. A. Bentleius in Horat. I, 3, 18. p. 12. Burm. τοῦ μύειν] τοῦ om. C. V. habet Zon. p. 328.

1. Ἀριστοφάνης] Eqnit. 292. Hoc et Aristophanis locum om. C. V. 3. εἰς ἐμὲ Edd. Scribendum εἰς μ. In fine quod praebent ἀσκαρδάμυκτον A. B. E. cum lemmata Schol. Aristophanis, id etsi cum optimis Comici libris debuit ἀσκαρδάμυκτος dici, praetolimus tamen editae scripturae, quam Lex. Seg. p. 452. tenet ἀσκαρδαμυκτί. Eodem ducit καὶ Ἀσκαρδάμυκτον, sive putamus id ad versiculum nostrum referri, sive profectum ab lectionis varietate. 4. τὸ δὲ σκαίρειν — ὀφθαλμούς om. B. E. C. Haec olim in v. Σκαρδαμύττει erant transcripta. 6. ἰλλώπτειν] ἰλλωπτεῖν nos cum Schol. (ubi supra σκαρδαμυκτεῖν) ἰλλώπειν A. ἰλύπτειν B. ἰλάπτειν E. 7. οἷον, ἀτενὲς] καὶ τὸ ἀσκαρδάμυκτον ἀτενῶς E. Post ἐμέ V. C. addunt Ἀριστοφάνης. 8. Ἀσκελές] Hom. Od. δ. 68. Zon. p. 328. 9. Ἀσκέπαρνον] Ex Schol. Sophocl. Oedip. Col. 101. 13. Ἀσκέραι. ὑποδ.] Vide Schol. Lycophronis v. 855. Küst. Lex. Seg. p. 452. et Zon. p. 319. Hemsterhusius in Polluc. X, 50. „Suidas an corruptus sit, qui vocem illam ὑποδήματα Ἀττικά interpretetur, non mihi compertum habeo." Pollux quidem VII, 85. huius rei nullum posuit indicium. Fuit cum reponere conarer ὑποδήματα ἀστικά, vel quod in rem magis convenit ἰδ. ἰδιωτικά. Ceterum Albertius in Hesychium Πειραικά. ἀσκέρα] ἡ ἀσκέρα E.

Ἀσκαλαβώτης. Stellio. Non admittitur καλαβώτης, sed potius γαλεώτης. Menander: Hic vero senex stellionis instar. Ἀσκάλαφος. Valde durus, ab ἀσκελὴς et ἁφή. Ἀσκαλωνίτης. Ascalonites. Ἀσκαμωνία. Genus herbae medicae. Ἄσκαντος. Parvus lectus, mendici lectulus. Vel Ἀσκάντης, lectus non habens stoream. κάνης est enim storea, vel lectus humilis, vel sellae genus, alii vero grabatum sic appellant. Aristophanes Nubibus: Exi cum grabato. Ἀσκαρδαμυκτί. Oculis fixis: cum oculis trucibus intuemur. Aristophanes: Aspice me oculis fixis, sive, oculis non connivantibus. σκαρδαύσσειν enim sive ἰλλωπεῖν dicitur oculos crebro claudere, vel oculis nictare et connivere. huic est contrarium ἀσκαρδαμυκτεῖν, immotis oculis aliquem intueri. Ἀσκελές. Assidue. Ἀσκέπαρνον. Rude, impolitum, non elaboratum. Sophocles: Et in veneranda hac et nulla arte polita sede consedi. Ἀσκέραι. Calceamenta Attica, rectus casus est ἀσκέρα.

Ἄσκευον. ἀντὶ τοῦ ἀπαράσκευον, ἄνευ ὅπλων. καὶ ὁ Θεολόγος· Βίον ἄσκευον καὶ ἀπέριττον.

Ἀσκηθής. ἀβλαβής, ὑγιής.

Ἀσκήσασα. κοσμήσασα, μετ' ἐπιμελείας ὑφάνασα.

Ἄσκησις. ἐγκράτεια.

Ἄσκησιν. ἀγωνίαν, καὶ ὡς ἡμεῖς τὸ δεδιέναι καὶ προσδοκᾶν τὸ μέλλον λέγουσιν. οἱ παλαιοὶ καὶ Πλάτων καὶ ἀσκητὰς καὶ ἀθλητὰς λέγουσιν.

Ἀσκητικόν. μέγα. Ἀριστοφάνης·

Καὶ μὴν ὁρῶ τοὺς Ἀθηναίους,
ὥσπερ παλαιστὰς ἄνδρας ἀπὸ τῶν γαστέρων
θἠμάτι' ἀποστέλλοντας, ὥστε φαίνεται
ἀσκητικόν τι χρῆμα τοῦ νοσήματος.

Καὶ Ἀσκητικός, φιλομαθής, φιλόσοφος.

Ἀσκητός. μετ' ἐπιμελείας κεκοσμημένος.

Θηλυχίτων ἀσκητὸς εὐσπείροισι κορύμβοις.

Ἀσκληπιάδης, Διοτίμου, Μυρλεανός· πόλις δέ ἐστι Βιθυνίας, ἡ νῦν Ἀπάμεια καλουμένη· τὸ δὲ ἄνωθεν γένος ἦν Νικαεύς· γραμματικός, μαθητὴς Ἀπολλωνίου. γέγονε δὲ ἐπὶ τοῦ Ἀττάλου καὶ Εὐμενοῦς τῶν ἐν Περγάμῳ βασιλέων. ἔγραψε φιλοσόφων βιβλίων διορθωτικά. ** ἐπαίδευσε δὲ καὶ εἰς Ῥώμην ἐπὶ Πομπηίου τοῦ μεγάλου, καὶ ἐν Ἀλε-

---

1. Ἄσκευον] Lex. Seg. p. 452. et Zon. p. 311. Vid. Sophocl. Electr. 36. 2. ὁ Θεολόγος] Gregor. Naz. Or. XX. p. 357. B. Hemsterhusius in Polluc. X, 15. „Quem ex Nazianceno locum adducit, non ad illum significatum congruit; nam ἄσκευος et ἀπέριττος βίος vita et libera, facilis, neque ullis impedita instrumentis." 3. Ἀσκηθής] Hom. Il. κ'. 212. 4. Ἀσκήσασα] Hom. Il. ξ'. 179. Vid. Hesychius, Lex. Seg. p. 452. et Zon. p. 325. 7. Ἄσκησιν] Lex. Seg. p. 452. desinens in λέγουσιν. „Legendum potius et distinguendum: Ἄσκησιν. ἀγωνίαν. Ἀγωνιᾶν δὲ ὡς ἡμεῖς — λέγουσιν. οἱ παλαιοὶ καὶ Πλάτων καὶ ἀσκητὰς καὶ ἀθλητὰς λέγουσιν. Forsan respicit ad locum de Republ. III. p. 403. E. 404. A. C. apud H. Steph. Thes. I. p. 588. A. Doëraeus in Aristoph. Plut. 585. Parum ille Suidam habebat tritum, qui mediae glossae secundarium quendam locum de voce ἀγωνιᾶν voluerit inseri. Nobis grammatici, minus quidem diserti ut in re pervagatissima, praeparationem et laborum constantiam ad victoriam sive laureae palmaeve seu coelestis gloriae reportandam videntur subindicasse. Vide qui formulam ἐν ἀσκήσει σώματος explanet Liban. T. II. p. 78. Ceterum v. Fabri Agonist. p. 376. sq. 8. προσδοκᾶν] προορᾶν E. Mox vulgarem distinctionem λέγουσιν οἱ παλαιοὶ καὶ Πλάτων. καὶ ἀσκ. praecunte vel Lex. Seg. refluxi. 9. καὶ ἀθλητάς] Sic A. B. C. E. V. edd. ante Küsterum, qui τοὺς ἀθλητὰς tacite posuit. Erotianus a Gaisf. allatus p. 70.: Ἀσκητέον. ἀθλητέον. τοὺς γὰρ ἀθλητὰς ἀσκητὰς οἱ Ἀττικοὶ καλοῦσιν. Addantur Pollux III, 143. et Phrynichus Seg. p. 17. 10. Ἀσκητικόν] μέγα aegre crediderim ad interpretandum ἀσκητικόν facere potuisse. Mihi quidem id reliquum esse videbatur ex integriore verborum ordine, ut μέγα pro grammaticorum more voci χρῆμα subiungeretur. Ἀριστοφάνης] Apud Aristophanem Lysistrata 1087. locus hic ita legitur, uti et apud Suidam legi debet: Καὶ μὴν ὁρῶ καὶ τουσδε τους αὐτόχθονας Ὥσπερ παλαιστὰς ἄνδρας ἀπὸ τῶν γαστέρων Θοιμάτι' ἀποστέλλοντας, ὥστε φαίνεται Ἀσκητικὸν τὸ χρῆμα τοῦ νοσήματος. Omnis locus loci huius latet in ambiguitate vocis ἀσκητικόν, quod proprie de athletis dicitur. Cum enim chorus senum cives Athenienses suum ventrem nudare cerneret, ἀσκητικὸν dixisse videtur comicus, ut significaret, eos more athletarum, qui certaturi se nudare solebant, ad certamen et pugnam se accingere. Sed revera tentiginem hoc vocabulo significare voluit, alludens ad morbum ἀσκίτην, qui hydropis genus est: quoniam penes intenti et inflati hydrope quasi laborare videntur. Küst.

1. Edd. τὰ ἱμάτια. ἀποστέλλοντας] Quid est ἱμάτια ἀποστέλλειν? Leg. ἀναστέλλοντας, *surrum trahentes*, *succingentes*. Vid. Eurip. in Bacchis. Toup. MS. Mirificus error. Facete Comicus vestes facit intumescente pube quasi reverberari et in amplissimum sinum protrudi. Vide vel insolentiorem dictionem Xenophontei libri de Rep. Lac. 4, 4. 3. Ἀσκητικός] Lex. Seg. p. 452. 4. Ἀσκητός] Theocrit. Id. I, 83. Toup. 5. Θηλυχίτων] Versus Antipatri Sidon. XXVII, 3. Anthol. Pal. VI, 219. εὐσπείροισι] εὐσπείροισι A. C. V. 6. Ἀσκληπιάδης, Διοτίμου, Μυρλ.] De hoc Asclepiade aliisque eiusdem nominis scriptoribus vide Meursium in Chalcidium pp. 24. 25. 26. 27. Praeter auctores autem a Meursio ibi laudatos Asclepiadis Myrleani mentionem etiam facit Eustathius in Il. ω. p. 1351, 41. et in Odyss. λ'. p. 1697, 53. Küst. Ions. de Scriptt. Hist. Phil. p. 168. 206. 215. Hemst. Ἀσκληπιάδης — διορθωτικά, neglectis nonnullis, Eudocia p. 64. De Asclepiade Myrleano quae memoriae prodita sunt perpauca, collegit Werferi diligentia in Actis Philol. Monacens. T. II. p. 535. sqq. Μυρλεανός — καλουμένη] Haec in gl. Μυρλεανός nescio quis transcripsit. Similiter Eustath. in Il. λ'. p. 869. ὡς καὶ Ἀσκληπιάδης ὁ Μυρλεανός, ἤγουν ὁ ἐκ τῆς Φρυγιανῆς Μυρλείας τῆς νῦν Ἀπαμείας. 8. γένος ἦν] γένος om. V. Γραμματικός] Asclepiadem in opere de Grammatica citat Sext. Empir. I, 16. Reines. Id est §. 252. ἐν τῷ περὶ γραμματικῆς. Ex Suida praesto v. Ὀρφεύς. Librum copiosissimum aperte Myrleano tribuit Scriptor quidam de Vita Arati. Nec dubito quin Ἀσκληπιάδης ὁ Σμυρναῖος in Schol. Dionys. Thr. p. 784. ad hanc normam sit revocandus. 10. Εὐμενοῦς] Εὐμελοῦς B. E. 11. βιβλίων] βιβλία B. E. satis probabiliter. ἐπαίδευσε δὲ] Haec cum sequentibus de altero quodam Asclepiade dicta fuisse vel temporum ratio vicerit, cum qui regum Attali et Eumenis esset aequalis, multis annis aetatem Pompeii debuerit superare. Proinde Ionsius II, 17, 3. audiendus, qui Myrleanum iuniorem eundemque grammaticum inde collegerit extitisse, quod Sextus adv. Math. I, 72. ab Asclepiade tradat Dionysium Thracem esse reprehensum. Neque ambiguum quin eundem Strabo III. p. 108. designarit: καὶ Ἀσκληπιάδης ὁ Μυρλεανός, ἀνὴρ ἐν τῇ Τυρδιτανίᾳ παιδεύσας τὰ γραμματικὰ καὶ περιήγησίν τινα τῶν ἐθνῶν ἐκδεδωκὼς τῶν ταύτῃ. Ad hunc autem convenit et libros grammaticos et Nostoridem aliosque labores (quibus aptum ἔγραψε πολλά) referri, quos adhuc praeter Clintou. F. H. III. pp. 59. 523. nemo dubitavit Asclepiadae uni Myrleano largiri. Sensit tamen aliquantum Werferus (p. 554.), cum Alexandrinum quempiam, cuius nomen a principio intercidisset, a Suida suspicaretur intelligi. Nos indicia lacunae posuimus.

Ἄσκευον. Non instructum, omni supellectile carentem. Et Theologus dixit *vitam simplicem et apparatu carentem*. Ἀσκηθής. Illaesus, incolumis. Ἀσκήσασα. Quae ornavit, quae accurate texuit. Ἄσκησις. Continentia. Et ἄσκησιν, id quod ἀγωνίαν. idem vero ut nos de metu et expectatione futurorum dicunt: item cum veteres tum Plato appellant ἀσκητὰς et ἀθλητὰς perinde. Ἀσκητικόν. Magnum. Aristophanes. *Atqui video Athenienses, tanquam luctatores, vestes ab ventribus reiicentes: ut appareat eos tentigine laborare.* Et Ἀσκητικός, discendi cupidus, sapientiae studiosus. Ἀσκητός. Magno studio ornatus. *Multiebriter vestitus, et ornatus corymbis in spiram convolutis.* Ἀσκληπιάδης. Asclepiades, Diotimi filius, Myrleanus (est autem Myrlea urbs Bithyniae, nunc Apamea vocata.), si tamen altius genus eius repetas, Nicaeensis; grammaticus, Apollonii discipulus, qui vixit Attali et Eumenis Pergamenorum regum tempore. scripsit Philosophorum librorum emendationes.** Romae autem tempore Pompeii Magni docuit, et Alexandriae regnante

ξανδρείᾳ ἐπὶ τοῦ δ' Πτολεμαίου νέος διέτριψεν. ἔγραψε πολλά.

Ἀσκληπίειον φάρμακον. Ἀσκληπιεῖον δὲ ἱερόν. Καὶ Ἀσκληπιάδαι, οἱ ἰατροί, ἀπὸ Ἀσκληπιοῦ. οὗτος δὲ παρὰ τὸ ἀσκελῆ καὶ ἥπια φυλάττειν τὰ σώματα.

[Ὅτι Ἀσκληπιὸς ἔφορος τῆς ἰατρικῆς Παύσωνα
352 καὶ Ἶρον κἂν ἄλλον τινὰ τῶν ἀπόρων ἰάσαιτο.] καὶ Αἰλιανός· Ὁ δὲ ἀθλίως νόσῳ, περιπνευμονίαν καλοῦσιν Ἀσκληπιαδῶν παῖδες αὐτήν, πιεζόμενος τὰ μὲν πρῶτα ἐδεῖτο τῆς ἀνθρώπων ἰατρικῆς.

Ἀσκληπιόδοτος. οὗτος ἐκ παίδων εὐθὺς ὡμολογεῖτο ὀξύτατος καὶ πολυμαθέστατος εἶναι τῶν ἡλικιωτῶν· ὥστε καὶ πολυπραγμονῶν οὐδὲν ἐπαύετο περὶ ἑκάστου τῶν παραπιπτόντων, ὧν ἥ τε φύσις ἀπεργάζεται θαυμασίων καὶ τέχνη ἑκάστη παρέχεται δημιουργημάτων. ἐν γοῦν ὀλίγῳ χρόνῳ παντάπασι κατανενοήκει τῶν τε βαφικῶν χρωμάτων τὰς μίξεις ἁπάσας, καὶ τῶν περὶ ἐσθῆτα κοσμουμένων βαμμάτων παντοδαπῶν, ἔτι δὲ τῶν ξύλων τὰς μυρίας διαφορότητας, ὅπως αὐτῶν αἱ ἶνες ἔχουσιν εὐθύτητος πέρι καὶ διαπλοκῆς. ἀλλὰ μέντοι λίθων καὶ βοτανῶν αἱ ποικίλαι δυνάμεις τε καὶ ἰδέαι, τῶν τε ἐν ποσὶ κειμένων καὶ τῶν σπανιωτάτων, ἀνεζητοῦντο καὶ εὑρίσκοντο πάσῃ μηχανῇ. ὄχλον δὲ παρείχετο πολὺν τοῖς περὶ ἕκαστα διατρίβουσι, παρακαθήμενός τε συχνὰ καὶ περὶ ἑκάστου ἀνερωτῶν ἐς τὸ ἀκριβέστατον. τὴν δὲ περὶ φυτῶν ἱστορίαν ἐπὶ μείζονος ἠγάπα τιμῆς· καὶ ἔτι μᾶλλον τὴν περὶ ζῴων, τά τε ἐνόντα διὰ τῆς ὄψεως ἀνακρίνων καὶ τὰ μὴ δυνατὰ διὰ τῆς ἀκοῆς ἐξετάζων ἐπὶ τὸ μακρότατον, ὅσα τε τοῖς πρεσβύταις ἀναγέγραπται περὶ τούτων ἀναλεγόμενος. ἦν δὲ Ἀλεξανδρεὺς τὸ γένος. τοῦτον οὖν ἐπίσταμαι διὰ πείρας συχνῆς εὖ μάλα τήν τε ἀγαθοειδῆ προαίρεσιν προβεβλημένον, καὶ τοῦ πατρὸς οὐ πολύ τι λειπόμενον κατὰ τὴν εὐσεβῆ προθυμίαν καὶ τὴν πρὸς τὸ θεῖον ἀναγομένην ἐλπίδα σύντονόν τε καὶ ἐρωτικήν· φιλοσοφοῦντα μέντοι ὑπὲρ ἐκεῖνον καὶ τῇ ἄλλῃ προπαιδείᾳ κεκοσμημένον. τοιγαροῦν ἀνέθηλεν ἐπ' αὐτοῦ ἡ πόλις τῆς Ἀφροδίτης εἰς τὸ ἱερώτερον. ἤδη δὲ καὶ ἐς τὰς ὑπερορίους ἀπῄκισε τὴν ἀπόρρητον ὀδμὴν, ἐς τε

1. *τοῦ δ' Πτολεμαίου*] Fortasse ἡ vel δ'. 8. vel 9. repugnat enim vox *νέος*. Reines. Opinor Soterem alterum significari. 3. *Καὶ Ἀσκληπιεῖον φάρμακον. Ἀσκληπιεῖον*] Sic Edd. *καὶ Ἀσκλήπιον φάρμακον. Ἀσκλήπιον* A. *Ἀσκλήπειον φάρμακον καὶ Ἀσκληπίειον. Ἀσκληπιῶν* V. *Ἀσκλήπειον καὶ Ἀσκληπίειον φ. Ἀσκληπιῶν* *V. *Ἀσκλήπειον φ. καὶ ἀσκληπιεῖον. ἀσκληπιῶν δὲ ἱερόν* C. Hinc deleto *καὶ* genuinum emersit *Ἀσκληπιεῖον*, quod reduxi; v. Lex. Seg. p. 452. Theognost. Cram. p. 169. sive in Anecd. Bekkeri p. 1343. et Lobeck. in Phryn. p. 370. 4. *Ἀσκληπιάδαι οἱ*] *Ἀσκλήπιοι* V. *ἀπὸ — δὲ* om. V. Mox *ἀπὸ τοῦ Ἀσκ.* E. 5. *φυλάσσειν*] *φυλάττειν* dedi cum A. V. Cf. Etym. M. p. 154. 7. *Ὅτι Ἀσκλ.* et quae sequuntur *V. post gl. *Ἀσκληπιόδοτος* collocavit, nos priorem sententiam notavimus, quam nescio quis ex v. *Παύσων* deprompserat. Hac via saltem Aeliani posterior locus confirmabit praegressum *Ἀσκληπιάδαι*. *τῆς ἰατρικῆς*] *ἠν ἰατρ.* B. *ἦν τῆς ἰατρ.* E. Cf. v. *Γράμματα*. 10. *Ἀσκληπιαδῶν*] *Ἀσκληπιῶν* E. 12. *Ἀσκληπιόδοτος. οὗτος*] Totum hunc articulum descripsit Suidas ex Damascio de Vita Isidori, ex quo non pauca quoque de eodem Asclepiodoto in Bibliothecam suam transtulit Photius cod. CCXLII. p. 1052. 1053. quem vide. Fuit hic Asclepiodotus discipulus Procli, philosophus et medicus celebris; qui vixit sub Anastasio Dicoro, ut monuit Lambecius in Codinum num. LXV. quem consule. *Küst.* Hunc cum tota *ὑήσει* Suidae Possevinus in Bibl. Sacr. t. I. p. 122. immani errore inter scriptores sacros rettulit. *Reines.* Cf. vv. *Ἀδαίμονες* et *Κηροῦ εὐπλαστότερος*. Vid. Ionsium S. H. Ph. III, 18. 15. *φύσις*] *ἡ φύσις* A. 19. *τῶν περὶ ἐσθῆτα κοσμουμένων*] Mirifica dictionis perversitas. Legendum censeo, *ἀσκουμένων* (v. Wessel. in Herod. II, 130. et Blomf. gloss. Pers. 187.), vel, quod etiam simplicius, *κομμουμένων*. 21. *εὐθύτητος*] *εὐθύτητος πέρι* A. B. V. Med.

2. *αἱ ποικίλαι δυνάμεις*] *αἱ δυνάμεις αἱ ποικίλαι* E. 4. *ὄχλον*] *ὅπλον* V. 5. *τοῖς περὶ*] *τοῖς δὲ* V. 6. *ἑκάστου*] *ἕκαστον* B. E. 8. *ἠγάπα*] *ἠγαγε* Lobeckius in Phryn. p. 419. Illud non indignum scitula nostri scriptoris elegantia. 13. *τοῦτον οὖν ἐπίσταμαι*] Haec repetuntur infra v. *Διὰ πείρας συχνῆς. Küst.* 15. *λειπόμενον*] *λειπόμενον* V. 16. *ἀναγομένην*] Huius proprietatem satis commonstrant quae supra sunt ascripta gl. *Ἀγαθοειδῆ*. Sed displicet verborum positus. 17. *ἐρωτικήν* *V. 18. *μέντοι* om. *V. 20. *Ἀφροδίτης* om. A. Dicit alteram utram Aegypti civitatem Aphroditopolin; item incertum cui nummus sit tribuendus apud Zoëgum Numm. Aegypt. Imperat. p. 75. insignis nomine *Ἀφροδιτοπολίτης*. Ceterum ignarum Aegyptiacae doctrinae fuisse Asclepiodotum intelligitur ex v. *Ἀδαίμονες*. *ἤδη δὲ καὶ*] Haec olim repetebantur gl. *Ὀσιριάζουσαν*. 21. *ὑπερορίους*] *ὑπερορίας* B. E. Tum *ἀπῴκισε* A.

Ptolemaeo quarto adolescens commoratus est, scripsit multa. — *Ἀσκληπίειον*, est adiectivum ab *Ἀσκληπιός*. *Ἀσκληπίειον* autem Aesculapii templum. Et *Ἀσκληπιάδαι*, medici, ab Aesculapio ita dicti, ipse Aesculapius a Graecis ita appellatus est, quod corpora sana et integra conservet. *Aesculapius, medicinae praeses, Pausonem et Irum et quemvis alium ex pauperioribus sanare queat.* item Aelianus: *Ille vero morbo, quem medicorum filii περιπνευμονίαν vocant, misere cruciatus ab hominibus primum opem medicam petebat.* *Ἀσκληπιόδοτος*. Asclepiodotus. huic a puero statim omnes eam laudem tribuebant, quod et ingenii acumine et varia eruditione aequalibus suis praestaret, adeo ut nunquam in causas rerum quotidie occurrentium et admiratione dignarum, quas tam natura quam ars producere solet plurimas, diligenter inquirere cessaret. itaque brevi temporis spatio omnes colorum, quibus quid tingitur, mixtiones et omne genus ornamentorum ad vestes pertinentium perdidicit: praeterea sexcentas liquorum differentias earumque venas, tam in rectum productas quam obliquo ductu sibi implexas; item varias facultates et formas herbarum, tam earum quae obviae sunt, quam rarissimarum, omni studio investigabat, donec eas inveniret. multum etiam molestiae exhibebat cuiusque generis artificibus, quippe frequenter iis assidens et de singulis accuratissime inquirens. plantarum autem cognitionem magni in primis faciebat; sed pluris historiam animalium, quorum proprietates partim oculis diiudicabat, partim quae oculis cerni non poterant, auditu quantum fieri poterat explorabat, et veterum de hisce scripta lectitabat. fuit autem genere Alexandrinus. Huius igitur optimum vitae institutum crebra experientia exploratum habeo, eumque cognovi, quod ad studium pietatis et intensam in deum fiduciam amoremque attinet, patre non multo inferiorem; at si philosophiam artesque humaniores spectes, eodem superiorem fuisse. quare non solum urbs Veneris magna sub eo sanctitatis

Ἀλεξάνδρειαν τὴν Ὀσιριάζουσαν καὶ τῆς ἓω πολλαχῆ τὴν μαγεύουσαν. γενόμενος δὲ πρὸς τῷ σεμνῷ καὶ εὐτράπελος, ἡδίστην παρείχετο τοῖς ἐντυγχάνουσι τὴν αὐτοῦ συνδιαίτησιν. εὐφυὴς δὲ ἐκ παίδων γεγονὼς ἄχρι γήρως πολλὰ συνεισήνεγκεν εἰς τὰ ἱερὰ τῆς οἰκείας φύσεως ἔκγονα μηχανήματα, ἀγάλματά τε διακοσμῶν καὶ ὕμνους προστιθεὶς ἐστιν οἷς. οἰκονομικὸς δὲ ὢν καὶ γεωργικὸς ἀποθανόντος αὐτῷ τοῦ πατρὸς ἀπέτισε χρέα πολλά. ἐν χρηματισμῷ δὲ δικαίῳ κατάστας, ὅμως ἐν δαπανήμασι μεγάλοις ἐγένετο, τῆς τε ἱερᾶς εἵνεκα προαιρέσεως καὶ τῆς ἄλλης πολιτικῆς φιλοτιμίας ἀναγκαίας εἶναι δοκούσης καὶ τῷ οἴκῳ συνήθους. ὥστε ἠναγκάσθη
353 καὶ || αὐτὸς ὕστερον ὑπόχρεων τὴν οὐσίαν καταλιπεῖν ταῖς θυγατράσι. ταῦτα ἀναγεγράφθω μοι χαρίσια ὀλίγα ἀντὶ πολλῶν ἀποδιδόντι. ἔστιν ἐν τῷ Δεισιδαιμονίᾳ.

Ἀσκὸν δέρειν. ἐπὶ τῶν καθ' ὑπερβολὴν ἐπαγγελλομένων πράττειν τι. τὸ δέρμα μου εἰς ἀσκὸν ἐκδερματίζειν. ὑπὲρ τοῦ πιστευθῆναι αὐτὸν ἐμμένειν τοῖς ὑποκειμένοις προσέθηκε πλέον ἢ ἐκεῖνοι ἐπέταξαν, καὶ λέγει καταφρονεῖν ἐκδερομένου τοῦ δέρματος. ὃ γὰρ τὰ μείζω ἐπαγγελλόμενος ὑπομένειν εὐχερῶς ἂν τὰ ἥττονα ὑπενέγκοι.

Ἀσκὸς ἐν πάχνῃ. ὁ Δαβὶδ λέγει, Ὅτι ἐγενήθην ὡς ἀσκὸς ἐν πάχνῃ. ὁ ἀσκὸς θερμαινόμενος χαυνοῦται, καὶ φυσώμενος ἐξογκοῦται· ἐν δὲ τῇ πάχνῃ σκληρύνεται καὶ πήγνυται. οὕτω καὶ τοῦ σώματος ἡ φύσις χαυνοῦται μὲν τῇ τρυφῇ καὶ ἐξογκοῦται, τῇ δὲ ἀσκητικῇ ἀγωγῇ ταπεινοῦται καὶ πιέζεται. καὶ τούτου μάρτυς ὁ Παῦλος, βοῶν· Ἀλλ' ὑποπιέζω μου τὸ σῶμα καὶ δουλαγωγῶ, μή πως ἄλλοις κηρύξας αὐτὸς ἀδόκιμος γένωμαι. τοιγάρτοι καὶ ὁ προφήτης, ἐπειδὴ διωκόμενος ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ κρείττων ἦν τῶν παθῶν, εἰρήνης δὲ ἀπολαύσας τοῖς ἀπὸ τῆς τρυφῆς ἐβλάβη σκιρτήμασι, ταπεινώσας τὸ σῶμα τῶν θείων νόμων τὴν μνήμην ἀνενεώσατο.

Ἀσκὸς Κτησιφῶντος. Ἀριστοφάνης·

Κατὰ τὰ πάτρια τοὺς χόας
πίνειν ὑπὸ τῆς σάλπιγγος· ὃς δ' ἂν ἐκπίῃ
πρώτιστος, ἀσκὸν Κτησιφῶντος λήψεται.

ἐν γὰρ ταῖς Χοαῖς ἀγὼν ἦν περὶ τοῦ ἐκπιεῖν πρώτων τινα χόα· καὶ ὁ νικῶν ἐστέφετο φυλλίνῳ στεφάνῳ, καὶ ἀσκὸν οἴνου ἐλάμβανε. πρὸς σάλπιγγας δὲ ἐπι-

---

1. Ὀσιριάζουσαν] Ὀσιριάζουσαν B. E. Edd. ante Küst. Latet ὀργιάζουσιν, quod in posteriore glossa legebatur: cf. Valck. in Adoniaz. p. 193. 4. αὐτοῦ] αὐτῆς B. E. 7. καὶ ὕμνους προστιθεὶς om. *V. 11. εἵνεκα] ἕνεκα E. 18. Ἀσκὸν δέρειν] Haec petita sunt e Scholiis paulo aliter quam nunc leguntur conformatis in Aristoph. Nub. 441. sq. 20. ἐμμένειν etiam Schol. 22. ἐπέταξαν] προσέταξαν E pr. cum Schol. Aristoph. τοῦ σώματος Schol.

3. ἐν πάχνῃ] In prioribus editt. post vocem πάχνῃ additum legitur Θεοδωρήτου ἑρμηνεία. Sed verba ista a MSS. Pariss. absunt, et ex margine in textum irrepsisse videntur: quae proinde delenda censui. Küst. Δαβὶδ λέγει] Haec et quae sequuntur sunt verba Theodoreti in Psalm. CXVIII, 83. p. 894. ut Pearsonus monuit. Küst. ἐγενήθη] ἐγενήθην A. 5. φυσσώμενος] φυσώμενος A. V. 7. καὶ ἐξογκοῦται· τῇ δὲ ἀσκ.] Apud Theodoretum sic legitur, καὶ ἐξογκοῦται, καὶ κατὰ τῆς ψυχῆς ἐξανίσταται· τῆς δὲ ἀσκητικῆς κακουχίᾳ ταπεινοῦται etc. Küst. 9. ὁ Παῦλος] I. Corinth. 9, 27. ὑποπιάζω] ὑποπιάζω E. ὑποπιέζω A. Theodor. 13. τοῖς ἀπό] τῆς ἀπὸ E. 14. ἐβλάβη] ἐφθάρη B. E. δὲ τό] δὲ om. A. V. E. Med. Mox σῶμα τὴν θείαν μνήμην E. 15. Quae post ἀνενεώσατο sequebantur, ex v. Ὄνου πόκαι derivata, Ἀσκὸν τίλλειν. ἐπὶ τῶν ἀνηνύτων καὶ μὴ ὄντων λέγεται ἡ παροιμία ὑπὸ τῶν Ἀττικῶν: omisi cum A. V. C. Praeterea ὑπὸ τῶν Ἀττικῶν ignorabant B. E. 16. Ἀριστοφάνης] Acharn. 968 — 70. (999.) 17. κατὰ τὰ πάτρια post σάλπιγγος ponit *V. τὰς χοάς] τοὺς χόας dedi cum A. C. V. sive codice H. Stephani Thes. T. IV. p. 481. D. 20. ἐν γὰρ ταῖς Χοαῖς] Vide Meursium de Graec. Fer. v. Ἀνθεστήρια. Küst. ταῖς χοαῖς omnes MSS. Vid. H. Steph. l. l. Forma vocis commenticia. 21. χοᾶ] χόα dedi cum A. χοᾶν C. Accentus rationem non satis videtur Buttmannus expedisse. Congius enim in reliis vitae communis si quando profertur, χοᾶ et χοᾶς (cf. Pierson. in Moer. p. 412. Elmsleio quamquam invito) opinor esse probandum; sin solennia Choum et urcei sacri aguntur, tenorem retrahi. Dubitabat Maltby in Morelli Lex. Prosod. p. 1076. φυλλίνῳ] φιλίνῳ E. στεφάνῳ addunt A. B. C. E. *V. 22. Similiter Hesychius v. Ἀσκὸν λήψεται.

---

fama floruit, sed etiam ad extera loca, Alexandriam nempe Osiridis cultui deditam et multas Orientis urbes magiae addictas arcanam illam religionem propagavit. cum autem gravitatem urbanitate quadam temperaret, qui cum eo conversabantur, ex consuetudine eius magnam omnes voluptatem capiebant. idem cum a puero ad senectutem usque ingenii dexteritate valeret, plurimis rebus propria industria inventis templa reddidit instructiora, nunc simulacra exornans, nunc hymnos novos prioribus addens. rem familiarem etiam et rusticam cum diligenter curaret, patre mortuo multa debita dissolvit; et quamvis iusto quaestu magnam pecuniae vim sibi pararet, ingentes tamen sumptus fecit, tum ob consuetam erga sacra et templa liberalitatem, tum ob externum vitae splendorem, qui et necessarius esse videbatur, et eius genti familiaris fuerat. quare et ipse tandem patrimonium obaeratum filiabus relinquere coactus est. Haec scripsi, ut exiguam saltem gratiam pro multis, quae in me contulit, beneficiis ei redderem. [De hoc Asclepiodoto vide etiam in v. Δεισιδαιμονία.] Ἀσκὸν δέρειν. *Utrem caedere.* dicitur in eos qui magnifice et supra modum aliquid promittunt: per me vel uter ex pelle mea corpori detracta conficiatur. quo fidem faceret, se pacta constanter servaturum esse, plus addidit quam illi imperarant, negans se curare, si vel pellis sibi detrahatur. qui enim pollicetur se maiora toleraturum, is multo magis minora tolerabit. Ἀσκὸς ἐν πάχνῃ. David dicit: *Factus sum sicut uter in pruina.* uter calefactus distenditur et inflatus tumescit; at idem in pruina durescit et contrahitur. sic etiam natura corporis deliciis inflatur et turgescit; at disciplinae severitate tumorem amittit et deprimitur. huius rei testis est Paulus, exclamans: *At corpus meum castigo et subigo, ne qui aliis praedicarim, ipse futilis fiam.* quamobrem etiam Propheta, dum ab Saul affligebatur, moderate et continenter vixit; at idem cum pacem esset nactus, voluptatum illecebris succubuit. cum igitur corpus durius tractaret, legis divinae memoriam renovavit. Ἀσκὸς Κτησιφῶντος. Aristophanes: *More patrio congios bibere ad tubae sonum. quisquis autem ebiberit primus, utrem Ctesiphontis accipiet.* in festo enim Choum certamen erat propositum de ebibendo congio; ubi victor corona frondea coronabatur, et utrem vino plenum praemii loco accipiebat. ad tuba-

νον. ὁ δὲ Κτησιφῶν ὡς παχὺς καὶ προγάστωρ ἐσκώπτετο. ἐτίθετο δὲ ἀσκὸς πεφυσημένος ἐν τῇ τῶν Χοῶν ἑορτῇ, ἐφ' οὗ τοὺς πίνοντας πρὸς ἀγῶνας ἑστάναι· τὸν προπιόντα δὲ ὡς νικήσαντα λαμβάνειν ἀσκόν. ἔπινον δὲ μέτρον τι οἷον χοᾶ.

[Καὶ Ἀσκοφορεῖν.] ἐν ταῖς Διονυσιακαῖς πομπαῖς τὰ μὲν ὑπὸ τῶν ἀστῶν ἐπράττετο, τὰ δὲ τοῖς μετοίκοις ποιεῖν ὑπὸ τῶν νομοθετησάντων προσετέτακτο. οἱ μὲν οὖν μέτοικοι χιτῶνας ἐνεδύοντο χρῶμα ἔχοντας φοινικοῦν, καὶ σκάφας ἔφερον· ὅθεν σκαφηφόροι προσηγορεύοντο. οἱ δὲ ἀστοὶ ἐσθῆτα εἶ-
354 χον ἣν ἐβούλοντο, καὶ ἀσκοὺς ἐπ' ὤμων ἔφερον. ὅθεν ἀσκοφόροι ἐκαλοῦντο. Καὶ παροιμία· Ἀσκῷ μορμολύττεσθαι· ἐπὶ τῶν εἰκῇ καὶ διακενῆς δεδιττομένων. Καὶ Ἀσκωλιάζειν. ἑορτὴν οἱ Ἀθηναῖοι ἦγον τὰ Ἀσκώλια· ἐν ᾗ ἤλλοντο τοῖς ἀσκοῖς εἰς τιμὴν τοῦ Διονύσου. δοκεῖ δὲ ἐχθρὸν εἶναι τῇ ἀμπέλῳ τὸ ζῷον. ἀμέλει γοῦν καὶ ἐπίγραμμα φέρεται πρὸς τὴν αἶγα οὕτως ἔχον·

Κῆν με φάγῃς ἐπὶ ῥίζαν, ὅμως δ' ἔτι καρποφορήσω,
ὅσσον ἐπιλείψαι σοὶ τράγε θυομένῳ.

Ἀσκωλίαζε δέ, ἀντὶ τοῦ ἅλλου. κυρίως ἀσκωλιάζειν ἔλεγον τὸ ἐπὶ τῶν ἀσκῶν ἅλλεσθαι ἕνεκα τοῦ γελωτοποιεῖν, ἐν μέσῳ δὲ τοῦ θεάτρου ἐτίθεντο ἀσκοὺς πεφυσημένους καὶ ἀληλιμμένους, εἰς οὓς ἐναλλόμενοι ὠλίσθαινον· καθάπερ Εὔβουλος ἐν Λαμαλίᾳ φησὶν οὕτω·

Καὶ πρός γε τούτοις ἀσκὸν εἰς μέσον
καταθέντες ἐνάλεσθε, καὶ καγχάζετε
ἐπὶ τοῖς καταῤῥέουσιν ἀπὸ κελεύσματος.

Καὶ Ἀσκωλιάζοντες, ἐφ' ἑνὸς ποδὸς ἐφαλλόμενοι, ὑστερούμενοι τῶν κατὰ φύσιν. Ὁ δὲ ἐμοὶ δοκεῖν ὁρμῇ τῇ παρὰ τοῦ Ἀσκληπιοῦ ἐς τὸν δεσπότην ἀσκω-

---

1. ὁ δὲ Κτησιφῶν — χοᾶ] Ex Schol. Aristoph. Acharn. l. l. προγάστωρ] γάστωρ C. *V. 3. ἐφ' οὗ] ἀφ' οὗ V. οὗ C. Malim ἐφ' ᾧ. Continuo delevit Gaisfordus ἤδει, a Küstero invectum, cum A. B. C. E. *V. Schol. Mox idem Küsterus non male ἀγῶνα: sed retinui ἀγῶνας cum A. B. E. C. Med. 4. προπιόντα] Sic habent omnes editiones. Sed legendum est πρῶτον πιόντα, ut apud Scholiastam Aristophanis. Küst. Non multum recedit προπίνειν, sodales occupare bibendo. Cf. Luciani Cronosol. 18. πιόντα V. C. ὡς νικήσαντα — ἐπράττετο τὰ δὲ om. A. 5. τι οἷον] οἷόν τι E. 6. καὶ Ἀσκοφορεῖν om. *V. C. qui post πομπαῖς inserunt ἀσκοφοροῦντες. Non frustra: nam quae sequuntur usque ad v. ἐκαλοῦντο mutatis quibusdam, ea potissimum lege, ut praeteritis sufficeretur usus praesentium, repetita sunt ex Etym. M. p. 155. cui consentit Lex. Seg. p. 214. Unde colligitur illa καὶ Ἀσκοφορεῖν, quae uncis notavimus, olim in marginem fuisse conjecta. 8. ποιεῖν] πιεῖν C. 10. σκάφας ἔφερον] Huc pertinent verba Zenobii V, 95. Συστομώτερος σκάφης. παροιμία ἐπὶ τῶν τὰς σκάφας φερόντων μετοίκων. διὰ τὸ ἀπαῤῥήσιαστον, οἷς οὐδὲ χαίειν ἔφατο. τάττεται δὲ ἐπὶ τῶν μὴ δυναμένων παῤῥησιάζεσθαι· ἐπειδὴ οἱ μέτοικοι σκάφας ἔφερον ἐν ταῖς πομπαῖς. Vide etiam Suidam infra v. Συστομώτερον, Hesych. v. Σκαφηφόροι, et Harpocrationem ead. v. Küst. σκάφος A. B. C. V. E. Med. Mox σκαφοφόροι Med. 13. παροιμία] καὶ παροιμία B. E. V. C. Vide notata in Hesych. v. Ἀσκοφλαυρίζεις (ubi priora saltem sic resarciemus: Ἀσκῷ φλαυρίζεις. οὐδενὶ καταπλήττεις. ὡς τό, Ἀσκῷ μορμολύσσῃ) et infra v. Μορμολύττεται: καὶ διακενῆς om. Macarius in ed. Arsen. p. 81. 15. Ἀσκωλιάζειν] Ex Schol. Aristoph. Plut. 1130. Ἀσκολίαζον A. C. Ἀσκωλιάζον *V. 16. σκώλια A. B. V. idque olim lectitatum fuisse docet quae in Edd. ferebatur glossa commenticia Σκώλια. Conf. Hemsterhusius in Arist. Plut. p. 429. Ἀσκωλιάζειν τὸ τὰ Ἀσκώλια ἄγειν. Ἀσκώλια δὲ ἦν ἑορτὴ Ἀθηναίων, ἐν ᾗ E. ἤλλοντο τοῖς ἀσκοῖς] Lege et supple ex Schol. Aristoph. ἤλλοντο ἐπὶ τοῖς ἀσκοῖς αἰγείοις. Küst. Debuit ille cum Schol. omittere τοῖς. Lenior quam suavior Hemsterhusii coniectura ἐνήλλοντο. Sed Marcianus Harpocratio in ed. Bekk. p. 37. ἤλλοντο τοὺς ἀσκούς.

1. γοῦν] οὖν V. C. Omisit Aldinum Scholiorum exemplum. ἐπίγραμμα] Exeni VII. Anth. Pal. IX, 75. φέρεται] φαίνεται A. 3. ὅμως ἔτι] ὅμως δ' ἔτι vel ὅμως δέ τι A. B. E. C. V. Schol. Aristoph. δ' non agnoscit codex Pal. neque Suetonius Domit. 14. 5. ἐπισπεῖσαι] ἐπιλεῖψαι dedi cum A. B. E. V. C. et Schol. Rav. Aristoph., probante Hemsterhusio in Plutum. 6. κυρίως] κυρίως δὲ E. Schol. 7. τὸ ἐπὶ] Sic Zon. p. 326. ἐπὶ τὸ ἐπὶ C. V. ἐπὶ τοῦ ἐπὶ Hemsterh. 10. ἐναλίσθαινον mendose Schol. Lege ὠλίσθανον. 11. Λαμαλίᾳ] An Λαβάλῳ? Eius Eubuli fabulae meminit Athenaeus IV. p. 247. A. Hemst. Nomen ignorat Schol. Λαμασίᾳ Meinekius Qu. Scen. III. p. 19. 12. τοῦτο Harpocr. Marcianus. ἀσκούς] ἀσκὸν A. V. Schol. ἀσκῶν C. ἀσκὸν εἰς μέσον χαμαὶ Bentleius: qui in versu seq. ἐξάλλεσθε sumpsit a Schol. Praeterea ἐς μέσον *V. 15. Ἀσκωλιάζοντες, ἐφ' ἑνὸς] Eadem habet Etymologus. Küst. Item Timaeus p. 51. ubi multa Ruhnkenius. Adde Schol. Platon. p. 375. 16. ὑστερούμενοι] Legendum ᾗ στερούμενοι cum Lex. Seg. p. 452. et Etym. M. Adde Philem. p. 276. Ὁ δὲ ἐμοὶ δοκεῖν ὁρμῇ τῇ παρὰ τοῦ Ἀσκλ.] Cum hoc fragmento, quod ex Aeliano depromptum est, coniungenda sunt, quae leguntur infra vv. Βουλυτός, Ἔσθιε, Κυλλοῦ πήραν et Συνφδά. Küst. Novissima sunt ex v. Συνφδά complenda.

---

rum vero sonum bibebatur. Ctesiphon autem ob crassitiem et obesitatem ventris ab comicis exagitabatur. In hoc igitur festo Choum uter inflatus in medio ponebatur, cui insistere oportebat, qui bibendo certarent; quique primus congium exhausisset, is victor utrem praemii loco accipiebat. † In festo Bacchi alia munia cives obibant, alia vero inquilini legibus facere tenebantur. inquilini igitur vestibus puniceis induti scaphan ferebant; unde σκαφηφόροι appellati sunt. cives vero suo quisque arbitrio vestiti utres ferebant: unde ἀσκοφόροι dicti sunt. † Et proverbium: *Utre terrere.* de iis qui vanum terrorem incutere conantur. Et Ἀσκωλιάζειν. Athenienses festum, Ascolia vocatum, celebrabant, in quo in Bacchi honorem super utres [caprinos] saliebant. videtur autem caper viti esse inimicus: in quem eam ob causam Epigramma extat, his conceptum: *Rode caper vitem: tamen hinc, cum stabis ad aras, In tua quod spargi cornua possit, erit.* Ἀσκωλίαζε vero significat, salta. proprie ἀσκωλιάζειν dicebant supra utres saltare, risus movendi gratia. In medio enim theatro ponebant utres inflatos et unctos, super quos qui saliebant, labebantur; ut Eubulus *Damalia* testatur his verbis: *Et praeterea utribus in medio positis insilite, et videte, siqui dato signo in terram labuntur.* Et Ἀσκωλιάζοντες, qui uno pede saltant, praeter naturalem incessum. *Ille vero, ut mihi videtur, instinctu Aesculapii altero claudicans pede*

λιάζων θάτερον τῶν ποδῶν ἔρχεται, καὶ ὄρθριον ᾄδομένου τοῦ παιᾶνος τῷ Ἀσκληπιῷ ἑαυτὸν ἀποφαίνει τῶν χορευτῶν ἕνα, καὶ ἐν τάξει στὰς ὥσπερ οὖν παρά τινος λαβὼν χοροδέκτου τὴν στάσιν, ὡς οἷός τε ἦν συνᾴδειν ἐπειρᾶτο τῷ ὀρνιθείῳ μέλει. Καὶ ἀσκωλιασμὸς ὁμοίως, τὸ ἐφ' ἑνὸς ποδὸς βαίνειν.

[Ἀσκοπήρα. τὸ μαρσίπιον, ἤτοι τὸ σακκοπάθνιον.]

Ἄσκοπον. ἀντὶ τοῦ ἀπροσδόκητον. Καὶ Ἄσκοπος λώβη, ἀπρόοπτος· τουτέστιν ὁ θάνατος.

Ἀσκούμενος. κατασκευάζων, κοσμῶν.

Ἀσκῶ. αἰτιατικῇ.

Ἄσκωλον. τὸ λεῖον.

Ἀσκώματα. τὰ ἐν ταῖς κώπαις σκεπαστήρια ἐκ δέρματος, οἷς χρῶνται ἐν ταῖς τριήρεσι, καθ' ὃ τρῆμα ἡ κώπη βάλλεται. εἰς διφθέρας γὰρ τὰς διανοίας τὰς ἑαυτοῦ γράψας ὁ Θωρυκίων ἔπεμπε τοῖς πολεμίοις ἐν τῇ Λακωνικῇ.

Ἀσκραῖος. ὁ Ἡσίοδος.

Ἄισμα. τὸ μέλος, ἡ ᾠδή. σημαίνει δὲ καὶ τὸ διάσμα. καὶ Σώφρων. καὶ ἄττεσθαι, ὃ ἡμεῖς διάζεσθαι· μεταβολῇ τῶν δύο σ εἰς τὸ ζ ἐγένετο.

Ἀσμενίζω. Οἱ μὲν οὖν ἆλεθρον ἀσμενίσαντες καὶ παρακρουσθέντες ὑπὸ τῆς ὑποσχέσεως ἤλωσαν ὑπὸ τοῦ Περσικοῦ.

Ἄσμενος. χαίρων, ἡδέως, προθύμως. Καὶ Ἀσμενέστατα, ἀντὶ τοῦ προθυμότατα. Ἀσμενέστατα τὴν πρόκλησιν ἀποδεδεγμένοι. λέγεται καὶ Ἀσμενέστατα.

Ἀσολοίκως. τὸ ἀφελῶς.

Ἀσώματον. Ὅτι διττόν. τὸ μὲν τῷ ἀριθμῷ, ὡς οἱ ἄγγελοι, οἷον Μιχαήλ, Γαβριήλ· ἀριθμῷ γάρ· τὰ δὲ οὔ, ὡς τὰ καθόλου.

Ἀσωπός. ποταμὸς Θηβῶν.

Ἀσωπόδωρος καὶ Διδυμαχίας, ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, ἐπὶ σμικρότητι σώματος διεβέβληντο.

Ἀσωτία. ἡ ἁμαρτία. Ἑκάτερον ὁμοίως ἀποστρέφεσθαι, τό τε δέον μὴ ποιεῖσθαι ἀνάλωμα, καὶ τὸ μὴ δέον ποιεῖσθαι· ὡς τοῦτο μὲν ἀσωτίαν οὖσαν, εἴτε μείζω εἴτε φαυλοτέραν· ἐκεῖνο δὲ σμι-

---

1. ὄρθριον] ὄρθιον E. 3. τάξει] ἐν τάξει A. B. C. E. V. 4. ὡς οἷός τε] ὡς om. B. E. In extremis habet margo B. Ὅτι οἱ ἀσκοὶ ἀλσὶ ἀμηχόμενοι βελτίονες γίνονται: petita quidem ex v. Ἀλσὶν διασμηχθείς. 7. σακκοπάθνιον] Leg. σακκοπήριον. Reines. σακκοφάτνιον MS. Lex. apud Cangium in Σακκοπάθνιον (sive MSS. Zonarae p. 318.), qui nihil in vulg. videtur desiderasse. Ceterum οἷον τὸ σακ. E. Glossam om. V. C. „Vox Ἀσκοπήρα a Suetonio Latinitate donata est Neron. 45." Gaisf. Ἀσκοθύλακον, in re ut opinor gymnastica, Comicis usurpatum esse monet Lex. Seg. p. 452. 9. Ἄσκοπον] Lex. Seg. p. 452. Ἄσκοπος λώβη] Sophocl. El. 864. 11. Ἀσκούμενος] Lex. Seg. p. 452. Ἀσκ. γυμναζόμενος Zon. p. 325. 12. Om. vulg. Silet Gronovius. Vide Philem. p. 275. 14. Ἀσκώματα. τὰ ἐν ταῖς κώπαις σκεπ.] Ex Schol. Aristoph. Ran. 366. Quae repeti quondam solebant sub v. Διφθέρα. Usitatior appellatio τροπωτήρ. Petita sunt ex v. Ἀπίκιος. ταῖς] τοῖς B. C. V. Mox τρῆμα om. C. V. 18. Post v. Λακωνικῇ extabant, quae auctoribus A. V. deleta sunt, haec: Ἀσκώνιος Παιδιανός. ὁ τοίνυν Βλαῖσος ἐπὶ τὴν δοίνην κληθεὶς οἷον ἐφολκίδα ἄκλητον ἐπάγεται Ἀσκώνιον Παιδιανόν. ἐξὴν γὰρ καὶ ἐπικλήτους οἰονεὶ σκιὰς ἑαυτοῖς παρακαλεῖν τινας. 19. Ἡσίοδος] Addit E. ὡς ἐκ τῆς Ἀσκρας.

1. Σώφρων. καὶ ἄττεσθαι] Σώφρων διάττεσθαι I. Gronovius et Valckenarius in Theocr. Adon. p. 205. f. Σώφρων δὲ ἄττεσθαι Blomfieldius in Mus. Crit. Cantab. T. II. p. 563. Poterat lenius καὶ Σ. ἄττεσθαι. Nihil mutat Lex. Seg. p. 452. 2. Edd. δύο σσ. 3. Ἀσμενίζω] δοτικῇ addit Gaisf. cum A. αἰτιατικῇ E. Utramque structuram probam esse docet Wyttenb. in Plut. T. VI. p. 693. Ceterum Med. gl. Ἄσω. δοτικῇ praefixit. Οἱ μὲν οὖν] Locum esse Theophyl. Simoc. III, 7. monuit Abreschius. Unde restituendum τὸν ἆλεθρον. 6. Ἄσμενος] Il. υ. 350. Vid. Lex. Seg. p. 352. 7. ἀντὶ τοῦ — ἀσμενέστατα accedunt ex A. V. C. Nam solum προθυμότατα clam Küsterus intulit, cui Leid. scripturam Gronovius Em. p. 77. opposuit hanc: ἀντὶ τοῦ πρ. Ἀσμ. τὴν πρ. ἀναδεδεγμένοι κτλ., cum in ipso Küsterianae exemplo euotasset ἀποδεδεγμένοι. 9. „Pro Ἀσμενέστατα in fine leg. fortasse ἀσμεναίτατα. Vide Phrynichum Bekkeri p. 10, 11." Gaisf. Immo p. 12. Non dubitandum de voce ἀσμεναίτατα: v. Plat. Rep. I. p. 329. C. 10. Ἀσολοίκως] Lex. Seg. p. 452, 33. 11. ὅτι accessit ex A. B. V. E. ὅτι διττὸν ignorat Zon. p. 325. Mox ὁ μὲν A. 12. Angelos dici τοὺς ἀσωμάτους praeter alios monuit Boissonadus in Anecd. T. IV. p. 5. 14. Θηβαίων Zon. p. 316. 15. Ἀσωπόδωρος καὶ Διδυμαχίας, ὁ ἀδ.] Vide Scholiastam Aristoph. in Aves 17. et infra v. Θαρελλείδης. Küst. Ἀσωπόδωρος A. Med. et ut videtur V. Mirum annotationem et perversissime factam e mendosis Scholiorum exemplis et male collocatam consensu librorum retineri, cum gl. Διδυμαχίας saltem eorum ope sit extrusa. 18. ἀνάλωμα — ποιεῖσθαι om. B. E.

---

ad Dominum venit, et cum mane paean canueretur Aesculapio, adiungit se choro cantantium, et loco suo consistens, quasi haberet a praecentore sibi assignatum, quantum poterat, cantu gallis solenni accinere conabatur. Et Ἀσκωλιασμός, altero tantum pede incedere. [Ἀσκοπήρα. Marsupium, crumena.] Ἄσκοπον. Inopinatum. Et Ἄσκοπος λώβη, improvisum malum; hoc est mors. Ἀσκούμενος. Conficiens, ornans. Ἀσκῶ. Aptum accusativo. Ἄσκωλον. Politum. Ἀσκώματα. Remorum tegumenta ex pelle confecta, quibus in triremibus utuntur, ubi remus foramini inseritur. Thorycio enim consilia sua, caprinis pellibus inscripta, cum hostibus in Laconica communicabat. Ἀσκραῖος. Ascraeus Hesiodus. Ἄισμα. Cantus, carmen. significat etiam licium, velut Sophro dixit ἄττεσθαι quod nos διάζεσθαι dicimus, mutatis duobus σ in ζ. Ἀσμενίζω. *Illi vero vitam libenter condonantes et promissis frustrati a Persis capti sunt.* Ἄσμενος. Gaudens, libenter, alacriter. Et Ἀσμενέστατα, animo maxime lubenti. *Cum provocationem libentissime suscepissent.* Dicitur item ἀσμεναίτατα. Ἀσολοίκως. Simpliciter. Ἀσώματον. Incorporeum duplici ratione intelligitur. altera quidem, numero, ut Angeli; velut Michael, Gabriel; quippe qui numero sint incorporei. altera non: ut universalia. Ἀσωπός. Thebarum fluvius. Ἀσωπόδωρος. Asopodorus et Didymachias ipsius frater de corporis parvitate traducebantur. Ἀσωτία. Prodigalitas. *Utrumque pariter aversari oportet, et necessarium sumptum non facere, et non necessarium facere: quorum hoc prodigalitas est, illud vero sordida avaritia.* Et

κρολογίαν. Καὶ Ἄσωτος, ὁ ἐξώλης, ὁ σώζεσθαι μὴ ὀφείλων. Σοφοκλῆς·

Ἢ τῆς ἀσώτου Σισυφιδῶν γενεᾶς.

Καὶ Ἀσώτως, αἰσχρῶς

Ἀσωχαῖος. ὄνομα κύριον. καὶ θηλυκὸν Ἀσωχή, ὄνομα πόλεως. Καὶ Ἀσωχίς, ὄνομα κύριον. Καὶ Ἀσωχίν, ὄνομα πόλεως.

Ἀσπάζεσθαι. αἰτιατικῇ. καὶ τὸ προσαγορεύειν, ὡς ἡμεῖς, καὶ τὸ χαίρειν τινὶ ἁπλῶς καὶ ἀγαπᾶν καὶ φιλοφρονεῖσθαι. Καὶ Ἀσπαζόμεσθα, σὺν τῷ σ.

Ἀσπαζόμεσθ' ἐρετμὰ καὶ σκαλμίδια·

φησὶν ὁ Κωμικός. καὶ πάντα τὰ ὅμοια διττῶς λέγουσιν.

Ἀσπάζου. Ἀριστοφάνης·

Ἄνοιξον· ἀσπάζου με. διά τοι σὲ πόνους ἔχω.

Ἀσπαλία. ἁλιεύς ἐργασία. Καὶ Ἀσπαλιεύς, ὁ ἁλιεύς. ἀπὸ τοῦ σπᾶν τὴν ἄγραν. Καὶ Ἀσπαλιεύεσθαι παρὰ ῥήτορσι, τὸ ἁλιεῦσαι παρ' ἡμῖν.

Ἄσπαρ. πατὴρ Ἀρδαβουρίου.

Ἀσπασία. πολυθρύλητος γέγονεν αὕτη. ἦν δὲ γένος Μιλησία, δεινὴ δὲ περὶ λόγους. Περικλέους δέ φασιν αὐτὴν διδάσκαλον ἅμα καὶ ἐρωμένην εἶναι. δοκεῖ δὲ δυοῖν πολέμων αἰτία γεγονέναι, τοῦ τε Σαμιακοῦ καὶ τοῦ Πελοποννησιακοῦ. δοκεῖ δὲ καὶ ἐξ αὐτῆς ἐσχηκέναι Περικλῆς τὸν ὁμώνυμον αὐτῷ Περικλέα τὸν νόθον.

Ὅτι Ἀσπασίαι δύο ἑταῖραι, τῇ δὲ μιᾷ τούτων ἐκέχρητο ὁ Περικλῆς· δι' ἣν ὀργισθεὶς ἔγραψε τὸ κατὰ Μεγαρέων ψήφισμα, ἀπαγορεῦον δέχεσθαι αὐτοὺς εἰς τὰς Ἀθήνας. ὅθεν ἐκεῖνοι εἰργόμενοι τῶν Ἀθηναίων προσέφυγον τοῖς Λακεδαιμονίοις. ἡ δὲ

2. *Σοφοκλῆς*] Aiac. 190. 3. *τῆς — Σισυφιδῶν*] *τᾶς — Σισυφιδᾶν* E. quae correctio est e libris Sophoclis derivata. 4. *Ἀσώτως*] Lex. Seg. p. 457, 26. *αἰσχρῶς*] *λίχνως* temere Wakefieldus Silv. Crit. IV. p. 179. 5. *Ἀσωχαῖος*] Vide Iosephum in vita propria p. 1014. 1016. *Wass.* *Ἀσωχή*] *ἡ Ἀσώχη* E. qui om. *ὄνομα πόλεως.* 7. *Ἀσωχίν*] *Ἀσωχιν* A. B. E. (adde *V.) qui in fine addunt *αἰτιατική.* *Ἀσωχίς* Iosephus de Vita sua sect. 41. *Ἀσωχίν* ibid. 45. Haec breviter sic erant pronunciandа: *καὶ θηλυκὸν Ἀσωχίς, ὄνομα πόλεως* (sive *κύριον*). *καὶ Ἀσωχίν.* 8. *προσαγορεύειν*] Sic recte habent MSS. Pariss. In prioribus vero editt. male excusum est *προσκρούειν. Küst.* Cf. Phrynich. Seg. p. 14. et Zon. p. 326. 10. *καὶ Ἀσπαζόμεσθα*] *ἀσπαζόμεθα καὶ* Lex. Seg. p. 453. qui desinit in *ἐρετμά.* „Exempla verbi *ἀσπάζεσθαι* sensu *amice* aliquem *complectendi* dedit Valckenarius in Or. I. Chrysostomi p. XXXVIII." *Gaisf.* 12. *Ἀσπαζόμεσθ'*] Versus olim repetitus in gl. *Σκαλμίδα* nunc expulsa: quam qui servat E. prorsus cum h. l. scriptura consentit. Sed probabiliter Meinek. in Menand. p. 160. *ἐρέτμια.* „Aristoph. in fab. incert. om. a Brunckio. *ἀσπαζόμεσθα* occurrit in Avib. 1378." *Burn.* Ed. Dind. fr. 714. 15. *Ἀριστοφάνης*] Ecclesiaz. 1007. (964.) 16. *διά σε*] *διά τοί σε* A. B. V. Edd. ante Küst. *διά τί σε* C. Post hanc gl. omiserunt A. B. C. E. V. glossam ex Etym. M. invectam: *ἀσπάλαθος. φυτὸν ἀκανθῶδες. ἐν γὰρ ὄρει ὑμνοι τε καὶ ἀσπάλαθοι.* Alterius autem glossae, item MSS. incognitae, *Ἀσπάλακος τυφλότερος. ἔστιν ἐν τῷ τυφλότερος, ἔστι δὲ ὁ ἀσπάλαξ ζῷον μυῖ ἐμφερές, ὑπὸ γῆν διάγον, τῶν ὀφθαλμῶν ἐστερημένον*, solum caput servavit A. in marg.

1. *Ἀσπαλία*] Lex. Seg. p. 453. ubi *ἔργα* pro *ἐργασία*, et *ἀποσπᾶν* pro *σπᾶν*. Posterius habet Timaeus: ubi vide Ruhnk. p. 52. Adde Zon. p. 326. Praeterea legendum videbatur *Ἀσπαλιεία*. Arcadius tamen p. 99. *τὸ δὲ ἀσπαίλα ἡ ἁλεία βαρύνεται.* Cf. Hesychius. 2. *τὴν ἄγραν*] *τὴν ἁλίαν ἤγουν τὴν ἄγραν* E. *Ἀσπαλιεύεσθαι*] Similia Lex. Seg. p. 217, 7. In fine *καὶ ἀσπαλιεῖ δοτική* addunt A. *V. 3. *τὸ ἁλιεῦσαι παρ' ἡμῖν*] Haec dum contendo superioribus illis in v. *Ἁλιεύεσθαι, λέγουσι δὲ ὡς ἡμεῖς*: iam in eam sententiam deducor, ut unum verbi *ἁλιεύειν* sive *ἁλιεύεσθαι* opiner ibi significatum fuisse, quem Attici non omnino recusarint. Mox delevi duplicem glossam: *Ἀσπάραγος. ἐν τῷ Ἀσφάραγος.* Et quae post *Ἀρδαβουρίου* inculcabatur: *Ὅτι Μαρκιανοῦ τοῦ βασιλέως χρηστοῦ μὲν γεγονότος, ἥττον δὲ ἐκβιωκότος, αὐτοκελεύστῳ γνώμῃ Ἄσπαρ Λέοντα διάδοχον αὐτοῦ γενέσθαι παρεσκεύασεν.* Habet priorem A. in marg. Om. V. *Ἀσπάραγγοι — Ἀσφάραγγος* E. hoc Med. Posteriorem item neacit V. collectam illam ex v. *Ἀρδαβούριος.* 5. *Ἀσπασία. πολυθρ.*] Ex Harpocratione. *πολυθρύλητος*] *πολυθρύλητος* A. Pal. Harpocr. et Lex. Seg. p. 453. cui deest *αὕτη.* 6. *Μιλησία*] Plutarch. Pericl. 24. *ἦν Μιλησία γένος, Ἑξιόχου θυγάτηρ. Reines.* 7. *ἐρωμένην*] *ἐργαζομένη* V. „Athen. XIII. p. 570. Clem. Alex. Strom. IV. [p. 619.] *Ἀσπασίας τῆς Μιλησίας Σωκράτης μὲν ἀπέλαυσεν εἰς φιλοσοφίαν, Περικλῆς δὲ εἰς ῥητορικήν.* Fuit eloquentiae magistra Socratis Athen. V. p. 219. Meminit eius ut Socratis magistrae cum Diotima Max. Tyr. Serm. VIII. et XXII. *τὴν δὲ ἐκ τῆς Μιλήτου ἑκείνην Ἀσπασίαν καὶ ὁ Ὀλύμπιος θαυμασιώτατος καὶ αὐτὸς συνῆν.* Lucian. Imagg. p. 290. c. 17." *Reines.* De Aspasia compara doctum Scholion Platonis p. 391. nondum illud ab criticis perpurgatum, et Sinten. in Plut. Pericl. p. 173. sq. 8. *πολέμων*] Sic etiam Lex. Seg. teste Bastio, ubi *πολέμιον* tacite Bekk. *Gaisf.* *Σαμιακοῦ*] Plutarch. l. c. 25. *Reines.* 10. *αὐτῷ* dedi cum A. Harp. et Lex. Seg. *αὐτοῦ* Edd. 12. *Ἀσπασίαι. δύο*] Ex Schol. Aristoph. Acharn. 526. *Küst.* *Ὅτι* tacite Gaisf cum *V. Eidem, sicut in Schol. lemmate extat, legendum videbatur *Ἀσπασίας δ. ἑ.* Haud scio tamen an error iste scriptori nostro sit tribuendus. 13. *ἐκέχρητο*] *ἐχρήσατο* Schol. Statim *ὁ* accessit ex A. *V. et Schol. 14. *ἀπαγορεῦον*] *ἀπαγορεύων* Schol. 16. *Ἀθηναίων*] *Ἀθηνῶν* Schol. recte. Mox Gaisf. tacite cum Schol. *προσέφυγον τοῖς Λακεδ.* Nam Edd. *τοὺς Λακ. προσέφυγον.*

λὴν εἶχον τὴν ἐμπειρίαν· καὶ μάλιστά γε αὐτῶν ὁ Βασίλειος. καὶ μὴν καὶ συγγράφειν ἕκαστος αὐτῶν ἐς τὸν ἑαυτοῦ τρόπον ἦν ἱκανώτατος. τῷ μέν γε Βασιλείῳ τὸ πανηγυρικὸν εἶδος τοῦ λόγου μακρῷ ἄριστα εἶχεν· ἦν γὰρ πανηγυρίσαι λαμπρότατος· ὁ δέ γε Ἀπολινάριος ἐν τῷ ὑπομνηματικῷ εἴδει τῆς λέξεως καὶ αὐτὸς ἄριστα εἶχε· τῷ δέ γε Γρηγορίῳ, καὶ παρ' ἀμφοτέροις ἐξεταζομένῳ, μείζω βάσιν εἰς συγγραφὴν εἶχεν ὁ λόγος. τοσαῦτα περὶ αὐτῶν ὡς ἐν παρόδῳ μοὶ Φιλοστόργιος ὁ Ἀριανὸς ἔγραψε.] Τελευτᾷ δὲ Βασίλειος, Γρατιανοῦ τὰ Ῥωμαίων σκῆπτρα διέποντος.

[Ὅτι ὁ μέγας Βασίλειος ἀδελφοὺς εἶχε δ', τόν τε Γρηγόριον τὸν Νύσσης ἐπίσκοπον, καὶ Πέτρον, καὶ αὐτὸν ἐπίσκοπον, καὶ ἑτέρους δύο μονάσαντας.]

Βασίλειος, Ἀγκυρανός, ἐπίσκοπος τῆς αὐτῆς πόλεως, ἰατρὸς τὴν τέχνην. οὗτος ἔγραψε κατὰ Μαρκέλλου, καὶ περὶ παρθενίας, καὶ ἕτερα οὐκ ὀλίγα ἄλλα. βασιλεύοντος Κωνσταντίνου Μακεδονιανῆς θρησκείας ἅμα Εὐσταθίῳ Σεβαστιανῷ ἦρξε.

Βασίλειος ἕτερος, ἐπίσκοπος Εἰρηνουπόλεως τῆς Κιλικίας, ἐπὶ Ἀναστασίου βασιλέως, τὴν φρένα καὶ τὴν ἄσκησιν τῷ ὁμωνύμῳ Βασιλείῳ Καισαρείας ἐοικώς. ἔγραψε κατὰ Ἀρχελάου πρεσβυτέρου Κολωνείας.

Βασίλειος. τὰ διὰ τοῦ ιος ὀνοματικὰ διὰ τοῦ ι γράφονται, πλὴν * δ', Ἄρειος, Ἡράκλειος, Βασίλειος.

Καὶ Βασίλειος στοά. δύο εἰσὶ στοαὶ παρ' ἀλλήλας, ἥ τε τοῦ Ἐλευθερίου Διὸς καὶ ἡ Βασίλειος. ἔστι δὲ καὶ τρίτη, ἡ πάλαι μὲν Πανάκτιος ἐκαλεῖτο, νῦν δὲ μετωνομάσθη Ποικίλη.

Βασίλειοι παῖδες ἑξακισχίλιοι· οἵτινες κατὰ πρόσταξιν Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος τὰ πολέμια ἐξήσκουν ἐν Αἰγύπτῳ.

Βασιλειῶντα κτείνει. ἐπιθυμοῦντα βασιλεῦσαι.

Βασιλήιος.

Βασιλική. ὅτι ἐν τῇ βασιλικῇ ὀπίσω τοῦ Μιλίου ἵστατο ἀνδρείκελον ἄγαλμα χρυσέμβαφον· ἔνθα

---

1. ὁ *Βασίλειος* per fraudem positum loco rectae scripturae ὁ Ἀπολινάριος: item in continuis quaedam sunt detorta. 2. *μὴν καὶ*] καὶ om. E. 6. *ὑπομνηματικῷ*] *ἀπομνηματικῷ* B. E. 8. *ἀμφοτέροις*] *ἀμφότερα* E. Med. 10. *ἔγραψε* om. V. 13. *Ὅτι ὁ μέγας — μονάσαντας*] Habet A. in margine, supra post *ἐπίσκοπος* collocavit V. Quamobrem annotationem incertae sedis notavi. 15. *μονάζοντας* *V. 16. *Βασίλειος, Ἀγκυρανός, ἐπίσκ.*] Haec et quae sequuntur leguntur etiam apud Sophronium p. 136. [c. 89. p. 179. ed. Fabric.] unde ea Suidas descripsit. *Küst.* *Ἀγκυριανός* A. 19. *ὀλίγα ἄλλα*] *ἄλλα* om. E. Mox aliquid ad orationis iuncturam desideratur. *Κωνσταντίνου*] Male. Ex Sophronio enim rescribendum est *Κωνσταντίου*. *Küst.* 20. *Σεβαστιανῷ*] Rectius Sophronius *Σεβαστηνῷ*. *Küst.* Recurrunt eadem sub v. *Εὐσταθίος*.

1. *Βασίλειος ἕτερος*] De hoc narratio transcripta est in v. *Ἀρχέλαος*. *Βασίλειος . . Εἰρηνουπ.*] Trium tantum Basiliorum mentionem faciunt codices Suidae non solum impressi, sed etiam MSS. quos quidem videre mihi contigit. At Dausquius in notis ad Basilium Seleuciensem p. 317. testatur, in Bibliotheca Antwerpiana extare Suidam manu exaratum, qui quartum etiam Basilium, Seleuciensem nimirum, memoret his verbis: *Βασίλειος ἕτερος Σελευκείας, ἑταῖρος Χρυσοστόμου, πρὸς ὃν ἐν τοῖς περὶ ἱερωσύνης λόγοις διαλέγεται.* Hanc observationem acceptam refero Pearsono, qui eam ad marginem Suidae sui notaverat. *Küst.* Similiter fere, quem Gaisf. profert, Schottus in Photii Bibl. Cod. 168. p. 378. Neque liber ille diversus est ab E. ubi eaedem voces plane sunt peracriptae, nisi quod praebet *τοῦ* ante *Χρυσοστόμου*, mox *λόγους* pro *λόγοις*. 4. *πρεσβύτου*] *πρεσβυτέρου* recepimus ex *V. E. 6. *Βασίλειος*] *Ἰστέον ὅτι* E. *ὀνοματικά*] *ὀνόματα* A. 7. *γράφεται*] *γράφονται* dedi cum A. V. C. *πλὴν δ'*) Atqui tria tantum hic recensentur. Quare putem ante *Ἄρειος* excidisse nomen *Δωρεῖος*, quoniam et illud per ιος scribitur. Sed nec sic verum est, quod Suidas hic affirmat, quoniam plura nomina propria apud Graecos per ιος scribuntur. Vide omnino Etymol. v. *Ταλάσια*. *Küst.* Poterat ex Etymologici praecepto, *χωρὶς τῶν παρὰ τὸ κλέος καὶ τῶν ἀπὸ τῶν εἰς ευς*, de sententiae defectu haud mediocri certior fieri; neque *δ'* ferendum, quod E. scripsit *δ^χ*. 9. *Βασίλειος στοά*] Ex Harpocratione. Priorem partem tenet Lex. Seg. p. 222. *στοά*] *οἶκος ἢ στοά* E. *εἰσί*] *δὲ ἦσαν* E. 11. *Πανάκτιος*] Sic habent libri MSS. et editi: sed male. Legendum enim est *Πεισιανάκτειος*, ut recte monuit Maussacus in Harpocrationem h. v. quem consule. Vide etiam infra vv. *Ζήνων* et *Πεισιανάκτειος*, itemque Menagium in Laert. VII, 5. *Küst.* *παανάκτιος* V. *πανάκτειος* E. *πεανάκτιος* Pal. Harpocr. Lege *Πεισιανάκτιος*. 16. *Βασιλειῶντα*] Ex Iosephi B. I. 1, 4. init. petita monuit Albertius in Hesychium MS. Coisl. 177. *Βασιλειοὶ. ἐπιθυμεῖ βασιλεῦσαι. κτείνει* nescit Zon. p. 379. Mox *ἐπιθυμῶντα* Med. 18. Om. Küst. 19. *Βασιλική. ὅτι*] Haec et quae sequuntur usque ad finem articuli leguntur etiam apud Codinum de Origin. Constantinopol. p. 22. *Küst.* *ὅτι* om. Med. *Μιλίου*] *Μηλίου* E.

---

litteris insigniter versati erant: praesertim vero Basilius. adhaec unusquisque illorum in suo genere stilo plurimum valebat. Basilius enim in panegyrico genere dicendi palmam ferebat. Apollinaris eo orationis genere, quod commentariis scribendis est aptissimum, excellebat. Gregorii vero cum utroque comparati stilus fundamentis nitebatur solidioribus. Haec Philostorgius Arianus obiter de iis scripsit. Obiit Basilius imperante Gratiano. [Basilius M. quattuor habuit fratres, Gregorium Nyssenum episcopum, Petrum, et ipsum episcopum, et duos alios monachos.] *Βασίλειος.* Basilius, Ancyranus, eiusdem urbis episcopus, arte medicus. scripsit contra Marcellum, et de virginitate librum, et alia non pauca. idem imperante Constantio Macedonianae sectae cum Eustathio Sebasteno princeps fuit. *Βασίλειος.* Basilius alius, episcopus Irenopolis Ciliciae, sub Anastasio Imperatore, et ingenio et ascetico vivendi genere Basilio Caesariensi similis. scripsit contra Archelaum Coloniae presbyterum. *Βασίλειος.* Nomina propria in ιος desinentia per ι scribuntur; exceptis *Ἄρειος*, *Ἡράκλειος*, *Βασίλειος*. † Et *Βασίλειος στοά*, porticus Regia. duae sunt porticus, sibi invicem vicinae, una Iovis Eleutherii, altera Regia. accedit tertia, quae olim *Pisianactia* vocabatur, nunc vero mutato nomine *Poecile* dicitur. *Βασίλειοι.* Regii pueri sexies mille, qui Alexandri Macedonis iussu in Aegypto arte militari erudiebantur. *Βασιλειῶντα κτείνει. Occidit regnum affectantem.* *Βασιλήιος.* *Βασιλική.* In Basilica pone Milium (ubi Examen etiam extabat usque ad Heraclium

ἦν καὶ τὸ Ἕξαμον ἕως Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως· γονυκλινὲς Ἰουστίνου τοῦ τυράννου. ἐκεῖ ὁ Τέρβελις ἐδημηγόρησεν· ἐν οἷς ἐλέφας ἵστατο παμμεγέθης, ὑπὸ Σεβήρου κατεσκευασμένος. ἔνθα ἦν καὶ σχολὴ φυλαττόντων πολλή. ἔμενε δὲ ἐκεῖσε ἀργυροκόπος ἐν πλαστοῖς ζυγοῖς τὴν πρᾶσιν ποιούμενος, καὶ τοῦ οἰκήματος αὐτοῦ πορθουμένου ἠπείλει τῷ τὸν ἐλέφαντα φυλάττοντι θάνατον, εἰ μὴ τοῦτον κρατήσειεν. ὁ δὲ θηροκόμος οὐκ ἐνεδίδου· ὃν φονεύσας ὁ ζυγοπλάστης δέδωκε βορὰν τῷ ἐλέφαντι. τὸ δὲ θηρίον ἀτίθασσον ὂν καὶ αὐτὸν ἀνεῖλε. καὶ ὁ Σεβῆρος ἀκούσας τῷ θηρίῳ θυσίαν ἤγειρεν. ἐν αὐτῷ δὲ τῷ τόπῳ παρευθὺ ἀνετυπώθησαν τό τε θηρίον καὶ ὁ θηροκόμος. ἔνθα καὶ Ἡρακλῆς ἐλατρεύθη, πολλὰς θυσίας δεξάμενος, ὃς ἐν τῷ ἱπποδρομίῳ μετετέθη. ἐπὶ δὲ Ἰουλιανοῦ ὑπατικοῦ ἀπὸ Ῥώμης ἤλθεν εἰς τὸ Βυζάντιον, καὶ εἰσήχθη ἐν ἁπήνῃ καὶ νηὶ καὶ στῆλαι δέκα.

Βασιλικὴ διαδρομή. ἡ γενομένη τοῦ βασιλέως παρόντος διαδρομή. ἔστι δὲ οὗτος εἷς τῶν Ἀθήνησιν ἐνέα ἀρχόντων· ὃς βασιλικὴ διαδρομὴ καλεῖται.

Βασιλικός, σοφιστής. *Περὶ τῶν διὰ τῶν λέξεων σχημάτων, Περὶ ῥητορικῆς παρασκευῆς, ἤτοι περὶ ἀσκήσεως, Περὶ μεταποιήσεως· καὶ ἄλλα τινά.*

Βασιλίνδα. *τὴν βασιλείαν.*

Βασιλίς. ἡ τοῦ βασιλέως γυνή· ὡς καὶ βα- 427
λανίς, ἡ τοῦ βαλανέως.

Βασιλίσκος, Βηρίνης ἀδελφὸς τῆς βασιλίδος, *ἐπὶ Λέοντος τοῦ βασιλέως ἀντὶ Ῥουστικίου στρατοπεδάρχου ἠρέθη, ἐνεπίτευκτος μὲν ὢν ἐν μά-*

---

1. *Ἕξαμον*] Id est, *Examen.* Vide Ducangium in Glossario Graeco. *Küst.* *Ἕξαμον* V. C. quod extat in v. *Μανατήμ.* Hinc olim erat petita gl. *Ἕξαμμον Μιλίου.* Ceterum *ἔνθα . . . τοῦ βασιλέως* paulo superiorem in locum debuerant transferri. *ἕως*] Vox ista deest apud Codinum. *Küst.* *τοῦ βασιλέως — θηροκόμος* om. V. C. Contra *V. quae subsequuntur *ἔνθα καὶ Ἡρακλῆς . . . μετετέθη* inseruit post *Ἡρακλείου.* 2. *Ἰουστίνου*] Scribe *Ἰουστινιανοῦ*, ut apud Codinum legitur. Verba enim haec intelligenda sunt de Iustiniano Rhinotmeto, ut patet ex Anonymo de Antiquit. Constantinopol. quem Lambecius primus edidit et Codino subiunxit: quem vide p. 92. *Küst.* *Τέρβελις*] Dux Bulgarorum. Vid. *Βούλγαροι. Reines.* Vid. Nicephori Hist. p. 27. ed. Paris. Zonarae Ann. XIV. p. 95. Cedrenus p. 445. Theophanes p. 312. *Gaisf.* 4. *Σεβήρου*] *Σευήρου* hic et infra A. 5. *φυλαττόντων πολλή*] Malim *φυλαττόντων τὴν πόλιν*, ut Lambecius in Codinum p. 161. In codice quodam MS. Codini ne reperisse testatur. *Küst.* 6. *πράσιν*] *πρᾶσιν* cum E. 9. *θηροκόμος*] *θηροκόμης* E. 14. *ἐλατρεύθη — δεξάμενος*] *πολλάκις ἐλατρεύθη* V. C. 15. *ἱπποδρόμῳ*] *ἱπποδρομίῳ* A. *V. 16. *ἦλθεν*] *ἦχθη* *V.

1. *τὸ* ante *Βυζάντιον* om. E. 2. *καὶ στῆλαι δέκα*] Rectius Codinus, *μετὰ στηλῶν δέκα.* Anonymus vero modo laudatus habet *μετὰ στηλῶν δώδεκα. Küst.* 3. *Βασιλικὴ διαδρομή*] Ex Harpocratione. *Διανομή* E. item in fine gl., sed post *παρόντος* cum ceteris *διαδρομή.* 5. *ὃς βασιλικὴ διαδρ.*] Legendum est, *ἀφ' οὗ βασιλ.* ut recte monuit Maussacus in Harpocrationem h. v. *Küst.* Vetus mendum conservat Pal. Harp. *οὗτος ὁ δρόμος βασ.* Portus. 7. *Βασιλικός, σοφ.*] Huius mentio fit supra v. *Ἀθήνης Γαδαρ.*, ex quo loco aetatem eius discimus. *Küst.* Attulit etiam Schol. Hermog. T. VI. p. 111. et VII. pp. 878. 931. 1024. Unde possit scriptura *Βασιλίσκος* iisdem in Scholiis T. IV. p. 747. in suspicionem adduci. 9. *ἄλλα τινά*] *Eudocia* p. 93. *ἔγραψε καὶ περὶ ἄλλων πολλῶν ῥητορικῶν.* 11. *Βασιλίνδα. τὴν βασιλείαν*] Scribo, *Βασιλίνναν, τὴν βασίλειαν*, i. e. *reginam.* Vel totum hunc locum sic legendum et emendandum esse puto: *Βασιλίνδα. εἶδος παιδιᾶς. Βασιλίδα δέ, βασίλειαν.* Id est, *Βασιλίνδα, genus lusus. Βασιλίδα vero, reginam. Βασιλίνδα* enim significare *regnum* (ut hodie quidem in codicibus Suidae legitur), quis auctor vel grammaticus usquam tradidit? Ceterum pro *βασιλίνδα, βασίλειαν* scribendum esse *βασιλίδα, βασίλειαν*, ut diximus, etiam Portus ante me coniecerat. *Küst.* Verum hic quidem quasi per transennam viderunt Portus et Küsterus. Sine dubio enim scribendum: *Βασιλίδα, τὴν βασίλειαν.* Respexit Suidas, quod nemo vidit, ad Sophoclis Antig. 941. *Τὴν βασίλειαν μοῦνην λοιπήν.* Ubi Schol. *Τὴν βασιλίδα, τὴν βασίλειαν.* Qui ordo verborum apertissime demonstrat istum Scholiastam *τὴν βασιλίδα* apud tragicum olim legisse. Sed, ut quod res est fatear, quippe qui Scholiastas istos atque eorum deliramenta probe noverim, tutius fuerit vulgatam lectionem retinere, tum quod metro conveniat, tum quod voce *βασίλεια* alibi utatur Sophocles in loco, si quis alius, integerrimo, Al. 1320. *ἣ φύσει μὲν ἦν βασίλεια Ἀσωπίδοντος —.* Accedit Aristophanes Attici sermonis canon, Ran. 385. *Ἄγε νῦν ἑτέραν ὕμνων ἰδέαν τὴν καρποφόρον βασίλειαν Δήμητρα θεὰν ἐπικοσμοῦντες ζαθέαις μολπαῖς κελαδεῖτε. Toup.* t. p. 99. Nihil mutat Zon. p. 374. Litterarum quidem ordinem si debemus praestare, scribendum fuerit cum Küstero *Βασίλιννα*: Menander tamen, singularis vocabuli testis, paulo aliter dixit *Τριχορυσία βασίλιννα.* Neque hanc formam expectabamus, sed *βασίλισσα*, tot scriptorum documentis exhibitam: vide Hemsterh. Add. in Tho. M. p. 144. Me tamen iudice scriptum erat *Βασιλίδα. τὴν βασιλείαν*, ut et adiectiva notio poetis haud inusitata (v. Schaef. in Bos. p. 562.) traderetur et observatio perpetuo tenore cum v. *Βασιλίς* coiret. Itaque saltem *καὶ* supplendum ante *Βασιλίς.* Mox quae subiungebantur, *Καὶ Βασιλίνδα, εἶδος παιδιᾶς*: ea delevi cum A. V. C. Ubi Küsterus: „De hoc lusu vide Pollucem p. 442. et Eustath. in Homer. p. 1425." 12. *Βασιλίς*] Glossa tragica. 14. *Βασιλίσκος, Βηρίν.*] Vid. infra *Μάμας. Reines.* Uterque locus iam inter Malchi fragmenta relatus p. 274. 15. *Ῥουστικίου*] *Ῥουστικοῦ* A.

Imperatorem) statua erat posita virilis inaurata et genuflexa Iustiniani Tyranni. illic Terbelis concionatus est; eodemque in loco stabat ingens elephas, a Severo erectus; eratque ibi Schola custodum urbis. ibidem etiam habitabat argentarius, qui lanicibus iniquis emptores fraudabat. huius taberna cum [ab elephanto] averna esset, mortem minatus est eius custodi, nisi belluam coiberet. cum autem magister elephanti minas eius nihili faceret, interfecit eum falsus ille libripens, et elephanto devorandum obiecit. bellua vero necdum cicurata ipsum una sustulit. quo audito Severus elephanto sacrificavit, et in eodem loco ipsius belluae eiusque magistri statuas erigi iussit. ibidem Hercules multis sacrificiis colebatur, qui postea in Hippodromum translatus est. Iuliano vero consule Roma Byzantium curru et nave devectus est cum aliis decem statuis. *Βασιλικὴ διαδρομή.* Sic vocabatur cursus, qui fiebat Rege praesente. erat autem Rex Athenis unus ex novem Archontibus; a quo cursus iste vocatus *Regius.* *Βασιλικός.* Basilicus, sophistes, scripsit de Figuris dictionum; de Rhetorico apparatu, sive de exercitatione; de Metapoesi; alia quaedam. *Βασιλίνδα.* Regiam. *Βασιλίς.* Regis uxor: ut *βαλανίς*, balneatoris uxor. *Βασιλίσκος.* Basiliscus, Verinae Imperatricis frater, sub Leone Imperatore in locum Rustici ducis copiarum substitutus,

χαις, βραδύνους δὲ καὶ φενακίζουσιν ὑπαγόμενος ῥᾳδίως.

Βασιλίσκος. ὅτι Βασιλίσκος, ὁ Ῥωμαίων τῶν Ἑώων βασιλεύς, τῶν ἐκκλησιῶν τοὺς ἐπισκόπους εἰσέπραττε χρήματα, καὶ Ἀκάκιον τὸν Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπον μικροῦ δεῖν ἀπώσατο, εἰ μὴ τῷ πλήθει τῶν λεγομένων μοναχῶν ἀπεκρούσθη. πολύς τε ἦν πρὸς ἐπιθυμίαν χρημάτων, ὡς μηδὲ αὐτῶν τῶν τὰς εὐτελεῖς καὶ βαναύσους μετιόντων ἐπιστήμας ἀπέχεσθαι. Καὶ ἦν ἅπαντα μεστὰ δακρύων τῇ τῶν τοιούτων εἰσφορῶν εἰσπράξει. καὶ ἔστιν ἐν τῷ Ἁρμάτος.

Βάσιμος. πορευτική, εὐεπίβατος. Καὶ Βάσιμοι τόποι, οἱ πορεύσιμοι.

Βάσις. βάδισις.

Κυνὸς Λακαίνης ὥς τις εὔρινος βάσις.

Βασκανία καὶ Βάσκανος. ὅτι τὸ βάσκανος ἁπλῶς ἐπὶ λοιδορίας τιθέασιν.

Οὐ ψεύδει, καίπερ σφόδρα βάσκανος οὖσα.

Βασκαίνει. ἀντὶ τοῦ αἰτιᾶται καὶ μέμφεται καὶ συκοφαντεῖ. οὕτω Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος. καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς· Βάσκανον δὲ καὶ πικρὸν καὶ κακόηθες οὐδέν ἐστι πολίτευμα ἐμόν, φησίν· ἀντὶ τοῦ φιλαίτιον καὶ συκοφαντικόν.

Βασμοί. βαθμοί.

Βάσσος Κορίνθιος. Ἀπολλώνιος πρὸς τοῦτον διηνέχθη. πατραλοίας μὲν γὰρ οὗτος ἐδόκει καὶ ἐπεπίστευτο, σοφίαν δὲ ἑαυτοῦ κατεψεύδετο, καὶ χαλινὸς οὐκ ἦν ἐπὶ τῇ γλώττῃ. λοιδορούμενον δὲ αὐτὸν ἐπέσχεν ὁ Ἀπολλώνιος, οἷς τε ἐπέστειλεν, οἷς τε διελέχθη κατ' αὐτοῦ. πᾶν γὰρ ὅπερ ὡς ἐς πατραλοίαν ἔλεγεν, ἀληθὲς ἐδόκει. μὴ γὰρ ἄν ποτε τοιόνδε ἄνδρα ἐς λοιδορίαν ἐκπεσεῖν, μηδὲ ἂν εἰπεῖν τὸ μὴ ὄν.

Βαστάζω. αἰτιατικῇ.

Βαστάσας. ἀντὶ τοῦ δοκιμάσας. Εὔπολις·

Ἄγε δή, πότερα βούλεσθε τὴν διάθεσιν
ᾠδῆς ἀκούειν ἢ τὸν ἀρχαῖον τρόπον;
Ἀμφότερ' ἐρεῖς. ἐγὼ δ' ἀκούσας τὸν τρόπον
ὃν ἂν δοκῇ μοι βαστάσας αἱρήσομαι.

Πᾶν τὸ συμβησόμενον ἐπὶ λόγον ἄγων καὶ βα- 423
στάζων. ἀντὶ τοῦ δοκιμάζων. Καὶ βάσταγμα. Δῆ-

---

2. *φενακίζουσι ῥᾳδίως ὑπαγόμενος*] *φ. ὑπαγόμενος ῥᾳδίως* A. Scripsimus etiam *φενακίζουσιν*. 3. *Βασιλίσκος*] Vid. Cavii Scrippt. Eccles. hist. T. I. p. 452. *Gaisf.* Qui tacite dedit *ὅτι* cum *V. 7. *εἰ μὴ*] *εἰ* om. V. *λεγομένων*] *ἐνων* *V. Non placet edita scriptura. 8. *εἰς ἐπιθυμίαν*] *πρὸς ἐπιθυμίαν* A. *προσεπιπρὸς ἐπιθυμίαν* V. unde Gronovius p. 88. eliciebat *προσέτι πρός*. 9. *μηδὲ*] *μηδὲν* A. *μὴ* V. *αὐτῶν*] *αὐτῶν τῶν* A. B. E. 10. *ἐπιστήμονας* Med. *μεστά*] *μετά* V. Mox *εἰς φορῶν πράξει* Med. 11. *καὶ ἔστιν* addiderunt A. B. *ἐν τῷ Ἁρμ.* om. V. 13. *Βάσιμος*] Procop. p. 365. *Toup.* MS. *βάσιμος τόπος* dixit Diodorus XIII, 27. *εὐεπίβατος* om. Zon. p. 373. 16. *Κυνὸς*] Sophocl. Ai. 8. In fine gl. E. addit *Σοφοκλῆς*. 17. *τὸ*] *ὅτι τὸ* Gaisf. cum *V. *ὅτι τοῦ* A. 19. *Οὐ ψεύδῃ*] Haec sunt verba Aristophanis Plut. 571. ubi locus iste rectius sic legitur: *Ἀλλ' οὐ ψεύδει τούτων γ' οὐδέν, καίπερ σφόδρα βάσκανος οὖσα. Küst.* Et *τούτων γ' οὐδὲν* addit E. ut solet interpolatus. Ceterum *ψεύδει* A. 20. *Βασκαίνει. δοτικῇ*] Ex Harpocratione. *Küst.* *δοτικῇ* omisi cum V. C. id quod infra post *ἀεί* reponendum fuisse vidit Piersonus in Herodian. p. 470. Cui frustra Gaisf. opposuit Lex. de Syntaxi p. 130. 21. *Δημοσθένης*] P. 291, 21. 1. *ἐν τοῖς ἑξῆς*] Immo superiore loco p. 263. pr. Quem errorem emendaturi complures Harpocrationis libri receperunt *ἐν τούτοις*. 2. *οὐδέ* vulg. 3. *φιλαίτιον*] *φιλαύτιον* V. C. Mox alteram glossam cum V. C. removi: *Βασκαίνω σοι δεῖ. ὁ δὲ Λιβάνιος αἰτιατικῇ· Τὸν προσήκοντα βασκαίνουσι.* Ubi *Βασκαίνων* A. qui mox post *αἰτιατικῇ* addit *δεῖ*. 4. *Βασμοί*] *Βασμός* Hesych. et Moeris p. 97. Vide Lobeck. in Phryn. p. 324. 5. *Βάσσος Κορίνθιος*] Haec et quae sequuntur ad verbum descripta sunt ex Philostrato de Vita Apoll. lib. IV. c. 9. (26.) *Küst.* *Βάσσος* V. 6. *καὶ ἐδόκει* Philostr. 9. *ἐπέστειλεν — διελέχθη*] *ἐπέστειλλεν — διειλέχθη* E. 12. *ἐμπεσεῖν* E m. sec. Supra *ἂν τοτε* Med. *ἀνειπεῖν*] *ἂν εἰπεῖν* Reinesius e Philostrato: nec dubitavi reponere. 14. Om. vulg. Sileur *V. 16. *τὴν διάθεσιν*] Ad metrum versus fulciendum legi debet *τὴν μὲν διάθεσιν. Küst. καινὴν διάθεσιν. Hemst. τὴν νῦν διάθεσιν* Toupius, quomodo ipse correxeram, Toupiana emendatione nondum reperta, in Hephaestionem p. 45. Nunc mutata sententia malim legere *τηνδὶ διάθεσιν*. Scilicet finalem syllabam vocis *τηνδὶ* absorpsit initium vocabuli sequentis. *Gaisf.* Non potuit hac emendatio neque ad sententiam neque ad sermonem pelor excogitari. Probabiliter Porsonus: „Lege *τὴν νῦν διάθεσιν*. Phrynichus apud Harpocr. v. *Διάθεσις, τῇ διαθέσει τῶν ἑπῶν* dixit." 19. *ὃν δοκῇ* *V. 20. *Πᾶν τὸ συμβησόμενον ἐπὶ λ.*] Versus hic non est *ἀρτίπους*, ad cuius metrum fulciendum cum Porto legerim: *Ἅπαν τὸ συμβησόμενον ἐπὶ τὸν λόγον ἄγων. Küst.* Male haec olim cum versibus Eupolidis continuabantur. 21. *Καὶ βάσταγμα δῆλον ἐγένετο. Διότι μέγα*] Oratio sic distinguenda, *καὶ Βάσταγμα. Δῆλον* etc. Vide reliquias ex Polybii lib. XXXVI, 4, 7. et annott. nostras T. VIII. p. 138. *Schweigh.* *δῆλον*] *δηλῶν* V. C.

---

qui fuit in bellis quidem gerendis felix, sed per ingenii tarditatem adversus fraudes impostorum parum cautus. *Βασιλίσκος*. Basiliscus, Romanorum orientalium Imperator, pecuniam ab ecclesiarum episcopis exegit, et Acacium, episcopum Constantinopolitanum, parum afuit quin pelleret, nisi multitudine monachorum cohibitus fuisset. idem adeo fuit avarus, ut ne illis quidem parceret, qui viles et sordidas artes exercerent. quare propter huiusmodi tributorum exactiones omnia lacrimarum plena erant. Quaere sub v. *Ἁρμάτος*. *Βάσιμος*. Pervius, transitu facilis. Et *βάσιμοι τόποι*, loca pervia. *Βάσις*. Gressus. *Ut gressus canis Laconici valde sagacis.* *Βασκανία*. Et *βάσκανος*, quod simpliciter significat hominem maledicum. *At non mentiris, quamvis valde sis maledica.* *Βασκαίνει*. Criminatur, accusat, calumniatur. sic Demosthenes in oratione *pro Ctesiphonte*. idem in sequentibus ait: *Neque animo calumniandi neque acerbe malignene quicquam feci.* ubi *βάσκανον* significat criminandi cupidum et malignum. *Βασμοί*. Gradus. *Βάσσος Κορίνθιος*. Cum Basso dissidium Apollonio intercessit. parricida enim cum esse crederetur, et sapientiam falso sibi vindicabat et effreni lingua utebatur. quem conviciantem et scriptis et sermonibus Apollonius compescuit. quicquid enim in eum ut parricidam dicebat, verum esse credebatur: quoniam neque insectatorum nec rem falsam pro vera dictorum existimabant. *Βαστάζω*. Aptum accusativo. *Βαστάσας*. Qui exploravit. Eupolis: *Agite igitur, libetne recentem cantandi modum an refutatum audire? Utrumque dices. ego vero, postquam audiero, qui mihi re perpensa modorum optimus risus fuerit, eum eligam.* † *Quicquid accidere posset, rationibus*

λον ἐγένετο διότι μέγα τὸ βάσταγμα τῆς πόλεως ἦν· πλείονα γὰρ ἢ μυριάδων ὅπλα παρέδωκαν Ῥωμαίοις, καὶ καταπέλτας δύο. Καὶ Βαστάσαι οὐ τὸ ἆραι δηλοῖ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, ἀλλὰ τὸ ψηλαφῆσαι καὶ διασηκῶσαι καὶ διασκέψασθαι τῇ χειρὶ τὴν ὁλκήν.

Βασταχθείη. ἀρθείη, κλαπείη. Ὁ δὲ Λακύδης σφραγισάμενος διὰ τῆς ὀπῆς τὸν δακτύλιον ἐρρίπτει, ὡς μηδέποτε αὐτοῦ περιαιρεθείη καὶ τι βασταχθείη τῶν ἀποκειμένων.

Βάτα Κάρας. ἐπὶ τῶν παχέων καὶ δυνατῶν. κατὰ διαστολὴν δὲ ἀναγνωστέον.

Βατά. βάσιμα. Ἀρριανός· Πάντα δὲ τῷ Ἀλεξάνδρῳ βατά τε καὶ ἐξαιρετέα εἶναι ἐδόκει.

Βάταλος. βδελυρός, αἰσχρός.

Βάταλος. οὕτως ἐκλήθη ὁ Δημοσθένης νέος ὤν, ὡς γυναικώδης· γηράσας δὲ Ἀργᾶς, ἀπὸ ὄφεως οὕτω καλουμένου.

Βαταναία. χώρα.

Βατταρισμοί. φλυαρίαι.

Βατήρ. ἡ ἀρχὴ τοῦ τῶν πεντάθλων σκάμματος.

Αὐτὸν κέκρουκας τὸν βατῆρα τοῦ λόγου, φησί τις. οἷον, τὸ ἐπικαιρότατον καὶ τὸ πρῶτον.

Βατίς. εἶδος ἰχθύος. Καὶ Βατιδοσκόποι, οἱ ὀψοφάγοι.

Βαττολογία. ἡ πολυλογία. ἀπὸ Βάττου τινὸς μακροὺς καὶ πολυστίχους ὕμνους ποιήσαντος, ταυτολογίας ἔχοντας.

Βατύς. ὁ βάσιμος τόπος.

---

1. *διότι μέγα*] Locus hic excerptus est ex scriptore quodam (Polybio, ut arbitror), qui historiam belli Punici tertii descripserat, quoniam verba fragmenti huius intelligenda sunt de Carthaginiensibus, qui tempore belli Punici tertii spe pacis impetrandae omnia arma bellica, quae in armamentariis suis habebant, Romanis tradiderunt, ut testatur Appianus in Libyc. p. 75. Is enim cum ante dixisset, Cornelium Scipionem Nasicam et Cn. Cornelium Hispalum Carthaginem missos fuisse, quibus arma a Carthaginiensibus traderentur, subiungit: *παρελάμβανον εἴκοσι μυριάδας πανοπλιῶν, καὶ βελῶν καὶ ἀκοντίων πλῆθος ἄπειρον, καὶ καταπέλτας ὀξυβελεῖς τε καὶ λιθοβόλους ἑξ διχιλίους.* De numero ergo armorum traditorum Appianus cum fragmento apud Suidam pulchre consentit, dummodo pro *καταπέλτας δύο* (qui manifestus est librariorum error, notam *β'*, quae tam duo quam duo millia apud Graecos significare potest, male interpretantium) legatur, *καταπέλτας δισχιλίους*, ut Appianus habet. *Küst.* 2. *πλείονα*] πλείον B. E. *V. quod non spernendum.* 3. *καταπέλτας*] καταπέλτα E. *Καὶ βαστάσαι*] Vide supra v. *Βαρυδαίμων*, et infra v. *Διασηκῶσαι. Küst.* Nempe recurrebant haec sub v. *Διασηκῶσαι.* „Soph. Oed. Col. 1105. ubi male interpres. Eurip. Cycl. 378. ubi minus recte interpres. Vid. v. *Ἐβάστασεν.*" *Toup. MS.* Idem aliquando tentabat *διασυκάσαι*, usus Hesych. v. *Συκάσαι.* 6. *Ὁ δὲ Λακύδης*] Haec sunt verba Laertii lib. IV. segm. 59. ut Portus etiam monuit. *Küst.* Unde post *σφραγισάμενος* supplendum *πάλιν εἶσω.* 9. Hanc glossam subsequebantur ex Etym. M. sive Zon. p. 379. petita: *Βαστραχαλῆσαι. τραχηλίσαι. βάστραχας γὰρ τοὺς τραχήλους λέγουσι.* Nesciunt A. B. C. E. V. 10. *Βάτα Κάρας. ἐπὶ τῶν παχ.*] Proverbium hoc in Vaticana Appendice [I, 16.] clarius sic exponitur: *Βάτα Κάρας. ἐπὶ παχέων λέγεται τοῦτο. τινὲς οὖν ἐνόμισαν ἓν ὄνομα τοῦτο εἶναι, καὶ ἐχρήσαντο τῇ παροιμίᾳ ἐπὶ τῶν παχέων. ἔστι δὲ υἱὸς ὁ Κάρας τοῦ Βάτα, ὡς ἐν Ἡραίῳ τῷ Σαμίῳ ἐπιγέγραπται.* Hinc ergo discimus *Βάτα Κάρας* esse duo nomina propria, et Batam Carae filium fuisse. *Küst. ἀδυνάτων* cum Arsen. p. 137. corrigebat Pantinus. Vide Koen. in Gregor. p. 125. 12. Cf. Zon. p. 376. *Ἀρριανός*] De Expedit. Alex. lib. IV. (21,5.) p. 286. *Küst.* 13. *ἐξαιρετέα*] ἐξαίρετα B. E. *ἐξαιρετέα* Med. Sequentem gl. *Βατταλίζεσθαι, μαλακῶς καὶ αἰσχρῶς διάγειν*, delevit Galsf. cum A. B. C. E. Theanus Ep. p. 355. ascripserat Toupius.

1. *Βάταλος*] Βατταλος bis C. *V. οὕτως ἐκλήθη Δημοσθένης*] Aeschines *περὶ παραπρεσβείας* p. 260. *Ἐν παισὶ μὲν γὰρ ὢν* (loquitur de Demosthene) *ἐκλήθη δι' αἰσχρουργίαν τινά· ἡ κιναιδίαν Βάταλος· ἐκ παίδων δὲ ἀπαλλαττόμενος καὶ δεκαταλάντους δίκας κατὰ τῶν ἐπιτρόπων λαγχάνων Ἀργᾶς ἐκλήθη.* Ad hunc locum Suidas respexit. Vide etiam Photium p. 1480. et supra v. *Ἀργᾶς. Küst.* Vid. Lex. Seg. pp. 185. 224. *Δημοσθένης*] ὁ Δημοσθένης A. *V. C. E. 4. Βαταναία*] *Βατανέα* Steph. Byz. Deleta statim cum A. B. C. V. E. *Βατταρίζειν. μόγις καλεῖν. ἀπὸ Βάττου Θηραίου, ἰσχνοφώνου ὄντος:* quam gl. ex Etymol. M. sive Zon. p. 379. Med. descripserat. Küsterus laudarat Leopardi Em. XV, 21. Adde Lex. Seg. pp. 30. 85. 224. Hesych. in v. et Schol. Luciani Iov. trag. 27. 5. *Βατταρισμός. φλυαρία*] *Βατταρισμοί. φλυαρίαι* A. B. C. V. E. MS. Coisl. 177. *Βαττάρισμοις. φλυαρίαις* Hesych. Vulg. tenet Zon. p. 371. Addit MS. Coisl. *ἀπὸ Βάττου τινὸς ἰσχνοφώνου καὶ τραυλοῦ, ἀφ' οὗ καὶ τὸ βατταρίζειν, ἤγουν τὸ ἀσήμως λέγειν καὶ φλυαρεῖν.* 6. *Βατήρ. ἡ ἀρχή*] Haec et quae sequuntur αὐτολεξεὶ etiam leguntur apud Eustath. in Odyss. *α'*. p. 1404. qui ea ex Lexico Aelii Dionysii se descripsisse testatur. *Küst. πεντάθλων*] πενταθλου A. V. C. *πενταθλου σκαμμάτων* Etym. M. *τοῦ τῶν πενταθλων σκάμματος* Lex. Seg. p. 224. *τῶν τοῦ πενταθλου σκαμμάτων* Zon. p. 371. *τὸ ἄκρον τοῦ σκάμματος τῶν πενταθλων* Hesych. MS. Coisl. 177. *ἡ ἀρχὴ τοῦ τῶν πενταθλων ἀγῶνος· ἀπὸ τούτου δὲ λέγεται καὶ παντὸς ἔργου καὶ λόγου τὸ πρῶτον καὶ κυριώτατον.* 7. *Αὐτὸν κέκρουκας τὸν βατ.*] Supra legitur, *Αὐτὸν κέκρουκας τὸν βατῆρα τῆς ὁδοῦ. Küst.* 9. *Βατίς*] Et *βάτος raia*: Plin. IX, 24. et 51. Aristot. Animal. II, 16. et VI, 9. Coit cum *ῥίνῃ*, de qua vide infr. *Reines.* Ex Schol. Aristoph. Pac. 811. Cf. Lex. Seg. p. 224. et v. *Μελάνθιος.* 11. *Βαττολογία*] Glossa sacra. Cf. Zon. p. 374. 14. *Βατύς*] *ἡ βατὺς θηλυκῶς λέγεται, ὁμοίως καὶ ἡ νάρκισσος, παρὰ δὲ Ἀριστοφάνει ἀρσενικῶς λέγεται.* Haloand. Tetigit Antiatt. p. 84. Cf. v. *Βέβηλος.* Hesychius *διαπεράσιμος τόπος.*

---

subducens et expendens. Et *Βάσταγμα. Vires enim urbis erant insignes. armorum enim plus ducentena millia et catapultarum duo millia Romanis tradiderunt.* Et *βαστάσαι* apud Atticos non significat tollere, sed attrectare et manu pondus existimare et expendere. *Βασταχθείη.* Auferretur. *Lacydes vero, penu obsignato, annulum intro per foramen iaciebat, ut de rebus illic reconditis nihil surriperetur. Βάτα Κάρας.* Dicitur in pingues et crassos. duabus autem vocibus distinguendum est. *Βατά.* Pervia. Arrianus: *Alexandro nihil inaccessum aut inexpugnabile esse videbatur. Βάταλος.* Impurus, turpi veneri deditus. Batalus vocatus est Demosthenes, cum esset adolescens, ut effeminatus et mollis; senex autem appellabatur Argas, a serpente ita dicto. *Βαταναία.* Batanaea, regio. *Βατταρισμοί.* Inanis loquacitas. *Βατήρ.* Locus: unde quinquertiones certandi initium faciebant. Proverbium: *Ipsum orationis limen tetigisti.* Id est, quod praecipuum est et maxime ad rem facit attigisti. *Βατίς.* Piscis genus. Et *Βατιδοσκόποι*, heluones piscium. *Βαττολογία.* Inanis deblateratio. a Batto quodam, qui prolixis hymnis easdem res crebro solebat repetere. *Βατύς.* Pervius locus.

Βάττος. ὄνομα κύριον. ἰσχνόφωνος καὶ τραυλός. πόλις ἦν Κρητικὴ Ὄαξός· ἐν τῇ Ἐτέαρχος βασιλεύς, ὃς ἐπὶ θυγατρὶ ἀμήτορι, τῇ οὔνομα ἦν
326 *Φρονίμη, ... παρέχουσά τε κακὰ καὶ πᾶν ἐπ' αὐτῇ μηχανωμένη, καὶ τέλος μαχλοσύνην ἐπενεγκοῦσά οἱ πείθει τὸν ἄνδρα ταῦτα ἔχειν οὕτως. ὁ δὲ ἀναγνωσθεὶς ὑπὸ τῆς γυναικὸς ἔργον οὐχ ὅσιον ἐμηχανᾶτο ἐπὶ τῇ θυγατρί. ἦν γὰρ δὴ Θεμίσων ἀνὴρ Θηραῖος ἔμπορος ἐν τῇ Ὄαξῷ. τοῦτον ὁ Ἐτέαρχος παραλαβὼν ἐπὶ ξενίᾳ ἐξορκοῖ, ἤ μήν οἱ διηκονήσειν ὅ τι ἂν δεηθείη. ἐπεί τε δὴ ἐξώρκωσεν, ἀγαγὼν οἱ παραδιδοῖ τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα, καὶ ταύτην ἐκέλευε καταποντῶσαι ἀπαγαγόντα. ὁ δὲ Θεμίσων περιημέκτησεν ἐν τῷ πελάγει, καὶ ἀφοσιούμενος τὴν ἐξόρκωσιν τοῦ Ἐτεάρχου, σχοινίοις αὐτὴν διαδήσας καθῆκεν εἰς τὸ πέλαγος, ἀνασπάσας δὲ ἀφίκετο ἐς τὴν Θήραν. ἐντεῦθεν δὲ τὴν Φρονίμην παραλαβὼν Πολύμνηστος, ἐὼν τῶν Θηραίων ἀνὴρ δόκιμος, ἐπαλλακεύετο. χρόνου δὲ περιιόντος ἐξεγένετό οἱ παῖς ἰσχνόφωνος καὶ τραυλός, τῷ οὔνομα ἐτέθη Βάττος.*

Βάττου σίλφιον. ἐπὶ τῶν σπανίους τιμὰς λαμβανόντων. οἱ γὰρ Κυρηναῖοι ἐνὶ τῶν Βάττων ἐξαίρετον ἔδοσαν τὸ σίλφιον, καὶ τοῦ νομίσματος ἐπὶ μὲν θατέρου Ἄμμωνα, ἐπὶ δὲ θατέρου σίλφιον ἐτύπωσαν. οἱ δὲ ἐπὶ Λιβύης Ἀμπελιῶται εἰς Δελφοὺς ἀνέθεσαν καυλὸν σιλφίου.

Βάττου σίλφιον. Ἀριστοφάνης Πλούτῳ·

Οὐδ' ἂν δοίης γέ μοι καὶ τὸ Βάττου σίλφιον. τὸ ἐν τῇ Λιβύῃ· ὃ θεραπεύει πολλά· ἡδύοσμόν ἐστι καὶ πολύτιμον. Βάττος γὰρ τὴν Κυρήνην κτίζει.

Βάτων, κωμικός. δράματα αὐτοῦ, Συνεξαπατῶν, Ἀνδροφόνος, Εὐεργέται.

Βατράχειον. εἶδος χρώματος. ἀπὸ τούτου καὶ βατραχὶς ἱμάτιον. ἐχρίοντο δὲ τῷ βατραχείῳ τὰ

---

1. *Βάττος*] Locus ex Herod. IV, 154. leviter decerptus. 3. *Ἀμήτορι*] *Εὐμήτορι* V. Nomen quasi proprium *Ἀμήτορι*, quod editiones olim exhibebant, quem in errorem homines imperitissimos illexerit documus in v. *Ἀμητός*. *τῇ ὄνομα ἦν*] Locus hic mutilus ex Herodoto sic supplendus est: *τῇ ὄνομα ἦν Φρονίμη, ἐπὶ ταύτῃ ἔγημε ἄλλην γυναῖκα. ἡ δὲ ἐπελθοῦσα ἐδικαίου εἶναι καὶ τῷ ἔργῳ μητρυιὴ τῇ Φρονίμῃ, παρέχουσα* etc. *Küst.* *ὄνομα*] *οὔνομα* B. E. 6. Vide v. *Ἀναγνωσθείς*. 8. *δή* addunt A. B. E. V. Med. Mox *ἀνὴρ* om. B. E. 10. *ἤ μήν*] *ἤ μὲν* A. E. Qui mox *διηκονήσειν* pro *διακονήσειν*. Mox *ἐπί* A. 11. Lege cum Herodoto *δεηθῇ*. 12. *ἐκέλευε*] *ἐκέλευσε* B. E. 13. *ὁ δὲ Θεμίσων*] Scribe et supple ex Herodoto: *Ὁ δὲ Θεμίσων περιημεκτήσας τῇ ἀπάτῃ τοῦ ὅρκου, διαλυσάμενος τὴν ξενίην, ἐποίει τάδε. παραλαβὼν τὴν παῖδα ἀπέπλει. ὡς δὲ ἐγένετο ἐν τῷ πελάγει* etc. *Küst.* Horum partem recte perscripsit v. *Περιημεκτήσας*, addita lacinia, quam nos removimus. *περιημέκτησε*] *περιημέκτησεν* dedi cum E. 14. *καὶ ἀφοσ.*] Horum partem repetit v. *Ἀφοσιούμεθα*. 16. *ἀφίκετο*] *ἀπίκετο* E. m. sec. Qui infra *περιιόντος*.

3. *ὄνομα*] *οὔνομα* A. B. E. *V. In fine *Βάττης* A. 4. *Βάττου σίλφιον. ἐπὶ τῶν σπαν. τιμὰς λαμβ.*] Locum hunc egregie illustrat Scholiasta Aristoph. in Plut. 926. qui omnino cum Suida conferendus est. *Küst.* Consentit Arsenius p. 137. *Βάττου σίλφιον. ἐπὶ τῶν μεγάλων καὶ πολυτελῶν· οἱ γὰρ Κυρηναῖοι τὸ σίλφιον μέγα τι καὶ ἐξαίρετον ἔχοντες, ἔδοσαν Βάττῳ, καὶ οὐκ ἔξῆν ἄλλῳ κεκτῆσθαι· ἐχάραττον δὲ καὶ ἐπὶ μὲν τοῦ ἑνὸς μέρους τοῦ νομίσματος τὸν Ἄμμωνα, ἐπὶ δὲ τοῦ ἑτέρου τὸ σίλφιον, ὡς μέγα· τὸ δὲ σίλφιον βότανόν ἐστι θεραπευτικόν, ἡδύοσμον καὶ πολύτιμον.* Sic Schol. MS. Coisl. 177. apud Gaisf., dudum evulgatum in Bibl. Coisl. p. 607. Cf. v. *Σίλφιον* et Eudociam a Scholiis Aristophanicis pendentem p. 92. Ceterum quae subsequitur glossa, *Βάττου — τὸ Β. σίλφιον*, his ipsis debuit praefigi. *ἐπὶ τῶν*] *ἐπὶ τοὺς* A. Cf. Lex. Rhet. p. 224. 5. *ἐνὶ τῶν Βάττων*] Malim *ἐνὶ τῶν Βαττιαδῶν*, ut habet Hesychius. *Küst.* 10. *Ἀριστοφάνης Πλούτῳ*] V. 926. ubi sic legitur: *— Οὐδ' ἂν εἰδοίης γέ μοι Τὸν πλοῦτον αὐτὸν καὶ τὸ Βάττου σίλφιον. Küst.* Et sic E. 12. *τὸ ἐν τῇ Λιβύῃ*] Ex Schol. Aristoph. Av. 534. *τ' ἐστι*] *τ'* ut videtur a Kilstero protectum ignorant libri. *δέ ἐστι* E. Schol. tantum *ἐστι δὲ καὶ πολυτίμητον.* 13. *Βάττος γάρ — κτίζει*] *ὁ Βάττος δὲ — ἔκτισε* E. Absunt a Schol. 14. *Βάττων, κωμ.*] Apud Athenaeum nomen comici huius scribitur per unum *τ*, *Βάτων*. *Küst.* Sic A. V. repugnante *Eudocia* p. 93. *Συνεξαπατῶν*] Fabulae huius mentio fit apud Athen. lib. XV. p. 678. sed ubi pro *Κάτωνι* rescribendum esse *Βάτωνι* ex hoc loco Suidae apparet. *Küst.* 15. *Ἀνδροφόνος*] Eius fabulae itidem meminit Athenaeus lib. IV. p. 163. *Küst.* *Εὐεργέται*] Et hanc fabulam laudat Athenaeus lib. XIV. p. 662. *Küst.* 16. *Βατράχειον. εἶδος*] Ex Schol. Aristoph. Equit. 520. adde Zon. p. 376. „Vid. infra in *Μίγνης*. Dio lib. LIX. *τῷ τὴν βατραχίδα ἐνδύνοντι, καὶ διὰ τοῦτο .. τῷ πρασίνῳ καλουμένῳ*. Loquitur de aurigis circensibus. *Βατραχιοῦν*, tribunal Athenis a colore fortasse, quo palus ante fores eius positus vel etiam lanuae obex fuit tinctus, ut et *φοινικιοῦν*. Eodem colore erant baculi, quos gestabant indices cuiusvis tribunalis, teste Aristot. in De Athen. polit. ap. Petit. Legg. Att. IV, 1. p. 308. Meminit utriusque Pausan. Attic. c. 28. *Reines.* *ἀπὸ τῆς βατρ. ἱμ.* *V.

Βάττος. Nomen proprium viri, qui exilii voce praeditus erat et balbus. est in Creta oppidum Oaxus, in quo fuit Etearchus rex. hic amissa uxore, filiae nomine Phronimae novercam induxit, quae domum ingressa, ut erat, ita re ipsa se novercam erga Phronimam praestitit; omnibus eam modis vexans, et nullum non malorum genus comminiscens, tandemque patri persuadens, eam esse impudicam. cui cum ab uxore persuasum esset, impium facinus adversus filiam molitus est. erat tunc Oaxi negotiator quidam Theraeus, nomine Themiso: quem Etearchus hospitio susceptum iureiurando adegit, ut in gratiam suam faceret, quicquid ab ipso petisset. ubi iureiurando hominem obstrinxit, filiam suam adductam ipsi tradidit, iubens eam in mare demergere. Themiso vero iureiurando se circumventum indignatus rem istiusmodi fecit. navim cum puella conscendit, et religione iurisiurandi defungi volens puellam funibus alligatam in mare demisit; eaque deinde retracta Theram rediit. postea Polymnestus, vir inter Theraeos spectatus, eam concubinam ascivit: ex qua interiecto tempore natus est ei filius, exilii vocis sono praeditus et balbus, cui nomen impositum est Battus. *Βάττου σίλφιον.* Batti silphium. dicitur de iis qui exquisitos honores adipiscuntur. Cyrenaei enim uni Battiadarum praecipuum dederunt silphium, et in una nummi parte Ammonem, in altera vero silphium expresserunt. Ampeliótae vero, qui sunt in Libya, silphi caulem Delphis dedicarunt. *Βάττου σίλφιον.* Aristophanes *Pluto*: *Neque si dederis mihi vel ipsum Batti silphium.* silphium enim in Libya nascens multis morbis medetur, suavisque est odoris et magni pretii. Battus autem Cyrenen condidit. *Βάτων.* Bato, comicus. eius fabulae sunt, *Una decipiens*, *Homicida*, *Euergetae*. *Βατράχειον.* Coloris genus, unde vestis quaedam, *βατραχὶς* vocata, nomen accepit. colore

πρόσωπα, πρὶν ἐπινοηθῆναι τὰ προσωπεῖα. Καὶ Βατραχίς, εἶδος ἐσθῆτος ἀνθίνης, ὅμοιον τῷ ὀνόματι ἐχούσης τὸ χρῶμα. Καὶ βατράχειος μοῖρα.

Βάτραχος ἐκ Σεριφου. ἐπὶ τῶν ἀφώνων. παρόσον οἱ ἐν Σερίφῳ βάτραχοι κομισθέντες εἰς Σκῦρον οὐκ ἐφθέγγοντο.

Βατράχῳ ὕδωρ. ὡς, γαλῇ στέαρ. ἐπὶ τῶν ταῦτα διδόντων, οἷς χαίρουσιν οἱ λαμβάνοντες. Καὶ Βατράχοις οἰνοχοεῖς, ἐπὶ τῶν ταῦτα παρεχόντων, ὧν οὐ χρῄζουσιν οἱ λαμβάνοντες.

Βαῦζων. ὑλακτῶν. Ἀριστοφάνης·

Βαῦζων καὶ γὰρ ἐγὼ τοιοῦτος ἦν.

ἀντὶ τοῦ ἦμην.

Βαυκαλᾶν. τιθηνεῖσθαι μετ' ᾠδῆς τὰ παιδία.

Βαῦνος. κάμινος. ἐξ οὗ καὶ βάναυσοι, [οἱ διὰ πυρὸς ἐργαζόμενοι τεχνῖται.]

Βάψας τὴν κώπην ἔπλευσας, ἐλθὼν πρὸς τοὺς ναυτοδίκας, οἳ τὰς τῆς ξενίας ἐδίκαζον. ἢ ἀπὸ τῶν φαρμακοποιούντων. λέγουσι γὰρ τὸ βάψας ποιήσω μέλαν.

Βδέλλα. ὁ Σολομὼν φησι· Τῇ βδέλλῃ ἦσαν τρεῖς θυγατέρες ἀγαπήσει ἀγαπώμεναι· καὶ αἱ τρεῖς αὗται οὐκ ἐνεπίμπλαντο, καὶ ἡ τετάρτη οὐκ ἠρκέσθη εἰπεῖν ἱκανή. βδέλλα ἡ ἁμαρτία. θυγάτηρ αὐτῆς, πορνεία, φθόνος, εἰδωλολατρία, αἳ οὐκ ἐμπίπλανται διὰ τῶν ἀτόπων πράξεων. ἡ τετάρτη ἡ πονηρὰ ἐπιθυμία.

---

1. *βατραχίς*] Ex Schol. Aristoph. Eq. 1403. Cf. Lex. Seg. p. 224. 2. *βατράχειος μοῖρα*] An *βατράχειος χροιά*? i. e. *color ranarum*. Sic videtur. *Küst.* Equidem dictionem Babrii puto subesse, qui locum ei potuit, ut hoc utar, in argumento *Γάμος Ἡλίου* concedere. G. Dindorfio de factione prasina formulam interpretanti libens assentirer, modo unum ex tot rerum Romanarum scriptoribus exemplum protulisset. Addit E. *καὶ βατράχιον βῆξ ἰατρική*, i. e. *βοτάνη ἰατρική*. 5. *Βάτραχος ἐκ Σεριφου*] Vide Diogenianum I, 49. et III, 44. *Küst.* Causam cur mutae illic ranae hanc dat Ioan. Tzetzes Chil. VIII. 167. *Ὅτι τὸ ὕδωρ τὸ ἐκεῖ τελεῖ τῶν ὑπερψύχρων. Schott.* V. Arsen. p. 137. et Nicias. in Antigon. Car. 4. 7. *Σκύρον* libri. 8. *Βατράχῳ ὕδωρ*] Zenobius II, 79. et Schol. Luciani Piscat. 9. *ὡς*] *καὶ* Arsen. p. 139. 10. *Βατράχοις*] *Βατράχους* B. C. 11. *ὧν*] *ἅπερ* Arsenius. 12. *Ἀριστοφάνης· Βαῦζων καὶ γὰρ ἐγὼ τ.*] Apud Aristoph. Thesmophor. 180. locus hic ita legitur, uti et apud Suidam legendus est: *Παῦσαι βαῦζων, καὶ γὰρ ἐγὼ τοιοῦτος ἦν. Küst.* Nec melius Zon. p. 379. 14. *τοῦ* om. *V.*

1. *Βαυκαλᾶν*] Vide notas in Hesych. Continuam glossam, *Βαυκίζεσθαι. θρύπτεσθαι*, omiserunt A. B. C. V. E. scilicet invectam illam ex Etym. M. sive Zon. p. 379. Lex. Seg. p. 225. et Gatakeri A. M. P. p. 713. laudavit Gaisf. 2. *Βαῦνον*] Alias *βαῦνος*: quod usitatius est. *Küst.* *βαῦνοι* Lex. Seg. p. 222. *βαῦνος* dederunt A. B. V. E. *οἱ διὰ πυρὸς ἐργ. τ.* om. V. C. Quae cum repetita sint ex v. *Βάναυσος*, interim ea notavi. Subsequebatur glossa, cum V. C. a nobis sublata: *Βαυβὼ καὶ Δημώ. ὀνόματα σοφῶν γυναικῶν. Ἐξένισεν ἡ Βαυβὼ τὴν Δημώ.* Ubi Küsterus: „*Βαρὼ καὶ Δημώ*] Vel series litterarum locum hunc corruptum esse arguit. Scribendum enim est, *Βαυβὼ καὶ Δηώ*, et paulo post, *Ἐξένισεν ἡ Βαυβὼ τὴν Δηώ*: ut recte monuit Maussacus in Harpocrationem v. *Βαυβούς*. Emendationem hanc egregie confirmat Clemens Alexandr. in Protreptico p. 10. qui fabulam, quam Suidas hic paucis tantum verbis attingit, prolixius narrans inter alia ait: *Ξενίσασα ἡ Βαυβὼ τὴν Δηὼ ὑρέγει κυκεῶνα αὐτῇ.* Locum hunc de Baubone vel Babone ex Clemente repetit Eusebius de Praepar. Euang. p. 66. Vide etiam infra vv. *Δημώ* et *Λυσαύλης*." Haec Küsterus, Reinesio praeeunte, qui Manutii in Cic. Epp. IX, 29. errorem notavit. Nihil mutat Eudocia p. 93. *Βανὼ* A. ubi gl. legitur in marg. *Βαβὼ* B. E. Med. 4. *Βάψας τὴν κώπην ἔπλευσας, ἐλθ.*] Pearsonus locum hunc sic legendum et distinguendum putabat: *Βάψας τὴν κώπην. πλεύσας, ἐλθών*; cui coniecturae favet Hesychius, qui sic habet: *Βάψας, δεύσας, πλεύσας, ἢ τὴν κώπην βάψας.* Idem Pearsonus ad marginem Suidae sui recte quidem observavit, respexisse hic Suidam ad locum Aristoph., qui extat apud Harpocrationem v. *Ναυτοδίκαι*: sed inde exigua vel nulla potius lux obscuro huic loco accedit, quoniam fragmentum Aristophanis ibi adductum non solum breve est, sed etiam corruptum. *Küst.* Harpocratio: *Ἀριστοφάνης Λαιταλεῦσιν· Ἔθέλω βάψας πρὸς ναυτοδίκας ξένην ἐξαίφνης.* Apud Suidam *ἢ πλεύσας* Fritzschius de Arist. Dietal. p. 111. qui Comici versum sic refingebat: *Ἔθέλω βάψαι πρὸς ναυτοδίκας ξένον ἐξαίφνης ἀποπλεῦσαι.* Toupius *ἦλθον βάψας*, reliquis praetermissis. De Comici quidem oratione non ausim liquido pronunciare; sed apud Suidam quae commissa sunt si ad normam observationis nostrae in v. *Τριτάλαντον* exigantur, facile licebit ea persanare. Scilicet intercidit versiculus, *Βάψας πρὸς ναυτοδίκας*: quo sublato particulae etiam interpretationis coeptae sunt turbari; cf. v. *Ἀπόμακτρα*. Primum igitur explicatum est *βάψας· ἤτοι τὴν κώπην, πλεύσας, ἢ ἐλθών*. Successerunt *πρὸς δὲ ναυτοδίκας, οἳ . . . ἐδίκαζον*. Alteram rationem inierunt, qui *βάψας* a pharmacopolarum arte ductum ad sycophantarum calumnias referrent, atro quasi pigmento rem sugillantium. Unde sequitur novissima vehementer esse depravata: quorum tamen sententiam huc opinor redire, *ἢ* (sive *οἱ δὲ λέγουσιν*) *ἀπὸ τῶν φαρμακοποιούντων· τὸ γὰρ βάψας ἀντὶ τοῦ ποιήσας μέλαν.* 5. *τὰ τῆς*] *τὰς τῆς* A. V. C. *δίκας* addendum e Phot. v. *Ναυτοδίκαι*. 8. *ὁ Σολομὼν φησι*] Prov. XXX, 15. *Küst.* 9. *ἀγαπήσει*] Hinc reliqua glossae om. V. 10. *ἐνεπίμπλαντο*] *ἐνεπίμπλανται* A. 12. *εἰδωλολατρία*] *εἰδωλολατρεία* Gaisf. cum A. B. E. Mox *ἐπίμπλανται* A.

---

antem batrachio histriones perungebant faciem ante inventum larvarum usum. Et *Βατραχίς*, genus vestis varii coloris, quae rei, a qua nomen accepit, colorem similem habebat. Et *Βατράχειος μοῖρα*. *Βάτραχος ἐκ Σεριφου*. Rana ex Seripho. dictum de mutis. ranae enim Seriphiae in Scyrum delatae nullam edebant vocem. *Βατράχῳ ὕδωρ*. *Ranae aquam*. proverbium simile illi, *Mustelae sebum*. in eos, qui quae dant, iis delectantur accipientes. Et, *Ranis vinum ministras*: in eos qui talia dant, quibus minime indigent accipientes. *Βαῦζων*. Latrans. Aristophanes: *Desine latrare: nam et ipse talis eram*. *Βαυκαλᾶν*. Pueros cantu demulcere. *Βαῦνος*. Furnax. unde *βάναυσοι* dicuntur opifices, qui igne ad opus faciendum utuntur. *Βάψας τὴν κ. Tingens remo accedere ad indices nauticos*. In enim peregrinis ius dicebant. *tingens*, scilicet remum, hoc est, navigans, proficiscens. alii contendunt a pharmacopoeis ductam esse translationem: id est, tingens nigro. *Βδέλλα*. *Hirudini* (inquit Salomo) *tres erant filiae, quas singulari amore diligebat: et tres istae erant insatiabiles: neque quarta unquam dicebat, satis se habere*. hirudo est peccatum: cuius filiae sunt fornicatio, invidia, idololatria, quas nunquam malarum actionum satietas capit. quarta est mala cupiditas.

Βδέλλεται. ἀμέλγει. Πλάτων εἰς τὸν Θεαίτητον βδάλλεται λέγει.

Βδέλυγμα. πᾶν εἴδωλον καὶ πᾶν ἐκτύπωμα ἀνθρώπου οὕτως ἐκαλεῖτο παρὰ Ἰουδαίοις.

Βδέλυγμα ἐρημώσεως. τὸν Ἀδριανοῦ τοῦ βασιλέως ἀνδριάντα. ὁ γὰρ Ἀδριανὸς καθεῖλε τὴν πόλιν ἄρδην. μετὰ γὰρ τὴν Οὐεσπασιανοῦ καὶ Τίτου γενομένην ἐρήμωσιν, ἐπὶ Ἀδριανοῦ συστάντες οἱ Ἰουδαῖοι ἐσπούδαζον ἐπὶ τὴν προτέραν ἐπανελθεῖν πολιτείαν. στασιάσαντες οὖν εἰς παντελῆ ἐρήμωσιν ἑαυτοὺς κατέστησαν· καὶ τὸ ἑαυτοῦ ὄνομα ἐπέθηκε τοῖς λειψάνοις τῆς πόλεως, Αἰλίαν αὐτὴν προσαγορεύσας. Αἴλιος γὰρ Ἀδριανὸς ἐκαλεῖτο.

Βδέλυγμα ἐρημώσεως. σημεῖον τῆς ἐρημώσεως. ἦσαν δὲ εἰκόνες τινὲς ἀπηγορευμέναι τῷ νόμῳ, εἰς τοῦτον εἰσκομιζόμεναι. ὃ δὴ Πιλάτος πεποίηκε, νύκτωρ ἐς τὸν ναὸν τοῦ βασιλέως εἰκόνα εἰσαγαγών.

Βδέλυγμα ἐρημώσεως. ὅτι Ἀντίοχος ὁ Ἐπιφανής, υἱὸς Σελεύκου τοῦ Φιλοπάτορος, ἀνὴρ ὑπάρχων δεινὸς καὶ πλεονέκτης· ὃς παραλαβὼν τὴν πόλιν δοριάλωτον ἀνεῖλε μυριάδας ιή. κατατολμήσας οὖν καὶ εἰς τὸ ἁγίασμα εἰσελθὼν ἐν ὑπερηφανίᾳ πολλῇ, καὶ στήσας βωμὸν καὶ εἴδωλον βδέλυγμα ἐρημώσεως, καὶ τὸν ναὸν μιάνας δι' ἀκαθάρτων θυσιῶν, ἱερὸν Διὸς Ὀλυμπίου προσηγόρευσεν· καὶ τοὺς μὴ ἀπογευομένους τῶν χοιρείων κρεῶν ἀνῄρει, ἐφ' οὗ καὶ οἱ ἅγιοι Μακκαβαῖοι ἀνῃρέθησαν. οἱ δὲ λέγουσιν Ἀδριανὸν στῆσαι τὸν ἀνδριάντα.

Βδελυγμία. ὁ Χρυσόστομος ἐχρήσατο τῇ λέξει ταύτῃ ἐν τῇ κατὰ Ἰωάννην ἑρμηνείᾳ τοῦ Εὐαγγελίου.

Βδελυρός. αἰσχροποιός. Αἰλιανός· Καὶ ἥ γε πασῶν βδελυρωτέρα καὶ τὸν παναγέστατον παρθενῶνα τῶν ἑαυτῆς ἐνέπλησε κακῶν. Καὶ Βδελυρία, ἡ ἀκολασία.

---

2. *βδάλλεται*] Sic habent 2 MSS. Pariss. At in prioribus editt. [et B. E.] minus recte legitur *βδέλλεται*. Küst. Platonis locus est p. 174. D. ubi leguntur *βδάλλοντα* et *βδάλλειν*. 3. *Βδέλυγμα*] V. Zon. p. 380. 5. *Βδέλυγμα ἐρημώσεως. τὸν Ἀδριανοῦ τοῦ βασ.*] Si verum est iudicium Iosephi Scaligeri, verba haec ex nugatore aliquo excerpserit Suidas. In notis enim ad Euseb. Num. MMCXL. locum hunc Suidae proferens, *nugator*, inquit, *nescio quis apud Suidam*. Sed incaute admodum vir magnus locutus est, quoniam omnia, quae Suidas hoc loco adducit, sunt verba Divi Chrysostomi, quae leguntur Orat. III. adversus Iudaeos, Tom. I. pp. 434. 435. Ceterum locum Chrysostomi Suidas contraxit et mutilavit, quem proinde integrum hic exhibebo, ut lector in rem praesentem quasi deducatur: *Ἐπὶ τὸ ἱερὸν βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως. Ἱερὸν τὸν ναὸν καλῶν· βδέλυγμα δὲ ἐρημώσεως, τὸν ἀνδριάντα, ὃν ἵστησεν ὁ τὴν πόλιν καθελὼν ἔνδον ἐν τῷ ναῷ.* Et paulo post: *Μετὰ γὰρ τὴν Οὐεσπασιανοῦ καὶ Τίτου γενομένην ἐρήμωσιν, ἐπὶ Ἀδριανοῦ συστάντες οὗτοι οἱ Ἰουδαῖοι ἐσπούδαζον ἐπὶ τὴν προτέραν πολιτείαν ἐπανελθεῖν· οὐκ εἰδότες ὅτι ψήφῳ Θεοῦ πολιορκοῦσι, κελευούσῃ διὰ παντὸς ἐρημοῦσθαι τὴν πόλιν, τὸ δὲ Θεοῦ πολεμοῦντος περιγενέσθαι ἀμήχανον. συνῳκίσαντες τοίνυν τῷ βασιλεῖ πάλιν εἰς ἀνάγκην αὐτὸν κατέστησαν παντελοῦς ἐρημώσεως. καθελὼν γὰρ αὐτοὺς ἐκεῖνος, καὶ χειρωσάμενος, καὶ τὰ λείψανα ἀφανίσας πάντα, ἵνα μηδὲ ἀνασχυντεῖν ἔχωσι λοιπόν, τὸν ἀνδριάντα ἔστησε τὸν ἑαυτοῦ. εἶτα συνιδὼν ὅτι συμβαίνει χρόνῳ ποτὲ τοῦτον καταπεσεῖν, ὥστε αὐτοῖς ἐνδεῖναι καυτῆρα ἀνίατον τῆς ὕττης καὶ τῆς ἀναισχυντίας ἐκείνης ἔλεγχον, τὸ ὄνομα τὸ ἑαυτοῦ τῆς πόλεως ἐπέθηκε λειψάνοις. ἐπειδὰν γὰρ Αἴλιος Ἀδριανὸς ἐχρημάτιζεν, οὕτω καὶ τὴν πόλιν καλεῖσθαι ἐνομοθέτησεν, ἐκεῖθέν τε Αἰλία μέχρι τοῦ νῦν ὀνομάζεται, ἀπὸ τῆς ἐπωνυμίας τοῦ κρατήσαντος καὶ καθελόντος αὐτήν.* Haec D. Chrysostomus, qui ideo nugator appellandus non erat, quod affirmaret, Hierosolyma ab Hadriano excisa esse, cum non videam, quomodo id contra tot et tam expressa veterum patrum testimonia negari possit. Küst. Vide Münteri libellum, *der Jüdische Krieg unter den Kaisern Traian und Hadrian*, Altona 1821. Ceterum vide Suiceri Thes. Eccles. 13. *γὰρ* om. *V. 16. *τὸν ναόν*] *τοῦτον* librorum scripturam tacite Küsterus mutavit, Portum secutus. Orationem apparet sive mutilam esse sive membrorum perturbatione luxatam. Nimirum debuit sententia hoc fere argumento contineri: *εἴδωλα ἢ εἰκόνες τινὲς ἐς τὸν ναὸν* (quae voces inferiorum in locum irrepserunt) *εἰσκομιζόμεναι. ἣν δὲ ἀπηγορευμένον τῷ νόμῳ εἰς τοῦτον * εἰσαγαγεῖν. ὃ δὴ κτλ.* Tum *εἰσκομιζομένοι* C. Id esse debebat *εἰσκομιζεσθαι*.

1. *Βδέλυγμα ἐρημώσεως. Ἀντίοχος ὁ Ἐπιφ.*] Vide supra v. *Ἀντίοχος*. Küst. *ὅτι* Gaisf. tacite cum *V. 4. *δοριάλωτον*] *δορυάλωτον* V. E. Supra *ὃς* orationem frustra interpellat. 5. *ὑπερηφανείᾳ*] *ὑπερηφανίᾳ* A. B. V. E. 10. *Μακκαβαῖοι*] *Μακαββαῖοι* A. *οἱ δὲ λέγουσιν κτλ.* om. *V. 11. *ἀνδριάντα*] Addunt B. E. Edd. ante Küst. *Ὅτι τὴν κατασκευὴν τοῦ τοιούτου ἀγάλματος ἐν τῷ Ἀντίοχος εὑρήσεις.* Quorum *ὅτι* et *εὑρήσεις* ignorat Med. 12. *Βδελυγμία*] Xenoph. Mem. p. 785. *κεκορεσμένος δὲ καὶ βδελυγμίαν παρέχει.* Toup. MS. Phrynichus Seg. p. 30. *Βδελυγμία. ἡ ναυτία ἡ κινοῦσα ἔμετον.* Gl. om. *V. Vide gl. *Βδελύττεσθαι*. Mox *ἐν τῷ κατὰ Ἰωάννου* Med. 15. *Βδελυρός. μιαιτός, κακός* Lex. Seg. p. 219. cum Hesychio. Glossa extat apud Timaeum p. 60. ubi vid. Ruhnkenius. Mox prius *καὶ* delendum opinor. 18. Post hanc glossam cum V. C. delevi: *Βδελύσσω. αἰτιατικῇ.* Quod subsequebatur *καὶ* tacite Gaisf. sustulit cum *V. Ipse deinceps *αἰτιατικῇ* removi post *Βδελύττεσθαι*. Mox *βδελύσσεσθαι ὁμοίως* E.

Βδέλλεται. Mulget. Plato in *Theaeteto* dicit *βδάλλεται*. *Βδέλυγμα*. Sic apud Iudaeos omne simulacrum et omnis effigies hominis appellabatur. *Βδέλυγμα ἐρημώσεως*. Sic vocatur Imperatoris Hadriani statua, qui Hierosolyma funditus evertit. posteaquam enim urbs ab Vespasiano et Tito vastata fuerat, Iudaei sub Hadriano rebellantes, pristinamque reipublicae formam recuperare studentes, funditus deleti et excisi sunt. tunc etiam Hadrianus urbis illorum eversae reliquiis nomen suum imposuit, *Aeliam* eam appellans. Aelius enim Hadrianus ipse vocabatur. *Βδέλυγμα ἐρημώσεως*. Signum desolationis. sic vocabantur imagines: lege enim interdictum erat, ne imagines in templum inferrentur. id quod Pilatus fecit, qui Imperatoris simulacrum noctu in templum intulit. *Βδέλυγμα ἐρημώσεως*. Antiochus Epiphanes, filius Seleuci Philopatoris, homo superbus et avarus, urbe per vim capta, centum et octodecim millia Iudaeorum occidit. sanctuarium etiam ingredi ausus, erectis altaribus et idolo, quod capta urbs abominabatur, templum impuris sacrificiis pollutum Iovis Olympii aedem appellavit, quique carnibus suillis vesci recusarent, occidi iussit. sub eo etiam sancti Maccabaei interfecti sunt. alii vero dicunt Hadrianum illic simulacrum erexisse. *Βδελυγμία*. Chrysostomus hac voce usus est in interpretatione Euangelii secundum Ioannem. *Βδελυρός*. Foedae libidini deditus. Aelianus: *Et illa omnium impurissima sanctissimum etiam Minervae templum libidinibus suis replevit*. Et *Βδελυρία*, foeda libido.

Βδελύττεσθαι. μυσάττεσθαι, ναυτιᾶν, ἀποστρέφεσθαι. Ἀπολλόδωρος Κυρηναῖος, μισεῖν. ἀπὸ τούτου καὶ ἡ βδελυγμία ἀπὸ τοῦ μίσους· καὶ ἡ βδελυρία. καί·

Βδελύττομαι τὸν Λέπρεον ἀπὸ Μελανθίου. οὗτος εἶχε λέπραν. ἐκωμῳδεῖτο δὲ καὶ εἰς μαλακίαν. ἦν δὲ καὶ κακοπράγμων καὶ ὀψοφάγος καὶ λάλος.

Νὴ τοὺς θεούς, ὃς οὐκ ἰδὼν
βδελύττομαι τὸν Λέπρεον ἀπὸ Μελανθίου.

Βδέννυσθαι. ἐκκενοῦσθαι τὴν κοιλίαν σημαίνει, οὐ τὸ πέρδεσθαι, [ὃ καὶ ἐπιχωριάζει μέχρι τοῦ νῦν. βδέει γὰρ λέγομεν.]

Βδύλλεσε. εὐτελίζεσε, φοβεῖσθε, καὶ τρέμετε. Ἀριστοφάνης·

Τί βδύλλεσθ' ἡμᾶς; οὔτι που πολλαὶ δοκοῦμεν εἶναι;
καὶ μὴν μέρος γ' ἡμῶν [ὁρᾶτ'] οὔπω τὸ μυριοστόν.

Βδύλλει. καταπέπληγε, βδελύττεται, μισεῖ.
Ὅ τε πένης βδύλλει λεώς.

Βαιαί. μικραί. Καὶ Βαιός, ἰδίως ἀντὶ τοῦ εἷς, Σοφοκλῆς·

Πότερον ἐχώρει βαιὸς ἢ πολλοὺς ἔχων
ἄνδρας λοχίτας;

καὶ ἐν Αἰχμαλωτίσιν·

Ἔσπεισα βαιᾶς κύλικος ὥστε δεύτερα.

καὶ αὖθις·

Ὅ δ' εἶπε πρός με βαί', ἀεὶ δ' ὑμνούμενα· 427
Γύναι, γυναιξὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει.
Κἀγὼ μαθοῦσ' ἔληξ'· ὁ δ' ἐσσύθη μόνος.

Βαίτη. διφθέρα. Βαίτη δὲ κἂν θέρει καὶ ἐν χειμῶνι ἀγαθόν. ἐπὶ τοῦ κατὰ τὴν χρείαν προσφόρου. [Βαιτική. ἡ ἤπειρος.]

Βεβαλανωμένον. ἀντὶ τοῦ κατεχόμενον ὑπὸ τῆς κόπρου. Ἀριστοφάνης·

Μή με περιίδῃς
διαῤῥαγέντα, μηδὲ βεβαλανωμένον.

Βεβαιῶ. αἰτιατικῇ.

Βεβαιώσεως. δίκης ἐστὶν ὄνομα, ἣν δικάζονται οἱ ὠνησάμενοί τι.

---

2. Apollodorum Cyrenaeum in simili disputatione protulit Schol. Plat. p. 421. 3. *ἀπὸ τοῦ μίσους*] Sic habent omnes editt. sed male. Scribendum enim *ἐπὶ τοῦ μίσους*: ut sit sensus, *βδελυγμία* aliquando poni pro *μῖσος*, i. e. odium. Küst. Huius acumen mirum quam pusilla menda eluserit. Scribendum enim *ἐπὶ τοῦ μύσους*, vel potius *τὸ μύσος*. Ceterum Zon. p. 380. *δυσοδμία*. 5. *Βδελύττομαι*] *βδελυττόμενον* A. B. V. E. C. Med. Mox *λέπρον* bis V. C. Hic autem qui subiiciuntur versus Aristoph. Av. 150. sq. apparet esse sufficiendos: id quod arguit etiam Zon. p. 381. 6. *οὗτος εἶχε λέπραν. ἐκωμῳδ.*] Ex Scholiasta Aristoph. in Aves 151. ubi locus integer sic legitur: *Μελάνθιος ὁ τραγικὸς κωμῳδεῖται λεπρὸς καὶ κακοπράγμων. κωμῳδεῖται γὰρ εἰς μαλακίαν καὶ ὀψοφαγίαν. Πλάτων δὲ αὐτὸν ἐν Σκύθαις ὡς λάλον σκώπτει. Καλλίας Πεδήταις· — Τίς ἄρα; τοὺς Μελανθίους τῷ γνώσομαι; Οὓς ἂν μάλιστα λευκοπρώκτους εἰσίδῃς. Εἶχε δὲ Μελάνθιος λέπραν. ἐκωμῳδεῖτο δὲ καὶ εἰς μαλακίαν.* Küst. Hanc annotationem ex v. *Λέπρεος* esse repetitam opinor. In Calliae priore versu videtur obliterata esse vetus scriptura *ἔστιν ἄρα. εἶχε λέπραν*] Pergit MS. Coisl. 177. *λέγει γοὖν ἰδὼν τὸν Μελάνθιον οἷόν ἐστι κακόν, βδελύττομαι τὸν λεπρόν. λήψῃ δὲ τὸν λόγον ἐπὶ τῶν ὁμοίων κακῶν.* 10. *Βδέννυσθαι. ἐκκεν.*] Vide Hesychium vv. *Βδελύσσεσθαι* et *Βδέννεσθαι*. Küst. Lex. Bachm. p. 179. 11. *ὃ καὶ ἐπιχ.*] Haec cum seqq. om. V. C. uncis notavimus, ut meram lectoris cuiusdam annotationem an festivitatem. Ac desinit Zon. p. 380. in verba *οὐχὶ τὸ πέρδειν*. 12. *βδέειν*] *βδέει* A. B. E. Med. 13. *Βδύλλεσθε*] *βδύλλεται* A. *βδύλλετε* B. *V. C. Med. Similiter εὐτελίζεται* A pr. 14. *Ἀριστοφάνης*] Lysistr. 354. sq. 15. *βδύλλεσθ'* meudum vulg. *βδύλλεθ' ὑμεῖς* E. V. 17. *ὁρᾶτ'* om. A. B. C. V. E. idque Küstero deberi videtur. Tum *οὔτω* Med. 19. *Βδύλλει. καταπέπληγε*] Ex Schol. Aristophanis in versum continuo laudatum Eqn. 224. Cf. Zon. p. 381.

1. *Τραϊανῷ τῷ βασιλεῖ*] *Τραϊνῷ βασ* A. Delevi τῷ. Ceterum de his controversiis, quas Arrianus ut videtur [illegible] aliunde non constat. *τῷ δοκεῖν*] *τὸ δοκεῖν* A. *τῷ κειν* *V. Latet *τὸ δοκοῦν εἶναι*. 3. *μηδέτερα*] *μὴ δ' ἑτέρους* A [illegible] merito Gaisfordus *μηδετέρους* eruebat. 4. *θεσπισθὲν*] *θεσπιδὲν* A. Tum *ἐπιτειχίζουσιν* V. 5. *Ἐπίκλην*] *ἐπωνυμία* [illegible] lungerm. in Polluc. IV, 112. *ἐπωνυμία* Lex. Bachm. p. 230. Vid. intpp. Hesychii. 6. *Ἐπίκληρος*] Totum hunc [illegible] descripsit Suidas ex Scholiasta Aristoph. Vesp. 581. Confer etiam Nostrum supra v. *Ἐπίδικος*. *Küst.* Hinc titulus [illegible] apud Menandrum *Ἐπίκληροι*, cuius meminit Quintilian. X. *Haloand.* De tali, opulenta sc., quid sanxerit Solon, vid. Plutarch. c. 20. ibique Xylandr. Conf. Harpocr. v. *Θῆτες*. Meurs. de Archontt I, 9. p. 27. item legem Charondae apud Diod. [illegible] XII. p. 83. *Reines.* Heraldi Animadv. in Salmas. III, 15. addit Gaisf. Cf. Bunsen. de iure heredit. Athen. p. 18. Mox *ᾖ* post *ἐπὶ τῇ οὐσίᾳ* intercidit tam apud Suidam quam Scholiastam. 11. *καλεῖται δὲ ἐπίκλ.*] Eustathius in Il. *η'*. p. 675. *ἐλέγετο δὲ ἐπίκληρος οὐ μόνον ἡ ἐκδοθεῖσά τινι πρὸς γάμον, ἀλλὰ καὶ ἡ παρὰ τῷ πατρὶ μὲν ἔτι οὖσα, ἐλπιζομένη δὲ καθήκειν αὐτῇ πᾶσαν τὴν πατρῴαν οὐσίαν. ἐκαλοῦντο δὲ οὕτω, κἂν δύο ὦσαν, ἢ καὶ πλείονες. ἡ δὲ ἐπίκληρος φασὶ καὶ μάνδα πρός τινων ἐκαλεῖτο, ὑπ' ἐνίων δὲ πατροῦχος.* Puto Eustathium locum hunc Suidae ob oculos habuisse. *Küst.* 13. *καλοῦνται*] *καλοῦνται δὲ* A. V. Schol. 15. *ἐπιπαματίδα*] Photius *ἐπιπαμματίδα*, a *πάμμα*, *possessio*. Iuvat hanc coniecturam Hesychius, apud quem mendose quidem legitur, *Ἐπιματίδα*, *ἐπίκληρον*: sed ordo alphabeticus illius loci manifeste requirit ut scribatur *ἐπιπαματίδα*, vel *ἐπιπαμματίδα*: ut monuit etiam Maussacus in Harpocrationem v. *Ἐπίδικος*. *Küst.* An *ἐπικαματίδα*? *Reines.* *Ἐπιπαματίδα* reposui cum codice Ven. Schol. Aristoph. et Schol. Platon. p. 449. ubi unus MS. ap. Gaisf. *ἐπιπαματίδα*. Vid. Hemsterhus. in Polluc. X, 20. et intpp. Hesychii v. *Ἐπιπαματίδα*. 16. *Ἐπίκληρος. νόμος ἦν Ἀθην.*] Ex Schol. Aristoph. Av. 1652. *Küst.* Vid. Petit. de LL. Att. p. 487. *Reines.* Ipsum principium extat in eodem illo Schol. Vesp. 581. ubi legitur *Ἀθήνησι*.

1. *νόθου δὲ*] *νόθου καὶ* *V. 2. *ἢ ἡ μὴ ἔχ.*] Scribendum, ut apud Scholiastam Aristophanis loco laudato, *ἐπίκληρός δέ ἐστιν ἡ μὴ ἔχουσα* etc. *Küst.* *ἡ* om. A. Haec in Scholio diversa sunt ratione disposita: item ut quae sequuntur ex Schol. 1655. petita. 4. *ἐπειδὴ*] *ἐπειδὴ δὲ* dedi cum A. 5. *νόμος δὲ ἦν Ἀττικὸς τοῖς νόθοις μέχρι ε'. μν.*] Vide Nostra infra v. *Νοθεία*, et Petitum de Legg. Att. p. 487. *Küst.* *Decem* ex Harpocr. Meurs. Att. Lectt. I. 21. Origo mendi ex confusione numerorum *ε'* et *ι'*. *Reines.* 6. *τοῖς νόθοις*] *τοὺς νόθους* A. B. E. Edd. ante Küst. *μνῶν*] *μηνῶν* E. *λιτρῶν* V m. sec. ap. Gaisf. 7. *Ἀγαθίας*] Lib. I. (c. 12.) p. 23. ubi locum integrum vide. *Küst.* *προμαχῶνας*] *προμαχῶνας* A. B. V. E. *πύργους* inter versus V. Nihil varietatis extat in v. *Ἐφεστρίς*. 9. *μέλον*] *μέλλον* A. E. *V. Med. 10. *Ἐπίκλησιν*] Il. *η'*. 138. *δ'*. 487. „*Ἐπικλήσεις θεῶν* scripsit Socrates *ὁ Κῷος*, Laert. in Socr. extr., quem citat Schol. Apoll. Rh. I, 960." *Reines.* De cuius libro dixit Schweigh. in Athen. III. p. 111. B. 11. *Ἐπίκλητος*] Glossa sacra. *Διὰ τῆς ἐπικλήτου*] Hoc fragmentum legitur apud Polybium in Excerptis Valesii p. 1379. *Toup.* Sive in l. VIII, 13. 14. *ἡ ἐπὶ*] *ὁ ἐπὶ* A. B. E. *V. *ἡ* mendum unius vulg. 15. *Ὃν ἐν ταῖς ἀμηχανίαις Ἰουδ.*] Haec sunt verba Iosephi de Bello Iud. lib. VI. p. 905. *Küst.* Sive V, 1, 3. 16. *προσήγαγον*] *προεισήγαγον* B. V. E. cui scripturae codd. nonnulli Iosephi astipulantur, ubi vulgatum *προσηγάγοντο*. Probabiliter Zonaras p. 792. *παρεισήγαγον*.

Traiano Imperatori obiiciebat. — Et speciose Romanis crimini dabat, quod, cum inter ipsos convenisset, ut intra triginta dies ab neutra parte praeter pacta quicquam gereretur, ipsi tamen violatis induciis munitiones extruerent. Ἐπίκλην. Cognomento. Ἐπίκληρος. Puella quae patre et matre orbata nullos habebat fratres, et ideo omnium bonorum heres erat, *ἐπίκληρος* vocabatur; quo nomine appellabant etiam nuptam, si totius patrimonii heres esset relicta. patrimonium enim *κλῆρον* vocabant. *ἐπίκληρος* dicitur etiam puella nondum nupta, sed apud patrem adhuc degens, quod totius hereditatis ius ad eam pertinebat. eadem appellatio tribuebatur puellis, etiamsi duae vel plures essent. quidam autem puellam totius patrimonii heredem *ἐπιπαματίδα* sive *πατροῦχον* appellant. Ἐπίκληρος. Lex erat apud Athenienses, ut, si filia legitima filiusque spurius essent relicti, spurius bonorum paternorum non esset heres. *ἐπίκληρος* autem dicitur ea, quae nullos fratres habet hereditatis participes, sed sola omnium bonorum heres est. quoniam igitur nothis hereditatem cernere non licebat, pecunia ipsis dabatur. lex autem apud Athenienses erat, ut usque ad quinque minas nothis testamento relinquere liceret. Agathias: *Mulieres autem per propugnacula cursabant, sive matres eorum qui occisi erant, sive quae quacunque alia ratione in partem curarum essent vocatae.* Ἐπίκλησιν. Cognomentum. Ἐπίκλητος. Aliunde accitus. *Existimans se plus fidei habiturum esse, si convicia eaque ab veritate alienissima ad partes suas advocaret.* Ἐπίκλητος. Aliqua de causa advocatus. *Quem Iudaei rebus desperatis arcessitum sibi dominum imposuerant.*

Ἐπικλινές. ἐπιῤῥεπές εἰς κακόν.

Ἐπικλινές ἐστι τάλαντον· Καλλίμαχος.

Ἐπικλινὴς ὁδός. καὶ κλίνεται τῆς ἐπικλινέος καὶ ἐπικλινοῦς.

Ἐπικλίντης. ὁ σεισμός. καὶ κλίνεται ἐπικλίντου.

Ἐπίκλιντρον. εἶδος κοσμίου γυναικείου.

Τό τ' ἐπίκλιντρον ἀποβάλοις.

Ἐπίκλοπος. ἀπατεών.

Ἐπικλοπώτερος. παραλογιστικώτερος.

Ἐπικλύσασα. ἐπιδαψιλεύσασα, καταβαλοῦσα. Ἡ οὖν Κλεοπάτρα καὶ τοὺς Ἠλείους ἐπειρᾶτο πολλῷ χρυσῷ ἐπικλύσασα τὸ ἄγαλμα τοῦ Διὸς πρίασθαι.

Ἐπὶ κνάφου Ἕλκεις. ἤτοι διαφθείρεις. οἱ γὰρ κναφεῖς ἀκανθῶν σωρὸν συστρέψαντες ἱμάτια κνάφουσιν. ὃ δὲ σωρὸς ἐλέγετο κνάφος.

Ἐπικναίει καὶ Ἐπέκναιεν.

Ἐπικνίζεται. δάκνεται.

Ἐπικνῶ. ἀντὶ τοῦ ἐπίβαλε. Ἀριστοφάνης Ὄρνισιν·

Ἀλλ' ἐπικνῶ τὸ σίλφιον.

Ἐπὶ κόῤῥης. ἐπὶ κεφαλῆς ἢ γνάθου ἢ κροτάφου. κόῤῥην γὰρ καὶ κόρσην ὅλην τὴν κεφαλὴν σὺν τῷ αὐχένι λέγουσι. τινὲς δὲ καὶ ῥάπισμα λέγουσι τὸ ἐπὶ τῆς γνάθου λαμβάνειν, ἀπτόμενον καὶ τοῦ κροτάφου.

Ἐπικόῤῥης. ἄλλοι μὲν ἄλλως ἀπέδοσαν. βέλτιον δὲ ἐπὶ τῆς γνάθου ἐκλαμβάνειν, ὃ κατ' ἔθος λέγομεν ῥάπισμα. οὕτως γὰρ χρῶνται καὶ οἱ ῥήτορες.

Ἐπικουρῆσαι. βοηθῆσαι. Καὶ Ἐπικουρία, ἡ βοήθεια.

Ἐπικούρειος Ἕρμων. ὁ παρὰ τῷ Λουκιανῷ.

Ἐπίκουρος, Νεοκλέους, Ἀθηναῖος, Γαργήτ-

2. Ἐπικλινὲς δὲ] ἐπικλινές ἐστι A. B. V. E. Callimachi fragmento 312. melius convenire vulgatum, quoniam vocis paenultima producatur, Dindorfius censet haud temere. Malim tamen hanc scripturae diversitatem sic diiudicari, ut duae dictiones eruantur ἐπικλινές semel posito confiatae, altera Thucydidis ἐπικλινές τ' ἐστί VI, 96. Callimachcum alterum Ἐπικλινὲς δὲ τάλαντον vel similiter formatum. 6. Ἐπικλίντης] V. libelli Aristotelici de mundo c. 4. σεισμός, reliquis omissis, Zonaras. ἐπικλίντου] τῆς ἐπικλίντεως A. 8. εἶδος κοσμίου γυν.] Portus recte monuit scribendum esse εἶδος κλισμοῦ γυν. Eustathius enim in Odyss. ά. p. 1400. docet κλισμὸν esse genus sellae, quae etiam ἀνάκλιντρον dicatur. Atqui ἀνάκλιντρον idem est quod ἐπίκλιντρον, ut patet ex Polluce, qui lib. VI. c. 1. inter alia et haec scribit: τὸ δὲ καλούμενον ἀνάκλιντρον ἐπίκλιντρον Ἀριστοφάνης εἶπεν. Respexit utique ad eundem illum locum Aristophanis, quem Suidas hic citat: quod et a Porto monitum fuit. Küst. κόσμου Zon. p. 811. qui mox τοῦτ' ἐπίκλιντρον ἀποβάλλον. 9. Τὸ ἐπίκλιντρον ἀποβάλοις] τό τ' ἐπίκλιντρον A. Aristoph. Eccles. 936. (902.) Vid. Salmas. in Spartiani Ael. Ver. 5. p. 233. 10. Ἐπίκλοπος] Appian. p. 164. Toup. MS. id est, Syr. 24. Afferendus erat Hom. Od. φ. 397. aut Il. χ. 281. 11. Ἐπικλοπώτερος] Procop. Arc. H. p. 138. Toup. MS. 12. Ἐπικλύσασα] Vid. Wesseling. in Diod. XVII, 4. 13. τοὺς Ἠλείους ἐπειρᾶτο πολλῷ χρυσῷ ἐπικλ.] Rectius legeretur, τοὺς Ἠλείους ἐπικλύσασα πολλῷ χρυσῷ, ἐπειρᾶτο παρ' αὐτῶν τὸ ἄγαλμα etc. Küst. Huic Gaisfordus merito repugnat. καὶ τοὺς Ἠλ. ἐπειρᾶτο om. Zon. p. 839. 16. Ἐπὶ κνάφου Ἕλκεις] Sic etiam Vaticana Proverbiorum Appendix. At Hesychius ἐπικνάφων Ἕλκων: cuius loco Salmasius reponit ἐπίγναφον Ἕλκων. Sed lectio Suidae, quae eadem est et Vaticanae Appendicis, ut diximus, praeferenda est. Confer etiam Nostrum infra v. Κνάφος. Küst. Ubi eadem recurrit observatio, pendens illa ex Herodot. 1, 92. ἐπὶ κνάφου Ἕλκων διέφθειρε. κνάφου] κνάφον B. E. ἤτοι] ὅτι A. B. V. E. Neutrum habet Bodl. 425. 17. ἱμάτιον] Scripsimus ἱμάτια cum *V. Praestat τὰ ἱμάτια cum gl. inferiore et Hesychio.

1. Gl. om. Küst. Tuetur *V. 3. Ἀριστοφάνης Ὄρνισιν] V. 1581. (1569.) Portus existimat Suidam de alio loco Aristophanis hic cogitasse, qui extat in eadem fabula v. 533. ubi Comicus inquit: Ἀλλ' ἐπικνῶσιν τυρόν, ἔλαιον, Σίλφιον, ὄξος etc. Sed fallitur. Nam ipsissima verba, a Suida hic citata, occurrunt loco illo, quem paulo ante indicavi. Küst. Rectius Schol. ἐπίβαλλε. 6. Ἐπὶ κόῤῥης. ἐπὶ κεφ.] Confer Harpocrationem h. v. apud quem eadem fere leguntur. [Immo posteriorem glossam praebuit Harpocr.] Thomas Magister: Ἐπὶ κόῤῥης παίξαι λέγουσιν οἱ Ἀττικοὶ τὸ τὴν γνάθον πλατεῖᾳ πλῆξαι χειρί, οὐ ῥάπισμα δοῦναι. Πλάτων· Τί δὲ χειρῶν ἐγώ, ἂν ὁ δεῖνα ἐπὶ κόῤῥης δίκαιος παίξῃ μι. καὶ Αἰβάνιος ἐν τῇ πρὸς Ὀδυσσέα ἀπολογίᾳ Ἀχιλλέως· Κἂν ἐπὶ κόῤῥης παίσῃ τις, μὴ χαλέπαινε. κἂν ὁ αὐτὸς ἄλλαχοῦ ῥάπισμα λέγει ἀδοκίμως. Küst. Cum Suida Schol. Platon. p. 357. cf. Lex. Bachm. p. 230. 9. τὸ ἐπὶ τῆς γνάθου λαμβάνειν ἁπτ.] Vel scribendum est τὸ ἐπὶ τῆς γνάθου τύπτειν, ἁπτόμενον etc. Vel, τὸ ἐπὶ τῆς γνάθου λαμβάνειν, ἁπτομένου καὶ τοῦ κρ. Küst. Legerem, τινὲς δὲ καὶ ῥάπισμα λέγουσι τὸ ἐπὶ τῆς γνάθου. ὃ λαμβάνειν βέλτιον, ἁπτομένου καὶ τοῦ κροτάφου. Toup. MS. Huic illud favet, quod sublato λαμβάνειν oratio recte procedit. Potest tamen leniissime reponi λαμβάνουσιν, sublato λέγουσι posteriore. 12. γνάθου] κνάθου V. τὸ ἐπὶ τῆς γνάθου recte Harp. 14. Ἐπικουρῆσαι] Quod subiiciebatur δοτικῇ delevi cum *V. qui βοηθῆσαι. 16. Ἐπικούρειος] Ἐπικούριος A. Glossa recentioris aevi manum redolet. Λουκιανῷ] Couviv. c. 9. Reines. Continuo delevi glossam: Ἐπίκουρος. βοηθός. Καὶ Ἐπικουρῶ, δοτικῇ. Quae cum repeteretur infra post v. Ἐπίκουρος. ἀνομα κύριον, ambigi poterat, utram ea sedem probabiliter occuparet. Sed quoniam cum quattuor illis glossis, quae nunc ante v. Ἐπικρᾶναι locatae sunt, quasi coaluit, ab ista societate nolnimus avelli. 18. Γαργήτιος] Γαργήττιος A.*V. Γαργήττιος E. Vid. Menag. in Laert. X, 1.

Ἐπικλινές. In deteriorem partem vergens. Callimachus: *Lanx altrinsecus vergens.* Ἐπικλινὴς ὁδός. Declinatur ἐπικλινέος, ἐπικλινοῦς. Ἐπικλίντης. Terrae motus in transversum agens. declinatur ἐπικλίντου. Ἐπίκλιντρον. Genus sellae muliebris. *Sellam amittas.* Ἐπίκλοπος. Fallax. Ἐπικλοπώτερος. Fallacior. Ἐπικλύσασα. Quae inundavit, quae largiter effudit. *Cleopatra igitur cum magnam auri vim in Eleos effudisset, statuam loris emere conata est.* Ἐπὶ κνάφου Ἕλκεις. Per spinas trahis fullonis more. id est, discerpis. fullones enim collecto spinarum acervo vestes poliebant. acervus autem ille dicebatur κνάφος. Ἐπικνίζεται. Mordetur. Ἐπικνῶ. Radula rasum inlice. Aristophanes *Avibus: Sed silphium rasum intice.* Ἐπὶ κόῤῥης. In caput, vel maxillas, vel tempora. nam κόῤῥην et κόρσην totum caput cum cervice vocant. alii vero intelligunt alapam, quae maxillae et temporibus infligitur, quam etiam ῥάπισμα vocant. Ἐπὶ κόῤῥης. Alii aliter hoc reddiderunt. sed praestat interpretari alapam: quam vulgari sermone ῥάπισμα dicimus. hunc enim significatum oratores agnoscunt. Ἐπικουρῆσαι. Auxiliari. Et Ἐπικουρία, auxilium. Ἐπικούρειος Ἕρμων. Epicurei Hermonis meminit Lucianus. Ἐπίκουρος. Epicurus, Neoclis F. Atheniensis, pagi Gargettii, ma-

τιος τῶν δήμων, μητρὸς Χαιρεστράτης. ἀδελφοὶ δὲ αὐτοῦ Νεοκλῆς, Χαιρέδημος, Ἀριστόβουλος ἢ Ἀριστόδημος. φιλοσοφίας δὲ ἤρξατο ἀπὸ ἐνιαυτῶν ιβ', καὶ οἰκείαν αἵρεσιν εἰσηγήσατο, πρῶτον μὲν ἐν Σάμῳ διατρίψας σὺν τοῖς γονεῦσιν· εἶτα σχολαρχήσας ἐν Μιτυλήνῃ ἐνιαυτῶν ὧν ἦν, εἶτα ἐν Λαμψάκῳ, καὶ οὕτως ἐν Ἀθήναις ἐν ἰδίῳ κήπῳ· ἀκούσας δὲ Ναυσιφάνους τοῦ Δημοκριτείου καὶ Παμφίλου τοῦ Πλάτωνος μαθητοῦ. γέγονε δὲ ἐπὶ τῆς ρϑ' Ὀλυμπιάδος, μετὰ ἐπτὰ ἐνιαυτοὺς τῆς Πλάτωνος τελευτῆς, καὶ παρέτεινεν ἐπὶ τῶν διαδόχων καὶ Ἀντιγόνου τοῦ Γονατᾶ· καὶ διέμεινεν ἡ αὐτοῦ σχολὴ ἕως Καίσαρος τοῦ πρώτου, ἔτη σκζ'. ἐν οἷς διάδοχοι αὐτῆς ἐγένοντο ιϑ'. συγγράμματα δὲ αὐτοῦ πλεῖστα.

Ἐπίκουρος. οὗτος τὸ ϑεῖον παρ' οὐδὲν ἐτίϑετο. ἀδελφοὶ δὲ ἦσαν τρεῖς, [οἳ] μυρίοις ἀῤῥωστήμασι περιπλακέντες ἀπέϑανον οἰκτιστα. ὅγε μὴν Ἐπίκουρος ἔτι νέος ὢν αὐτὸς οὐ ῥᾳδίως ἀπὸ τῆς κλίνης οἷός τε ἦν κατιέναι, ἀμβλυώττων τε καὶ πρὸς τὴν τοῦ ἡλίου αὐγὴν δειλὸς ὤν, καὶ τῷ φαιδροτάτῳ τε καὶ ἐναργεστάτῳ τῶν ϑεῶν ἀπιχϑανόμενος. καὶ μέντοι καὶ τὴν τοῦ πυρὸς αὐγὴν ἀπεστρέφετο, αἱμά τε αὐτῷ διὰ τῶν πόρων ἀπεκρίνετο τῶν κάτω. τοσαύτη δὲ ἄρα ἡ σύντηξις ἡ τοῦ σώματος ἦν, ὡς ἀδυνατεῖν καὶ τὴν τῶν ἱματίων φέριν ἐπιβολήν. καὶ Μητρόδωρος δὲ καὶ Πολύαινος, ἄμφω τὼ ἑταίρω αὐτοῦ, κάκιστα ἀνϑρώπων ἀπέϑανον· καὶ μέντοι τῆς ἀϑεΐας ἠνέγκαντο μισϑὸν οὐδαμὰ οὐδαμῇ μεμπτόν. οὕτω δὲ ἄρα ἦν ἡδονῆς ἥττων ὁ Ἐπίκουρος, ὥστε διὰ τῶν ἐσχάτων ἐν ταῖς διαϑήκαις αὐτοῦ ἔγραψε τῷ μὲν πατρὶ καὶ τῇ μητρὶ καὶ τοῖς ἀδελφοῖς ἐναγίζειν ἅπαξ τοῦ ἔτους, καὶ Μητροδώρῳ δὲ καὶ Πολυαίνῳ τοῖς προειρημένοις, ἑαυτῷ δὲ διισσῶς εἰπεῖν· τῆς ἀσωτίας τὸ πλέον προτιμῶν καὶ ἐνταῦϑα ὁ σο-

1. τῶν δήμων] τῶν δήμων A. B. V. vulg. habet E. Mox Χαιρεστράτης V. ἀδελφοὶ δὲ αὐτοῦ Νεοκλῆς, Χαιρ. Ἀριστόβουλος ἢ Ἀριστ.] Locum hunc antea mutilum ex uno MS. Paris. supplevi. In prioribus enim editt. [et B. E.] desunt verba haec, Ἀριστόβουλος ἢ Ἀριστόδημος. Ea autem salvo sensu abesse non possunt, quoniam ipse Suidas paulo post testatur, Epicurum tres fratres habuisse. Atqui duo tantum erunt, si Aristobulum vel Aristodemum tollas. Küst. ἢ Ἀριστόδημος ignorat Diogenes. ἀδελφὴ V. 5. σὺν τοῖς γονεῦσιν om. V. Mox σχολαρχήσας ex h. l. observatur in glossa singulari. 6. ἐνιαυτῶν ὧν ἦν] Haec est lectio MStorum Parisiens. itemque editt. Mediol. et Ald. At editt. Basil. et Genevens. habent ἐνιαυτὸν ἦν: quarum lectionum neutra loci huius sensui convenit. Quare cum Wolfio et Porto scribere malim ἐνιαυτὸν ἕνα. Küst. Id probat Menagius in Laert. X, 15. qui praeterea εἶτα δ' ἐν Λαμψάκῳ. Gaisfordus tamen: „Sed nescio an in ἦν lateat numerus κή. Quamquam λβ' Laertio accuratius responderet. Si horum alterutrum probas, pro ὧν scribe ὤν." Sed ad Diogenis orationem, ὑπάρχοντα δὲ αὐτὸν ἐτῶν δύο καὶ τριάκοντα ἐν Μιτυλήνῃ καὶ Λαμψάκῳ πρῶτον συστήσασθαι σχολὴν ἐπὶ ἔτη πέντε, si Suidae scripturam exigimus, non solum aetas Epicuri, qua primum scholam instituisset, sed etiam temporis, quo Mytilenaeos vel Lampsacenos docuit, mensura fuit designanda. 8. Παμφύλου] Παμφίλου B. V. E. Med. Firmat Davis. in Ciceron. N. D. I, 26. Cf. Diog. X, 14. 9. ρϑ' Ὀλυμπ.] Sic recte Paris. A. At priores editt. [et B. E.] habent οϑ': quem numerum cum temporum ratione manifeste pugnare iam alii etiam ante nos monuerunt. Vide Menagium in Laert. X, 14. Küst. Desunt ἐπὶ — Ὀλυμπ. V. 11. ἐπὶ τῶν διαδόχων καὶ Ἀντιγ.] Male Wolfius et Portus: Usque ad successores Antigoni Gonatae. Abest nimirum a prioribus editt. [et B. E.] vocula καί, quam ex 2 MSS. Pariss. loco huic restituimus. Διάδοχοι autem κατ' ἐξοχὴν hic vocantur successores Alexandri M. ut et alibi passim apud auctores Graecos. Küst. Mox τὰ γόνατα κληθέντος A. 13. σλζ'] σκζ' A. B. V. E. Med. ἐν οἷς διάδοχοι αὐτῆς] διάδοχοι δὲ αὐτοῖς V. αὐτοῖς etiam A. 14. πολλὰ] πλεῖστα A. γέγονε δὲ πολυγραφώτατος Diog. 15. Ἐπίκουρος, οὗτος τὸ ϑ.] Eclogam hanc de Epicuro et fatis sectatorum eius ex Aeliano depromptam esse discimus ex ipso Suida infra vv. Προτένϑης et Φάτνη. Quae enim ibi addito Aeliani nomine citantur, in hac ipsa Ecloga leguntur: ut proinde dubium non sit, quin totum hoc fragmentum eiusdem sit scriptoris. Ex libro autem Aeliani deperdito de Providentia haec deprompta esse argumentum satis ostendit. Küst. ἐτίθετο παρ' οὐδέν] παρ' οὐδὲν ἐτίθετο A. 16. τρεῖς] τρισμύριοι E. Tum οἳ om. A. B. V. E. Edd. vett.

3. ἡλίου] ἰδίου A. Mox φαιδροτάτῳ — μέντοι καὶ τὴν om. *V. 4. τῶν ϑεῶν] στοιχείῳ Parisinus Brequignii p. 18. 6. κάτω πόρων ἀπεκρίνετο] πόρων ἀπεκρίνετο τῶν κάτω A. 7. τοσαύτη δὲ ἄρα ἡ σύντηξις — φέριν ἐπιβολήν] Locus hic repetitur infra v. Συντέτηκε. Küst. τοσαῦτα A m. sec. Mox αὐτῷ E. post ἄρα. Rectius inferior gl. ἦν αὐτῷ. σύντηξις] σύνταξις B. V. Dein ἡ delendum cum gl. altera. 8. ἱματίων] ἱμμάτων E. 10. ἀπέϑανον ἀνϑρώπων] ἀνϑρώπων ἀπέϑανον A. ἀνϑρώπων om. V. καὶ μέντοι] καὶ μέντοι καὶ B. E. Med. 11. ἠνέγκατο] ἠνέγκαντο A. V. οὐδαμὴ μεμπτόν] οὐδαμὰ οὐδαμῇ μεμπτὸν A. cum v. Οὐδαμά. οὐδαμεμπτόν E. 12. οὕτω δὲ ἄρα ἦν ἡδονῆς ἥττ.] Infra v. Ἥττων. Küst. Ἐπίκουρος] ὁ Ἐπίκουρος A. B. V. E. 15. Μητροδώρῳ] δὲ add. *V. 16. τοῖς προειρημένοις om. V. εἰπεῖν post διισσῶς addunt A. B. V. E. Med.

tre Chaerestrata; cuius fratres fuerunt Neocles, Chaeredemus, Aristobulus sive Aristodemus. philosophari coepit ab anno aetatis duodecimo, peculiaris sectae conditor. et primum quidem Sami cum parentibus commoratus est; deinde Mytilenis annos x scholae praefuit; postea Lampsaci docuit, postremo Athenis in horto suo. audivit Nausiphanem Democriteum et Pamphilum Platonis discipulum. natus vero est Olympiade CIX. septem annis post mortem Platonis, et vitam produxit usque ad successores Alexandri M. et Antigonum Gonatam. schola eius permansit usque ad Caesarem primum annos CCXXVII. et intra tempus istud XIV. successores habuit. scripta eius sunt plurima. Ἐπίκουρος. Epicurus divinum numen nihili fecit; fratresque habuit tres, qui infinitis morbis impliciti miserrime perierunt. atque ipse Epicurus, adolescens etiamtum, haud facile poterat e lectulo descendere, caecutiens et radios solis non ferens, nitidissimo illi ac praesentissimo deo inimicus. quid quod aversabatur etiam ignis splendorem, et sanguinem per inferiores meatus excernebat: corpore ita extenuato, ut ne iniecta quidem vestimenta ferre posset. Metrodorus item et Polyaenus, ambo eius sodales, pessime omnium perierunt: et ipse quoque impietatis suae mercedem tulit haudquaquam poenitendam. voluptatibus autem adeo erat deditus, ut sub finem vitae in testamento suo scriberet, ut et patri et matri et fratribus, itemque Metrodoro et Polyaeno sodalibus, semel quotannis parentaretur; sibi vero bis: in quo ipso sapiens ille plurimum luxui tribuebat. adhaec

φός· καὶ τραπέζας λίθων πεποιῆσθαι ὡς ἀναθήματά τε ἐν τῷ τάφῳ προσέταξε τεθῆναι ὁ προτέν-θης τε καὶ ὀψοφάγος οὗτος. καὶ ταῦτα ἐπέσκηψεν οὐκ ὢν ἐν περιουσίᾳ. λυττῶν οὖν ταῖς ἐπιθυμίαις ἦν, ὥςπερ οὖν καὶ ἐκείνων σὺν αὐτῷ τεθνηξομένων. ἐξήλασαν δὲ τοὺς Ἐπικουρείους τῆς Ῥώμης δόγματι τῆς βουλῆς κοινῷ, καὶ Μεσσήνιοι δὲ ἐν Ἀρκαδίᾳ τοὺς ἐκ τῆς αὐτῆς οἱονεὶ φάτνης ἐδηδοκότας ἐξήλασαν, λυμεῶνας μὲν εἶναι τῶν νέων λέγοντες, κηλῖδα δὲ φιλοσοφίᾳ προσβάλλοντας διά τε μαλακίαν καὶ ἀθεότητα· καὶ προσέταξάν γε πρὸ τῶν τοῦ ἡλίου δυσμῶν ἔξω τῶν ὅρων τῆς Μεσσηνίας γῆς εἶναι αὐτούς, ἐκφρησθέντων δὲ τοὺς ἱερέας καθῆραι τὰ ἱερά. τούς γε μὴν Τιμούχους (καλοῦσι δὲ ταύτῃ τοὺς ἄρχοντας Μεσσήνιοι) καὶ τὴν πόλιν καθῆραι πᾶσαν, οἷα δήπου λυμάτων τινῶν καὶ καθαρμάτων ἀπηλλαγμένην.

Ὅτι ἐν Κρήτῃ Λύκτιοι τῶν Ἐπικουρείων τινὰς ἐκεῖ παραβάλλοντας ἐξήλασαν. καὶ νόμος ἐγράφη τῇ ἐπιχωρίῳ φωνῇ, τοὺς τὴν θήλειαν σοφίαν καὶ ἀγεννῆ καὶ αἰσχρὰν ἐπινοήσαντας καὶ μέντοι τοῖς θεοῖς πολεμίους ἐκκεκηρῦχθαι τῆς Λύκτου. ἐὰν δέ τις ἀφίκηται θρασυνόμενος, καὶ τὰ ἐκ τοῦ νόμου παρ' οὐδὲν ποιήσηται, δεδέσθω ἐν κύφωνι πρὸς τῷ ἀρχείῳ ἡμερῶν εἴκοσιν, ἐπιῤῥεόμενος μέλιτι γυμνὸς καὶ γάλακτι, ἵνα ᾖ μελίτταις καὶ μυίαις δεῖπνον, καὶ ἀναλώσωσι χρόνῳ τῷ προειρημένῳ αὐτόν. τούτου γε μὴν διελθόντος ἐὰν ἔτι περιῇ, κατὰ κρημνοῦ ὠθείσθω, στολὴν γυναικείαν περιβληθείς.

Ἐπίκουρος. ὄνομα κύριον. Εἶχε δὲ ἄρα τὸ βιβλίον τὰς Ἐπικούρου δόξας, ἃς ἐκεῖνοι κυρίας οὕτω καλοῦσιν, Ἐπικούρου κακὰ γνωρίσματα· ἐν αἷς ἄρα καὶ τόδε ἦν, ὅτι καὶ τόδε τὸ πᾶν φέρεται τύχῃ τινί, οὐ μὴν βουλήσει καὶ κρίσει θεοῦ. ταύτας

1. λίθων] λίθους A. B. V. E. λίθοις edd. ante Küst. Extiterat opinor compositum ex λίθους, velut διαλίθους. πεποιῆσθαι] πεποίηται A. Tum καὶ om. V. Id malui delere quam τε ante ἐν cum A. quem sequitur Gaisf. Ceterum quod Lobeckius Aglaoph. p. 1095. coniectabat πεποιῆσθαι δαιτὸς ἀναθήματα, id eruditissimo viro prope dixerim ludenti videtur excidisse: siquidem consilium scriptoris ab hac figura, cuius usus in iustam cadit epularum designationem, recedit longissime. Nam Aelianus sumptum et ornatum mensarum unice perstrinxit, quas ab Epicuro finxit in memoriam scilicet vitae voluptuariae fuisse consecratas et in anathematum numero relatas. Tum προσέταξε om. V. 3. τε καὶ] τε om. V. 4. λυττῶν — τεθνηξομένων om. V. 5. ἦν ὥςπερ] ἦν om. B. E. Dein Wakefieldus in Silv. Crit. II. p. 46. ὥςπερ οὐ, perperam. σὺν αὐτῷ τεθνηξομένων] αὐτῷ συντεθνηξομένων E. 7. κοινῷ om. *V. Ex Athenaeo rem tradidit etiam Aelian. V. H. IX, 12. καὶ Μεσσήνιοι δὲ ἐν Ἀρκ.] Vide Athenaeum lib. XII. p. 547. Küst. Adde Iacobs. in Anthol. T. XIII. p. 837. Μεσσήνιοι B. Med. καὶ οἱ Μεσσήνιοι om. ἐν Ἀρκαδίᾳ legitur in v. Φάτνη. δὲ καὶ V. Qui mox οἱονεὶ et λυμεῶνας — ἀθεότητα omisit. 9. λυμεῶνα Med. τῶν νέων] Ἑλλήνων E pr. λέγοντες] λέγοντας A. κηλῖδα δὲ — προσβάλλοντας] κηλῖδα μὲν — προσβάλλοντες A. B. 11. προσέταξαν] προσέταξάν γε A. 12. τῆς om. *V. Mox αὐτούς om. V. 13. ἐκφρησθέντων δὲ] Supra v. Ἐκφρησθέντων, ubi hic ipse locus adducitur, rectius legitur ἐκφρησθέντων. Küst. ἐκφρησθέντων A. Seqq. sic praebet V. ἐκβληθέντες (ἐκβληθέντων *V.) δὲ οἵ τε ἱερεῖς καθάραι λέγονται τὰ ἱερά, καὶ οἱ τιμοῦχοι, ἤγουν οἱ ἄρχοντες, τὴν πόλιν τὸ αὐτὸ καὶ ἐκ Κρήτης οἱ Λύκτιοι τοὺς Ἐπικουρείους ἐξήλασαν. 14. τούς γε μὴν Τιμούχους — ἀπηλλαγμένην] Hic locus repetitur infra v. Τιμοῦχος. Küst. Nihil reperi. καλοῦσι δὲ] καλοῦσι δή B. καλοῦσι γάρ E. Mox καθῆραι Edd. ante Küst.

1. Ὅτι ἐν] Ὅτι om. B. E. Haec ex eodem Aeliani loco decerpta temereque structa videntur. 3. τῇ ἐπιχωρίῳ φωνῇ om. V. 4. ἀγενῆ] ἀγεννῆ A. V. E. Mox μετιόντας solum V. pro καὶ αἰσχράν — πολεμίους. Nec facile nobis persuaserimus ἐπινοήσαντας καὶ πολεμίους in enunciatione bimembri potuisse sociari. Videntur potius quaedam per similitudinem nominum vel terminationum elapsa esse. μέντοι καὶ] καὶ om. A. B. E. 5. ἐκκεκηρῦχθαι] ἐγκεκηρύχθαι E pr. Scripsi ἐκκεκηρῦχθαι. Ἐὰν δέ τις ἀφίκηται θρασ.] Haec et quae sequuntur usque ad finem articuli leguntur etiam infra v. Κύφων. Küst. Ἐὰν δέ τις καταφρονῶν τοῦ νόμου ἀφίκηται θρασυνόμενος, δεδέσθω ἐν κύφωνι V. ἐν tamen om. *V. 8. ἐπιῤῥεόμενος] ἐπιχριόμενος E. In γάλακτι Toupius comparavit fragmentum v. Κατέχει. 9. μυίαις] μύαις A. 10. ἀναλώσωσι — περιῇ om. V. ἀναλώσιος A. αὐτόν] αὐτούς A. B. E. Edd. ante Küst. 11. κρημνοῦ] κρημνίου A. 12. γυναικείαν στολὴν *V. 13. Εἶχε δὲ τὸ βιβλίον τὰς Ἐπικούρου δ.] Et hunc locum ex Aeliano depromptum esse patet ex ipso Suida infra v. Παραπλῆγας, ubi pars huius Eclogae addito scriptoris illius nomine repetitur. Küst. δὲ] δὲ ἄρα A. et V. loco statim designando. Deinde ἃς ἐκεῖνοι et οὕτω om. *V. Sed Ἐπίκουρος — βιβλίον h. l. om. V. de quo vide infra annotata sub v. Ἐπικωμάσαι. 14. κυρίας — κακὰ] κυρίως — καλὰ Wakefieldus in Lucret. II, 19. Qui tum immemor fuit usus illius celeberrimi in οὕτως perspicuitatis causa vel graviter addendo, quem cumpraeter ceteros Schaeferus in Melett. p. 81. sq. et Appendice Bastianae Ep. p. 7. sqq. illustravit, tum Porsonus in Gaisfordi Addendis non indignum habuit tali animadversione: „οὕτω hoc modo addunt Graeci. Maximus Tyrius XIV. (XXVI.) p. 151. περὶ λίμνην Ἄορνον οὕτω καλουμένην. Schol. Aristoph. Ach. 883. ὁ στίχος ἀπὸ δράματος Αἰσχύλου Ὅπλων κρίσεως οὕτως ἐπιγεγραμμένου. Aelian. N. A. V, 43. γίνεσθαι τὸ ζῷον τὸ μονήμερον οὕτω καλούμενον." 15. ἐν αἷς] ἐν αἷς ἄρα A. ἐν αἷς ἦν ὅτι τόδε V. Ac malim abesse καὶ posterius. 16. φέρεται τύχῃ] τύχῃ φέρεται V. om. τινί. 17. θεῶν] θεῦ A. B. E. Recepi θεοῦ. Supra κρίσει καὶ βουλήσει *V.

mensas saxeas confici, et tanquam donaria in sepulcro collocari iussit catillo isto et gulae mancipium. atqui haec mandavit, cum non abundaret opibus: homo intemperantissime voluptatibus perfruens, quasi illae quoque una cum ipso moriturae essent. Epicurei Senatusconsulto Roma sunt exacti; et Messenii in Arcadia eos, qui in eodem quasi praesepi pastl essent, expulerunt, quos et pestes adolescentum esse dicerent, et philosophiae labem aspergere propter mollitiem et impietatem. eosque ante solis occasum ex agri Messenii finibus excedere iusserunt, lisque pulsis sacerdotes lustrare fana, et a Timuchis (sic enim Messenii magistratus suos vocant) totam urbem purgari, tanquam sordibus quibusdam et purgamentis liberatam. In Creta quoque Lyctii quosdam Epicureos illuc profectos expulerunt, legemque populari sermone talem scripserunt: Epicurei sapientiae effeminatae et degeneris ac turpis inventores dlisque invisi per praeconis vocem Lycto excedere iubentur; si quis tamen eorum contempta lege in posterum redire ausus fuerit, propo praetorium per viginti dies nervo vincitor, nudusque lacte et melle perfunditor, ut apes et muscas pascat, et intra dictum tempus ab illis consumatur. si tamen post tempus illud adhuc superstes fuerit, muliebri veste indutus de rupe praecipitator. Ἔπίκουρος. Nomen proprium. *Continebat autem liber ille opiniones Epicuri, quas illi ratas vocant, mala philosophiae Epicureae specimina: in quibus etiam hoc inerat, hanc rerum universitatem casu quodam et temere ferri, non voluntate et iudicio deorum: ce-*

ειο δὲ τὰς θρυλουμένας ἀτόμους πληττομένας ὑπ' ἀλλήλων, εἶτα ἀφισταμένας, ἐκ τούτων γίνεσθαι ἀέρα, γῆν καὶ θάλατταν. εἶτα διαλύεσθαι τὰς ἀνακράσεις καὶ συνόδους, καὶ παντελῶς ἀφανίζεσθαι εἰς ἀτόμους, φέρεσθαι δὲ εἰκῆ τὰ πάντα καὶ ὡς ἔτυχεν, οὐ μὴν ἐκ τῆς τοῦ ποιητοῦ σοφίας. εἶτα, ὅτι ἐκ προνοίας φέρεται πάντα, οὔτε κυβερνήτην οὔτε ἰθυντὴν οὔτε ποιμένα ἔχοντα. εἶτα ὁ ** πομπῇ τοῦ Θεοῦ ἤχων οὐκ ἠνέσχετο παραληρεῖν αὐτόν, ἀλλὰ τὴν τῶν λόγων παραπλῆγα λύτταν κατεσίγασεν.** εἶτα ἀνέθορεν, Ἐπικούρῳ καὶ ταῖς ἐκείνου δόξαις κλάειν λέγων.

Ἐπίκουρος. βοηθός. Καὶ Ἐπικουρῶ, δοτικῇ.

Ἐπικωμάσαι. ὀρχεῖσθαι· ἢ λαλῆσαι αἰσχρά. Πολλαὶ ταῖς ἐκκλησίαις ἐπικώμασαν ταραχαί.

Ἐπίκωμος. ὑβριστής, συγχαίρων. Ταῦτα δὲ ἀχρεῖα τυγχάνειν ἔδοξεν, ὡς περιττὸς ἐπίκωμος. ὁ Προκόπιός φησι περὶ Θεοδοσίου τοῦ βασιλέως.

Ἐπικωπητήρ. ὁ τροπωτὴρ ἰμάς.

Ἐπίκωπος. ξιφήρης. κώπη γὰρ ἡ λαβὴ τοῦ ξίφους. ἢ ἀντὶ τοῦ διὰ νεὼς καὶ ναυτικὸς ὤν. Καὶ Ὅμηρος·

Οὐ γάρ μοι νῆες εἰσὶν ἐπήρετμοι.

Ἐπὶ Ποπλίου συνθήκας ἐποιήσαντο Ῥωμαῖοι καὶ Καρχηδόνιοι, μὴ ἔχειν μήτε κτᾶσθαι Καρχηδονίους πλοῖον ἐπίκωπον, πλὴν δέκα τριήρων καὶ τῶν ἁλιευτικῶν καὶ περιχώρων, ὧν οὐδὲν ἦν δεκασκάλμου μεῖζον.

Ἐπικῶς. ἀντὶ τοῦ λογίως.

Ἐπικρᾶναι. τῇ κεφαλῇ κατανεῦσαι.

Ἐπικράτεια.

---

1. ταύτας δὴ τὰς θρυλουμένας ἀτόμους πληττομένας ὑπ' ἀλλ.] Oratio est *ἀνακόλουθος*. Nihil enim sequitur, ad quod accusativus *πληττομένας* et *ἀφισταμένας* referri possit. Quare locum hunc sic potius scribendum puto: *τούτων δὲ τῶν θρυλλουμένων ἀτόμων πληττομένων ὑπ' ἀλλήλων, εἶτα ἀφισταμένων. ἐξ αὐτῶν γίνεσθαι* etc. Vel sic, *ταύτας δὲ τὰς θρυλλουμένας ἀτόμους πλήττεσθαι ὑπ' ἀλλήλων, εἶτα ἀφίστασθαι· καὶ ἐκ τούτων* etc. Ceterum tota haec Ecloga vere est, quod aiunt, calx absque arena, nec membra eius inter se cohaerent: adeo ut appareat articulum hunc exiguo cum iudicio a Suida consarcinatum esse. *Küst.* Huius generis haud paucae apud Suidam extant stribligines: velut in v. *Κνάπτω*. Apparet tamen quaedam aut intercidisse aut per festinationem Suidae neglecta fuisse, quae inter hanc et superiorem sententiam placitum de atomorum natura carperent. Saltem *δὲ* reposui cum *V. Contra *θρυλλουμένας* om. V. 2. *γίνεσθαι*] *γενέσθαι* B. E. 3. *διαλύεσθαι*] Hanc lectionem ex Paris. A. revocavi. In prioribus enim editt. [et B. E.] male legitur *διαλαβέσθαι*. *Küst.* 4. *καὶ παντελῶς*] *καὶ* om. B. 5. *ὡς ἔτυχεν — εἶτα* om. V. *ὡς* om. A. 6. *ὅτι ἐκ προνοίας φέρεται π.*] Sensus huius loci satis ostendit legendum esse, *ὅτι ἄνευ προνοίας φέρεται π. Küst.* *ἄνευ προνοίας* occuparat Portus. *ὅτι οὐκ ἐκ προνοίας* Wakefieldus, mirifice, siquidem *οὐκ ἐκ προνοίας* nihil differt a *φύσεται*. Videtur *οὐδεμιᾶς* post *προνοίας* excidisse. 8. *εἶτα ὁ* usque ad fin. om. V. Lacuna post *ὁ* in Med. Nimirum cum Epicuri reprehensione male coaluerat historiola quaedam ex Aeliano decerpta, quem perspicue praestat auctorem v. *Παραπλήκτῳ*. Is hominem depinxit perversis Epicuri placitis corruptum, deinde providentia divina ad sanas rationes revocatum. Nec dubium, quin causa lacunae fuerit duplex *ὅτι*: si quidem refingendum *εἶτα ὅτι*. Subsequebatur haud brevis digressio, cuius initium et novissimam fere partem asteriscis significavi, quamque conclusit epilogus *εἶτα ἀνέθορεν — λέγων*, olim ille paulo copiosior, cui saltem *θύσας*, *Ἐπικούρῳ καὶ δόξαις ταῖς ἐκείνου* restituere liceat ex v. *Κλάειν*. *πομπῇ τοῦ Θεοῦ*] Vid. *Ἀναλώθησαν*. *Toup.* Haec refutat Gassend. IV. c. 8. de Vita Epicuri. *Reines.* 9. *ἤχων*] *ἤχειν* B. E. Med. 10. *εἶτα ἀνέθορεν, Ἐπικούρῳ καὶ ταῖς ἐκείνου δ.*] Simile quid legitur infra v. *Κλάειν*. *Küst.* Haec fortasse sunt de Metrodoro Stratoniceo, qui ab Epicuri secta ad Carneadem defecit, Laert. [X,4 — 6.] p. 505. ed. Basil., vel de Timocrate Metrodori, Epicuri familiaris, fratre, qui libros scripsit *Εὐφραντούς*, in quibus Epicuri res describit. *Reines.* 13. *Ἐπίκουρος*] Deest gl. E. Med. De quo dictum in v. *Ἐπικούρειος Ἕρμων*. 15. *Ἐπικωμάσαι. ὀρχ.*] Vide supra v. *Ἐπεκώμαζεν*. *Küst.* Hanc et tres seqq. gl. Gaisfordus huc transposuit cum A. cum olim legerentur ante v. *Ἐπίκουρος Νεοκλέους*. Ceterum habet V. in marg. post v. *Ἐπικούρειος*: *Ἐπίκουρος Νεοκλέους Ἀθηναῖος. Ἐπίκουρος οὗτος τὸ θεῖον ἐτίθετο παῦ οὐδέν. Ἐπίκουρος ὄνομα κύριον. εἶχε δὲ ἅρα τὸ βιβλίον τὰς (τῆς* Gaisf.) *Ἐπικούρου δόξης*. Qui reliqua cum edd. facit.

3. *ὁ Προκόπιός φησι περὶ Θεοδοσίου τοῦ βασ.*] Maltretus Procopii editor de hoc loco ait: *Nihil tale de Theodosio scripsit uspiam Procopius noster. Ego vero mendum huc irrepsisse arbitror, et Procopium ab illis substitutum in locum Prisci. Küst.* Quaerendum etiam de sententia et emendatione verborum *ἀχρεῖα τυγχάνειν*. Ceterum de novissimis verbis dictum in v. *Ἐπίλητος*. 4. Sic Zon. et Etym. M. *ἰμάς* om. Hesychius. 5. *Ἐπίκωπος. ἐπήρετμοι*] Ex Schol. Aristoph. Acharn. 230. 7. *Ὅμηρος*] Ex quattuor locis Od. *δ'*. 559. *ε*. 16. 141. *ψ*. 145. tertium spectavit, *Οὐ γάρ μοι πάρα νῆες ἐπήρετμοι καὶ ἑταῖροι*. 9. *Ἐπὶ Ποπλίου συνθήκας*] Fragmentum hoc Polybio tribuendum videtur. *Küst.* 14. *Ἐπεικῶς*] *Ἐπικῶς* A. E. Zon. p. 855. Cum iisdem codd. Gaisfordus delevit, *Ἐπικῶς δὲ ἀντὶ τοῦ ποιητικῶς*. Haec aliter fuisse collocanda demonstrat v. *Οὐκ ἐπεικῶς*. 15. *ἐπινεῦσαι* Hesychius. 16. *Ἐπικράτεια*] *Ἐπικράτησις* adiicit E. Cf. Herod. Epimer. p. 222.

---

*lebratasque illas atomos inter se concurrere, deinde a se invicem discedere; atque ex iis fieri aerem, terram, mare. postea vero corpora mixta et ex concursu atomorum conflata rursus dissolvi et in atomos penitus evanescere. omnia item temere et fortuito ferri, non autem consilio creatoris. porro, sine providentia cuncta ferri, neque gubernatorem, nec rectorem, nec moderatorem habentia. ** deinde missus divinitus eius deliria non tulit, sed verborum insanam rabiem compressit. ** tandem ab Epicuro resiliit, eiusque opiniones valere iussit.* *Ἐπίκουρος*. Auxiliator. Et *Ἐπικουρῶ*, dativo aptum. *Ἐπικωμάσαι*. Saltare, vel obscena loqui. *Ecclesias multae invaserunt turbae.* *Ἐπίκωμος*. Comessator et quasi petulans, qui convivlis gaudet. Procopius de Theodosio Imperatore: *Ad haec autem inutilis esse videbatur, ut eximius comessator.* *Ἐπικωπητήρ*. Vinculum alligando remo. *Ἐπίκωπος*. Ensem gestans. *κώπη* enim significat capulum gladii, vel nauticus et remis instructus. Homerus: *Haud enim mihi sunt naves remis instructae. — Publio Consule Romani et Carthaginienses foedus inter se fecerunt, quo cautum erat, ne Carthaginienses ullam navem remis aptam haberent aut compararent, praeterquam decem triremibus et scaphis piscatoriis et consuetis illius regionis naviculis, quarum nulla plures quam decem scalmos haberet.* *Ἐπικῶς* Oratione ligata. *Ἐπικρᾶναι*. Capite annuere. *Ἐπικρα-*

Ἐπικράτης. κωμικός. τῶν δραμάτων αὐτοῦ Ἔμπορος καὶ Ἀντιλαΐς.

Ἐπικράτης.

Ἐπικράτους οὐκ ὀλίγῳ καλλίονα πώγων' ἔχεις.

οὗτος γὰρ μέγαν πώγωνα εἶχεν. ἐπεκαλεῖτο δὲ Σακεσφόρος. καὶ Πλάτων ὁ κωμικός φησιν·

Ἄναξ ὑπήνης Ἐπίκρατες σακεσφόρε.

καὶ ἐκωμῳδεῖτο εἰς δασύτητα. ἦν δὲ ῥήτωρ δημαγωγός.

Ἐπικράτης, Ἀθηναίων δημαγωγός, Ἔφορος ἐπικαλούμενος· οὗ καὶ Δημοσθένης ἐν τῷ Παραπρεσβείας μνημονεύει. Ἕτερος δέ ἐστιν, οὗ μνημονεύει Λυκοῦργος ἐν τῷ περὶ Διοικήσεως· ὃν φασι κεκτῆσθαι ταλάντων χ' οὐσίαν. Ἄλλος δέ ἐστιν Ἐπικράτης, Αἰσχίνου τοῦ ῥήτορος κηδεστής· οὗ ἐπώνυμον Κυρηβίων, ὡς Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου.

Ἐπικρεμαμένου. ἐπικειμένου. Οἱ δὲ ὑπὸ μεγέθους τοῦ ἐπικρεμαμένου ἔτι κινδύνου πάντα οἰσιὰ ἐλογίζοντο.

Ἐπικρεμάσας. ἐπενεγκών. Οἷς δ' ἅμα ἀναταθεὶς καὶ τὸν ἐξ αὐτοῦ φόβον ἐπικρεμάσας.

Ἐπίκρια. τὰ τῆς νηὸς σανιδώματα.

Ἐπικρίνει. δοκιμάζει.

Ἐπικριτής. σύμβουλος, δοκιμαστής. Χρώμενος ἐπικριτῇ τῶν λεγομένων τῷ Μασσανάσσῃ διὰ τὴν τῶν τόπων ἐμπειρίαν.

Ἐπικτήτης.

Ἐπίκτητος, Ἱεραπόλεως τῆς Φρυγίας, φιλόσοφος, δοῦλος Ἐπαφροδίτου, τῶν σωματοφυλάκων τοῦ βασιλέως Νέρωνος. πηρωθεὶς δὲ τὸ σκέλος

---

1. Ἐπικράτης. κωμικός] Epicrates ὁ κωμῳδοδιδάσκαλος, Poll. IV. c. 19. et 24. Ambraciota, cuius fabulae sunt Ἀμαζόνες, Δύσπρατος, Ἔμπορος, Ἀντιλαΐς. Athen. X. p. 422. XIII. p. 570. XIV. p. 655. et VI. p. 262. Aelian. H. A. XII, 10. Χορὸς et Παρακαταθήκη tribuerem Epicrati, quam Hippocrati tribuit Poll. IX. c. 6. *Reines.* *Eudocia* p. 166. 2. Ἔμπορος καὶ Ἀντιλαΐς] Harum duarum fabularum meminit Athenaeus: qui praeterea eiusdem Δύσπρατον et Ἀμαζόνας laudat. *Küst.* Plura Meinekius Fragm. Com. Vol. I. p. 414. 4. Ἐπικράτους οὐκ ὀλίγῳ καλλ.] Aristoph. Eccles. 71. Κἀγὼ' Ἐπικράτους οὐκ ὀλίγῳ καλλίονα. Adde ἀπὸ κοινοῦ, πώγων' ἔχω. Hunc locum Suidas repetere voluit, quamvis metrum et ordinem verborum neglexerit. *Küst.* καλλίονα] καλλίω E. Mox ἔχω servavit inferior glossa. 6. οὗτος γὰρ μέγαν πώγωνα εἶχεν. ἐπεκ.] Haec sunt verba Scholiastae in modo indicatum locum Aristophanis. *Küst.* Ordine paulum immutato transierunt in v. Πώγων. Σακεσφόρος] Portus *scutifer*. Male. Vertere enim debebat, *barbiger*, vel prolixam barbam gerens. σάκος enim apud Graecos interdum significat *barbam*: ut ostendit Maussacus in Harpocrationem v. Ἐπικράτης: ad quem lectorem remitto. *Küst.* 7. Πλάτων] In Πρίσβεσι ap. Athen. VI. p. 229. κατέλαβον Ἐπικράτης etc. De isto Epicrate σκευοφόρῳ s. *lixa* quaedam habet Plutarch. in Pelop. p. 294. Vid. Eponymol. in Epicrat. *Reines.* 9. ἐκωμῳδεῖτο δὲ] ἐκωμῳδεῖτο *V. καὶ ἐκωμῳδεῖτο A. cum altera gl. καὶ δημαγωγός] καὶ om. A. B. V. E. Med. Id tamen probandum, item ut in gl. inferiore. 11. Ἐπικράτης, Ἀθην.] Cave putes Epicratem hunc diversum esse ab eo, cuius Suidas loco proxime praecedenti meminit. Differentia tantum est in verbis, quoniam priorem locum Suidas descripsit ex Scholiasta Aristophanis, ut ante monuimus: posteriorem vero ex Harpocratione. *Küst.* Eadem *Eudocia* p. 150. Ἔφορος] Scribe Σακεσφόρος: de qua voce diximus paulo ante. *Küst.* ὁ καὶ Ἔφορος plurimi libri Harp. et Pal. ap. Gaisf. cum Zon. p. 793. et Etym. M. Εὔφορος Eudoc. 12. Δημοσθένης] P. 430, 4. περὶ Παραπρεσβείας] περὶ om. A. B. V. Harpocr. Pal. et Parisinus, ubi plerique περὶ τῆς πρεσβείας. 13. ἕτερος δέ] δέ om. V. 14. περὶ διοικήσεως] περὶ om. B. E. παραδιοικήσεως V. ap. Gaisf. Cf. Kiessling. de Lyc. fragm. p. 83. sqq.

1. Κυρηβίων] Κηρυβίων V. Vide gl. Κυρηβίων. Demosth. locus p. 433, 21. 3. Ἐπικρεμαμένου] Exempla quaedam usus figurati attulit Wesselingius in Diodor. XVI, 50. 4. ἔτι κινδύνου] ἔτι om. V. Reliqua paulum deflexa sunt ab oratione Thucydidis VII, 75. quam fidelius servavit gl. Οἰσιά. 6. ἀναταθείς] Sic recte Paris. A. [Zon. p. 839.] et ipse Suidas supra v. Ἀναταθείς, ubi hoc ipsum fragmentum legitur. At priores editt. [et B. E. *V.] mendose ἀναιτθείς. *Küst.* ἀναιταθείς correxerat Portus. In his Polybii verbis ἅμα aut delendum cum gl. superiore aut ad posterius membrum debet Ἅ revocari. 8. Ἐπίκρια] Meliorem explicationem petas a Schol. Od. γ'. 353. ε'. 254. 318. 10. Χρώμενος ἐπικριτῇ] Haec sunt verba Polybii lib. XIV. (c. 3. extr.) p. 947. ubi recte legitur: Χρώμενος ἐπικριτῇ τῶν λεγομένων καὶ συμβούλῳ τῷ Μασανάσσῃ διὰ τὴν τῶν τόπων ἐμπειρίαν. Hinc Suidas corrigendus est. *Toup.* Μασσάνῃ Edd. De correctione nemo dubitet qui annotatt. in vv. Ἀναβολεύς et Ἀνάστασις inspexerit. 13. Om. vulg. silente Gron. Nam *V. geminat tantum Ἐπίκτητος. 14. Ἐπίκτητος] Ἐπίκτητος δοῦλος Ἐπαφροδίτου σωματοφύλακος Νέρωνος Ἱεραπόλεως τῆς Φρυγίας φιλόσοφος ἄριστος. Sic V. omissis reliquis. In plerisque discrepat etiam *Eudocia* p. 172. 15. δοῦλος δὲ] δὲ omisi cum A. E. V. Ἐπαφροδίτου] Huius Epaphroditi mentio fit apud Stephanum Byzantium v. Βιθύνιον. *Küst.* De quo vide glossam suo loco positam. 16. πηρωθείς] Vid. Gell. N. A. II, 18. et Anthol. III, 33. *Reines.* Adde Lipsii Manud. ad Stoic. Phil. I, 19.

τεια. Ἐπικράτης. Epicrates, comicus. ex eius fabulis sunt *Mercator et Antilais.* Ἐπικράτης. *Epicrate non paulo pulchriorem barbam habeo.* hic enim magnam barbam habebat: itaque Barbiger appellabatur. et Plato Comicus: *Rex mystacis, Epicrates barbiger.* ab comicis enim ut hirsutus perstringebatur. erat orator et demagogus. Ἐπικράτης. Epicrates, Atheniensium orator, Sacesphorus cognominatus: cuius etiam mentionem facit Demosthenes in oratione de Falsa Legatione. alius vero est, cuius meminit Lycurgus in oratione de Administratione aerarii: quem sexcenta talenta in bonis habuisse aiunt. alius item est Epicrates, Aeschinis oratoris affinis, qui Cyrebio cognominabatur, ut testatur Demosthenes in oratione contra Aeschinem. Ἐπικρεμαμένου. Immunentis. *Illi vero propter magnitudinem periculi adhuc impendentis omnia tolerabilia esse putabant.* Ἐπικρεμάσας. Qui intulit. *Aliis vero minus intentans et simul sui terrorem inculiens.* Ἐπίκρια. Tabulata navis. Ἐπικρίνει. Diiudicat. Ἐπικριτής. Consultor, iudex. *Per omnia quae dicerentur Masinissae, utpote locorum periti, iudicio usus.* Ἐπίκτητος. Epictetus, ex Hierapoli Phrygiae urbe, philosophus, servus Epaphroditi, unius de satellitibus Imperatoris Neronis. e destillatione vero crure claudus in novae Epiri urbe

ὑπὸ ῥεύματος ἐν Νικοπόλει τῆς νέας Ἠπείρου ᾤκησε, καὶ διατείνας μέχρι Μάρκου Ἀντωνίνου. ἔγραψε πολλά.

Ὅτι Θεοσέβιος ὁ φιλόσοφος ἔλεγε πολλὰ ἀπὸ τῶν Ἐπικτήτου σχολῶν, τὰ δὲ καὶ αὐτὸς ἐπετεχνᾶτο τῆς ἠθοποιοῦ διανοήματα μούσης, ἱκανὰ πείθειν καὶ δυσωπεῖν τῶν ψυχῶν τὰς μὴ παντάπασιν ἀτέγκτους καὶ ἀτεράμονας· ἀποστρέφεσθαι δὲ καὶ ἀποδιδράσκειν τὰ χείρω τῆς ζωῆς εἴδη κατὰ δύναμιν, ἀσπάζεσθαι δὲ τὰ ἀμείνω καὶ μεταδιώκειν, καθόσον οἷόν τε παντὶ σθένει. τοιγαροῦν καὶ ἐν συγγράμμασι καταλέλοιπε τοιούτοις τισὶ τὰς ἑαυτοῦ νουθετήσεις, οἵοις Ἐπίκτητος πρότερον. καί μοι δοκεῖ ὁ ἀνὴρ γεγονέναι ἄπτικρυς, ὡς ἕνα πρὸς ἕνα ἀντιβαλεῖν, ὁ τοῦ καθ' ἡμᾶς χρόνου Ἐπίκτητος· ἄνευ μέντοι τῶν Στωικῶν δοξασμάτων. ὁ γὰρ Θεοσέβιος οὐδενὸς τοσοῦτον ὅσον τὴν Πλάτωνος ἀλήθειαν ἠσπάζετο καὶ ἐθαύμαζε. καί δή τι καὶ συνεγράψατο μικρὸν βιβλίδιον περὶ τῶν ἐν Πολιτείᾳ τῇ μεγάλῃ κεκομψευμένων, τὴν ἀπὸ τῶν θεῶν ἥκουσαν θεοσοφίαν ἐξαίρων λόγῳ. ταύτην γὰρ διαφερόντως ἐτίμα καὶ ἐσεβεν. ἀεὶ γὰρ ἐν τοῖς ἠθικωτέροις φιλοσοφήμασι διατρίβων ἐφαίνετο. καὶ γὰρ εὖ ἐπεφύκει πρὸς εὐζωίαν μᾶλλον ἢ ἐπιστήμην, οὐδὲ ταύτην ἡσυχά-

1. *Νικοπόλει*] Νικοπόλει A. Vide vel Arriani Epict. II, 6, 20. 2. *καὶ διατείνας μέχρι Μάρκου Ἀντ.*] Quod Suidas hic de aetate Epicteti ait, confirmatur auctoritate Themistii, quippe qui in oratione Consulari ad Iovianum Imperatorem p. 63. testatur, Antoninos duos, i. e. Pium et Marcum, Epictetum in honore habuisse. Verba eius haec sunt: *Οὕτω καὶ οἱ πατέρες τῆς σῆς βασιλείας τοὺς προγόνους ταύτης τῆς τύχης προῆγον, τὸν Ἄρειον ἐκεῖνον ὁ Σεβαστός, ὁ Τιβέριος τὸν Θρασύλλον, Τραϊανὸς ὁ μέγας Δίωνα τὸν χρυσοῦν τὴν γλῶτταν, τὸν Ἐπίκτητον τὼ δύο Ἀντωνίνω.* Sed si rem bene putemus, non videtur Epictetus ad Marci principatum pertinere potuisse, quoniam inter imperium Neronis (sub quo Epictetum iam floruisse certum est) et regnum Marci anni plus centum intercesserunt: quam aetatem paucissimi mortalium attingunt. Praeterea Gellius, Herodi Attico qui sub Marco et ante floruit aequalis, de Epicteto tanquam qui suo tempore iam decesserat ita verba facit lib. II. c. 18. *De Epicteto autem, philosopho nobili, quod is quoque serrus fuit, recentior est memoria, quam ut scribi quasi oblitteratum debuerit.* Adhaec ipse Marcus Imperator initio libri sui philosophos et viros doctos recensens, quorum consuetudine et familiaritate usus fuerat, nullam Epicteti mentionem facit: quin potius eum ante aetatem suam e vivis iam excessisse clare his verbis ostendit VII, 19. *Πόσους ἤδη ὁ αἰὼν Χρυσίππους, πόσους Σωκράτεις, πόσους Ἐπικτήτους κατεπέποκεν*; Haec sane argumenta satis evincere videntur, Epictetum ad Marci tempora vitam non produxisse, nec ab Imperatore illo in honore, ut Themistius vult, haberi potuisse. Sententiam nostram confirmat Gatakerus in Marc. Anton. VIII, 31. cuius verba hic adducam: „Ceterum quod Themistius ait, Antoninos duos, Pium sc. nostrumque, Epictetum pari modo exeuisse, quo Arium Augustus, Thrasyllum Tiberius, Dionem Traianus, unde constare aut qui esse possit, nullus assequor: etiamsi Suidas etiam ad Marci principatum pertigisse scribat: cum a Neronis imperio (sub quo Epictetum non vixisse tantum, sed et in existimatione magna extitisse, ex ipsius disceptationibus ab Arriano editis clarissime liquet) ad Marci regnum anni fere centum intercedant. Accedit, quod nec apud Marcum ipsum nec apud eorum quemquam, qui Marci res gestas scripto consignarunt, Epicteti ulla mentio comparet inter eos, quos is in honore habuerit, philosophos: cum sedulo tamen hos recensenut. Denique cur Iunio Rustico tantam gratiam agnoscat, quod Epicteti commentariorum copiam sibi fecerit, qui ab Epicteto ipso, quem familiariter habebat, nullo negotio eos comparare sibi poterat?" Haec Gatakerus recte. *Küst.* Vid. Menag. in Laert. p. 1. Plura apud Fabric. B. G. IV. 7. (9.) *Gaisf.* Küsterus tacite, quod illi antiquum fuit (notavitque Gaisfordus in Addendis v. *Πρὸς κέντρα λακτίζεις*), profecit ab copiis iam Reinesio laudatis Salmasii in Simpl. p. 2 — 4. *διατείνας*] *ἐκτείνας* E. 4. *Ὅτι Θεοσέβιος ὁ φιλόσοφος ἔλεγε*] Totum hunc de Theosebio locum ex Damascio depromptum esse clare patet ex Photio, apud quem in Excerptis ex illo scriptore p. 1038. (339. a.) inter alia et haec leguntur: *Ἔλεγε μὲν ὁ Θεοσέβιος τὰ πολλὰ ἀπὸ τῶν Ἐπικτήτου σχολῶν· τὰ δὲ καὶ αὐτὸς ἐπετεχνᾶτο τῆς ἠθοποιοῦ διανοήματα μούσης.* Eadem certe verba et in hac ipsa apud Suidam Ecloga leguntur: unde dubitari non debet quin et reliqua omnia eiusdem sint Damascii: quoniam totum hunc de Theosebio locum ex uno eodemque auctore descriptum esse et ex sensus *ἀκολουθίᾳ* et paritate stili manifestum est. *Küst.* Indicaverat Reinesius. 5. *σχολῶν*] *σχολίων* E. 7. *δυσωπεῖν*] *ἐνωπεῖν* B. *ἐνσκοπεῖν* E. Horum partem recepit gl. *Ἀτεγκτος.* 10. *δισπάζεσθαι — παντὶ σθένει*] Hic Gaisf. collocavit cum A. quae vulgo post *κατὰ δύναμιν* legebantur: item A. dedit *ἦν* pro *παντὶ σθένει.* Sed desideratur iusta verborum structura, quae infinitivos e praegressis aptos faciat: siquidem de praeceptis philosophi, non de vita laudabiliter instituta agitur. Nam Portus, cum hanc partem ad Theosebii mores traduxit, qui solitus fuerit in rebus appetendis fugiendisve leges honestatis sectari, ipso tenore sententiae refutatur. Itaque videtur iniquitas an negligentia Suidae quaedam detraxisse, quibus ad intelligentiam sermonis aegre caremus. 11. *ἐν συγγράμμασι*] Scribe *ἐν συγγράμμασι*, totamque hanc periodum sic verte: *Quare etiam praecepta vitae talibus fere libellis complexus est, et posteritati reliquit, qualibus et ante Epictetus. Küst.* Inepte Portus erat interpretatus.

1. *οἷς ὁ*] *οἵοις* A. 2. *ἀνὴρ*] *ὁ ἀνὴρ* A. E. 7. *κεκομψευμένων*] Verte, *venuste fictis. Reines.* At qui vel Procli commentarium leviter attigerit, Theosebium intelliget cum in aliis philosophiae capitibus, quibus libri de Republica abundant, tum in typis theologicis, telesticis et cum recondita disciplina coniunctis operam locasse. 9. *λόγῳ*] *λόγου* A. B. E. Edd. ante Küsterum, qui tacite probavit emendationem Porti.

Nicopoli habitavit, et vitam usque ad M. Antoninum produxit. scripsit multa. — Theosebius philosophus multa ex Epicteti scholis derivata dixit; alia vero ipse excogitavit Musae mores formantis documenta, ad persuadendum apta et ad animos non prorsus inexorabiles et indomitos flectendum idonea, ita ut amplecti meliora et sectari, quantum fieri posset, aversari autem et fugere pro viribus deteriora vitae genera docerentur. quamobrem etiam suas admonitiones in libris similibus, quales olim Epictetus, reliquit, etsi licet unum cum altero conferre, hic nostri temporis Epictetus mihi fuisse videtur; exceptis tamen opinionibus Stoicis. Theosebius enim nullius scriptoris opiniones tam amplectebatur et admirabatur, quam Platonis veritatem. itaque libellum etiam conscripsit de rebus in Politia opere divino subtiliter dictis, sapientiam a diis emanantem verbis extollens, quam vehementer honorabat et colebat. nam morali philosophiae semper deditus erat: ut qui a natura factus esset ad honestam vitam

ζουσαν, οὐδὲ ἐν μόναις ταῖς φαντασίαις γυμναζομένην, ἀλλὰ ζῶσαν ἱκανῶς ἐπ' αὐτῶν τῶν πραγμάτων. εἰ μὴ γὰρ καὶ τὸν δημόσιον ἐπολιτεύσατο τρόπον, ἀλλὰ τὸν ἴδιον, ὃν καὶ Σωκράτης ἐκεῖνος καὶ ὁ Ἐπίκτητος, καὶ πᾶς εὖ φρονῶν μεταχειρίζεται, τὴν ἑαυτοῦ καὶ ἐν ἑαυτῷ πολιτείαν διακοσμῶν· τοῦτο μὲν πρῶτον, ἔπειτα καὶ πρὸς ἄλλους ἐν μέρει καθέκαστον ἰδίᾳ συνισταμένην πρὸς τὸ βέλτιστον.

818 Ἐπικυδέστερος. ἐπικρατέστερος, νικητικός, ἐνδοξότερος. κῦδος γὰρ ἡ δόξα. Τοὺς Ῥωμαίους ὁ Τοῦρκος ἐν τιμῇ πλείονι ἐποιήσατο, ὡς καὶ κατὰ τὴν ἐπικυδεστέραν ἀνακλῖναι στιβάδα.

Ἐπικύδης. ὅτι Ἐπικύδης καὶ Ἱπποκράτης ἀδελφὼ μὲν ἀλλήλων, στρατηγὼ δὲ Συρακουσίων, οἳ Ῥωμαίοις ἐκ πολλοῦ δυσχεραίνοντες, ἐπεὶ τὰς Συρακούσας οὐκ ἴσχυον ἐκπολεμῶσαι, κατέφυγον ἐς Λεοντίνους, διαφερομένους τοῖς Συρακουσίοις, καὶ κατηγόρουν τῆς πατρίδος, ὅτι τὰς σπονδὰς Ἱέρωνος ἐφ' ὅλῃ Σικελίᾳ πεποιημένου, μόνοι Συρακούσιοι σφίσιν αὐτοῖς ἀνακοινώσειαν. οἱ δὲ ἠρεθίζοντο. καὶ Συρακούσιοι μὲν ἐπεκήρυσσον, εἴ τις Ἱπποκράτους ἢ Ἐπικύδου κομίσειε τὴν κεφαλήν, ἰσόσταθμον αὐτῷ χρυσίον ἀντιδώσειν. Λεοντῖνοι δὲ αὐτῶν Ἱπποκράτην στρατηγὸν ᾑροῦντο.

Ἐπικυκλῆσαι. ἐπεισαγαγεῖν.

Ἐπικύλλωμα. τὸ μετὰ τὴν τῶν ἄρτων διάρτισιν περισσευόμενον. κόλλιξ γὰρ ὁ ἄρτος. ὅθεν καὶ κολλούριον, ἀπὸ τοῦ κολοβόν.

Ἐπικυφότερος.

Ἐπιλάθη καὶ Ἐπιλάθωμαι. αὐθυπότακτα.

Ἐπιλαμβάνεσθαι. μέμφεσθαι. Μὴ ὀνειδιστικῶς ἐπιλαμβάνεσθαι τῶν βάρβαρον ἢ σόλοικον ἢ ἀπηχές τι προενεγκαμένων.

Ἐπίλαμπος. καταφανής, παρ' Ἡροδότῳ.

Ἐπιλανθάνεσθαι. ἀποβαλεῖν ἐπιστήμην.

Ἐπιλαχόντα. τυχόντα.

Ἐπιλαχών. Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος· Οὔτε λαχὼν οὔτ' ἐπιλαχών, ἀλλ' ἐκ παρασκευῆς πριάμενος. τοιοῦτον δέ ἐστι τὸ λεγόμενον. ἐκληροῦντο οἱ βουλεύειν ἢ ἄρχειν ἐφιέμενοι. ἔπειτα

---

5. πᾶς] τὰς A. 7. ἀλλήλους] ἄλλους A. Novissima nemo non videt per festinationem esse mutilata: nam et desideratur verbum, quod scriptor elegantiae studiosus ad τοῦτο μὲν et ἔπειτα debuit referre, et συνισταμένην vereor ut ad πολιτείαν pertrahi potuerit; excidit etiam τὴν post καὶ et nisi fallor etiam καὶ ante καθέκαστον. 9. Ἐπικυδέστερος] Vide quae de significatione huius vocis observat Casaubonus in Commentario ad Polybium p. 160. *Küst.* νικητικός etiam Zon. p. 793. Omisit Hesychius. 10. Τοὺς Ῥωμ.] Ex Menandro Hoeschelii p. 129. *Toup.* Ed. Nieb. p. 384. 13. ὅτι Ἐπικύδης καὶ Ἱπποκράτης ἀδελφὼ ἀλλ.] Totus hic locus αὐτολεξεὶ etiam legitur apud Appianum in Excerptis ab Valesio editis p. 558. unde eum Suidas descripsit. *Küst.* Ed. Schweigh. T. I. p. 96. sq. 14. ἀδελφώ] ἀδελφὼ μὲν A. Exc. Συρακουσίων] Συρακούσιοι B. E. Hinc fluxit οἳ cum Exc. illud abiiciendum. Συρακούση V. in quo reliqua non comparent. 19. πεποιημένου, μόνοι] πεποιημένον B. E. Deinde μόνοι om. Med. 20. ἀνακοινώσειαν] ἀνακοινώσοιντο E. Lege cum Exc. ἀναιρήσειαν.

2. Ἐπικύδου] Ἐπικύδους E. 3. αὐτῷ] αὐτῇ E. Illud post ἀντιδώσειν repetit B. ubi αὐ E. ἀντιδώσειν] ἀποδώσειν E pr. αὐτῶν om. E. αὐτὸν Exc. MS. αὖ Valesius. 5. Ἐπικυκλῆσαι] Leg. Ἐπεισκυκλῆσαι. Vide nos in Longin. et sic Markland. in Max. Tyr. p. 695. *Toup.* Vide v. Ἐπεισκύκλησις. Nec tamen mutat Zon. p. 839. 6. Ἐπικύλλωμα] Ἐπικύκλωμα E. *V. Ἐπικόλλωμα Zonaras. διάπλασιν] Hoc διάτρησιν A. V. Phavorin. Zonaras. διάτρισιν B. E. διάρτησιν Etym. cui διάρτισιν Küsterus in Hesych. v. Ἐπεκύκλησεν reddidit post Sylburgium. διάρτυσιν Etymol. Gud. 7. κόλλυξ] κόλλιξ A. V. Phavorin. Zonaras. Verum huic notationi consentaneum fuisse ut procuderetur ἐπικολλίκωμα monuit H. Stephanus in Indice Thesauri. Sed haec nihil ad Suidae consilium: siquidem novissima pars cum ipsis scribendi vitiis transiit ex gl. Κόλλιξ. 8. κολοβόν] κολλούριον B. V. Med. Phavorin. Zonaras. Id ad fidem gl. superioris reposui. 9. Ἐπικυφότερος] Interpretationem πλείον κυρτός omiserunt A. B. V. E. Ἐπικυφώτερος, πλέον κ. Med. 10. Gl. om. Küst. Cum *V. expunxi γενικῇ, item ut infra post Ἐπιλαμβάνεσθαι, cum Zon. quidem. αὐθυπότακτα om. Med. 11. Ἐπιλαμβάνεσθαι] De verbi significatione diligenter tradidit Hemsterh. Append. in Lucian. p. 55. sq. Μὴ ὀνειδιστικῶς ἐπιλαμβ.] Fragmentum hoc apud Marcum Antoninum me legisse memini. Vide etiam supra v. Ἀπηχές. *Küst.* Est Marci I, 10. 12. τῶν βάρβαρον] τὸν βάρβαρον A. Med. Deinde rectius gl. superior ἢ σόλοικόν τι ἢ ἀπηχές. 14. Ἐπίλαμπος] Corrige Ἐπίλαμπτος. Vid. Küster. in Hesych. v. Ἐπίλημπτος. *Toup.* Zon. p. 793. Ἐπίλαμπτος dedit Wesseling. in gl. Herodot. III, 69. 17. Ἐπιλαχών. Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησ.] Haec et quae sequuntur leguntur etiam apud Harpocrationem et Etymologum. *Küst.* Aesch. p. 62, 31. Ceterum quos Platonis versus in Hyperbolo significat Harpocratio subsortitionem explanantes, eos servavit Schol. Aristoph. Thesm. 808.

---

niae praepositum fecit, quem vulgus Logothetam generalem vocat. hic admodum acerbe pecunias exegit, et nobilissimos quosque funibus suspensos palearum accensarum fumo necavit. Leontium autem, Orientis ducem et patricium, Isaurum genere, Iustinianus in custodia per triennium tenuit; quem tamen postea Graeciae praefecit. hunc Paulus, monasterii Callistrati monachus, astronomus, et Gregorius Cappadox, monasterii Flori praefectus, praedixerant: ac rerum ille potitus est. Ἰουστῖνος. Iustinus, philosophus et habitu philosophorum utens, ex Neapolitana Palaestinae praefectura, Prisci Bacchii F. hic pro Christiana religione multum laboravit, et Antonino, qui Pius cognominatus est, eiusque filiis et Romanorum Senatui librum contra Ethnicos conscriptum obtulit, opprobrium crucis non erubescens. scripsit alterum librum, quem Antonini successoribus obtulit, M. Antonino et L. Aurelio Commodo. et eiusdem alius liber contra Ethnicos, in quo de natura daemonum disserit; et quartus liber itidem contra Gentiles, quem inscripsit *Elenchum*. alius *de Dei monarchia*. item alius, quem nominavit *Psalten*. item alius *de Anima*. item Dialogus contra Iudaeos, quem contra Tryphonem Iudaeorum Ephesinorum principem conscripsit. porro contra Marcionem insignia scripta edidit. item alium librum contra sectas omnes, cuius meminit in *Apologetico*, quem obtulit Antonino Pio. hic cum Romae commoraretur, Crescentem Cynicum fatuum refutavit, qui contra Christianos maledicta profundebat, vocans helluonem, prodigum, intemperantem, mortisque metuentem. cuius machinationibus et insidiis tandem effectum est, ut crimine fidei Christianae pro Christo supplicio afficeretur.

Ἰουστῖνος, ὁ βασιλεὺς Ῥωμαίων, ὀρθοδοξότατος· ἦν δὲ ἀμάθητος γραμμάτων ἁπάντων καὶ τὸ δὴ λεγόμενον ἀναλφάβητος.

Οὗτος κτίζει καὶ τὸν ἐν τῷ Παλατίῳ χρυσοῦν τρίκλινον, καὶ τὸν ἅγιον Παῦλον, τὸ ὀρφανοτροφεῖον· καὶ αὔξει τὴν περὶ βασιλέως Ἰουστίνου κρατήσασαν δόξαν, ὡς ἐστι μάλα ἐμβριθής τε καὶ κατηκριβωμένος.

Ἰοῦστος, Τιβεριεύς, ἐπαρχίας Γαλιλαίας, ἐπεχείρησε μὲν καὶ αὐτὸς Ἰουδαϊκὴν ἱστορίαν συντάξαι, καί τινα ὑπομνήματα περιγράφειν· ἀλλὰ τοῦτον Ἰώσηπος ἐλέγχει ψευσάμενον, καὶ γὰρ ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ συνέγραφεν, ὅτε καὶ Ἰώσηπος.

Ἰοφῶν, Ἀθηναῖος, τραγικός, υἱὸς Σοφοκλέους τοῦ τραγικοῦ γνήσιος ἀπὸ Νικοστράτης· γέγονε δὲ

1. Ἰουστῖνιανός] Vide Schurzfleischii Epist. p. 792. Toup. H. Noris. Diss. Hist. de Synod. V. c. 2. p. 572. testatur in cod. Vatic. n. 3. p. 47. haberi pro Ἰουστινιανὸς Ἰουστῖνος. Hemst. Ἰουστῖνος confirmarunt codd. Vatic. apud Alemannum (in Procop. p. 368. ed. Bonn.) et A. V. 2. ἦν δὲ ἀμάθητος γραμμάτων, καὶ τὸ δὴ λεγόμενον ἀναλφάβητος] Verba haec leguntur apud Procopium in Histor. Arcan. c. 6. p. 19. sed quae Suidas per insignem negligentiam et oscitantiam [crimen repellunt codices] ad Iustinianum Imperatorem hic refert, cum ea apud Procopium de Iustino seniore, Iustiniani avunculo, dicantur. Locum integrum Procopii hic ascribam, ut lector in rem praesentem quasi deducatur. Βασιλείαν παρέλαβε τυμβογέρων μὲν γιγονὼς ἤδη, ἀμάθητος δὲ γραμμάτων ἁπάντων καὶ τὸ δὴ λεγόμενον ἀναλφάβητος ὤν, οὐ γεγονὼς ἐν Ῥωμαίοις πρότερον τοῦτό γε. εἰθισμένου δὲ γράμματα οἰκεῖα τοῖς βιβλίοις ἐντίθεναι τῶν βασιλέα, ὅσα ἂν ἐπαγγείλοντος αὐτοῦ γίνοιτο, αὐτὸς μέντοι οὔτε ἐπήγγειλεν οὔτε τοῖς πρασσομένοις ξυνεπίστασθαι οἷός τε ἦν. ὃς δὲ παρεδρεύων αὐτῷ ἔλαχεν ἀρχὴν τὴν τοῦ καλουμένου Κοιαίστορος, Πρόκλος ὄνομα, αὐτὸς δὴ αὐτονόμῳ γνώμῃ ἅπαντα ἐπράσσειν. ὅπως δὲ μαρτυρίαν τῆς βασιλέως χειρὸς ἔχοιεν, οἷς ἐπίκειται τὸ ἔργον τοῦτο, ἐπενοήθη τάδε. ξύλῳ εἰργασμένῳ βραχεῖ ἐγκολάψαντες μορφήν τινα γραμμάτων τεττάρων, ἅπερ ἀναγινώσκειν τῇ Λατίνων φωνῇ δύναται, γραφίδα τε βαφῇ βάψαντες, ᾗ βασιλεῖς γράφειν εἰώθασιν, ἐνεχειρίζοντο τῷ βασιλεῖ τούτῳ. καὶ τὸ ξύλον, οὗπερ ἐμνήσθην, τῷ βιβλίῳ ἐνθέμενοι, λαβόμενοί τε τῆς βασιλέως χειρὸς περιῆγον μὲν ξὺν τῇ γραφίδι ἐς τῶν τεττάρων γραμμάτων τὸν τύπον, ἐς πάσας τε τὰς τοῦ ξύλου αὐτὴν περιελίξαντες ἐντομὰς οὕτω δὴ ἐπηλείφοντο, τοιαῦτα βασιλέως γράμματα φέροντες. τὰ μὲν ἀμφὶ τῷ Ἰουστίνῳ ταύτῃ Ῥωμαίοις εἶχε. Versionem Latinam huius loci, quia prolixior est, brevitatis gratia praetermitto. Satis autem ex eo patet Procopium ibi de Iustino Imperatore loqui, et proinde Suidam Iustiniano insignem iniuriam hic facere, quod alienae imperitiae et ἀναλφαβησίας notam nomini eius inurat. Sane eruditi iurisconsulti, Andreas Alciatus, Gulielmus Budaeus aliique loco hoc Suidae decepti Iustinianum indoctum et plane rudem scripserunt: quem errorem recte redarguit Nicol. Alemannus in notis ad hunc ipsum locum Procopii. Antequam hinc discedam, lectorem moneo, supra v. Ἀμάθητος eadem verba, quae hic ad Iustinianum male referuntur, recte de Iustino dici. Unde fere suspicor peccatum hoc loco admissum non tam ipsi Suidae tribuendum esse, quam librariis vel interpolatoribus eius, quorum imperitia et negligentia plurima sane auctoris nostri loca contaminata esse certissimum est. Huc accedit quod non solum Nic. Alemannus loco paulo ante citato testetur, in codicibus Vaticanis Suidae pro Ἰουστινιανὸς legi Ἰουστῖνος, sed etiam ipsa litterarum series sic scribendum esse suadeat; quod grammatico nostro non parum patrocinatur, et fere mihi persuadet, culpam omnem ab eo in librarios transferendam esse. Küst. γραμμάτων] γραμμάτων ἁπάντων A. B. V. E. Med. 4. χρυσοῦν τρίκλινον] Sic Bas. Nam χρυσὰ νγήλ V. (τήλ pro τρίκλινον V) χρυσοῦν γηλ' E. χρυσὸν γίλ Med. Codinus p. 50. ed. Par. ὁ δὲ Ἰουστινιανὸς ἀνήγειρε τρίκλινον, καὶ καλεῖται εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ· οὗτος ἐποίησε καὶ τὸν χρυσοτρίκλινον καὶ τὸν λαυσιακόν. Conf. Zonaras XIV. p. 93. Gaisf. 5. τὸν ἅγιον Παῦλον, τὸ ὀρφανοτροφεῖον] Codinus p. 45. ed. Paris.: Τὸν ἅγιον Παῦλον τὸ ὀρφανοτροφεῖον Ἰουστῖνος καὶ Σοφία ἀνήγειραν οἱ ἀδιμνηστοι. 6. αὔξει] αὐθις B. V. E. Dein τοῦ ante βασιλέως omisi cum B. V. E. 7. κατηκριβωμένος] κατηκριβωμένον V.

1. Ἰοῦστος, Τιβερ.] Hunc articulum descripsit Suidas ex Sophronio, apud quem legitur Ἰοῦστος Τιβεριάδος. Vide praeterea de hoc scriptore Photium Cod. XXXIII. et Vossium in opere de Histor. Graec. Küst. Adde Steph. Byz. v. Τιβεριάς. 2. ἐπεχείρησε μὲν καὶ αὐτὸς Ἰουδ.] Vocula καὶ hic apud Suidam est supervacanea, nec ullum omnino sensum habet; apud Sophronium vero eadem non est otiosa, propter illa quae ibi praecedunt. Quoniam enim Sophronius (vel potius Hieronymus, cuius Catalogum scriptorum ecclesiasticorum Sophronius Graece vertit) proxime ante de Iosepho, historiae Iudaicae scriptore, agit, eique Iustum hunc Tiberiensem, itidem rerum Iudaicarum scriptorem, subiungit, recte dicere potuit ἐπεχείρησε μὲν καὶ αὐτὸς Ἰουδ. ἱστορ. συντάξαι: quae expressa sunt ex verbis his Hieronymi, conatus est et ipse Iudaicarum rerum historiam texere. Suidas vero hic ἀκρισίαν suam prodidit, dum non observavit, voculam καὶ nonnisi apud Sophronium propter ea quae apud eum praecedunt locum habere posse. Hoc autem ideo moneo, ut lectori fidem faciam, Suidam hunc et multa alia loca ex Sophronio descripsisse, non vero ea, quae apud Sophronium hodie leguntur, ex Suida descripta esse; et proinde falsum esse, quod Isaacus Vossius in notis ad Epistolas Ignatii suspicatur, versionem hanc Graecam Catalogi Hieronymiani nomen Sophronii mentiri, eamque a primo forsan eius editore Erasmo exercitii gratia procusam et orbi litterato obtrusam esse. Cum enim ex iis quae diximus clare pateat, interpretem hunc Suida saltem antiquiorem esse oportere, quod is multa ex eo descripserit, unico hoc argumento suspicio Vossii de eius νεοτερίᾳ prorsus refellitur, et Erasmus a crimine impostura vindicatur. Küst. μὲν καὶ αὐτὸς] Recte. Descripsit enim Suidas prout in auctore invenerat. Sic infra vv. Τήλεφος, Τίμων. Toup. MS. Eadem observatio cadit in memoriam nonnullorum comicorum, quos ex integris poetarum tabulis Suidas descripsit: vide vel v. Ἑλλάνικος. Ceterum ἐπιχείρει V. 3. περιγράφειν] Sic etiam habet Sophronius. Sed utrobique scribendum est περὶ γραφῶν, ut patet ex his verbis Hieronymi, sed et commentariolos de scripturis componere conatus est. Küst. ἀλλὰ καὶ τοῦτον Ἰώσηπος] Vocula καὶ hic est supervacanea, nec agnoscit eam Sophronius. Küst. Nec A. B. V. E. 4. Ἰώσηπος ἐλέγχει ψευσ.] Iustum hunc Tiberiensem mendacii arguit Iosephus in Vita, quam ipse de se conscripsit, c. 65. Γέγονὼς δ' ἐντεῦθεν τῆς διηγήσεως βούλομαι πρὸς Ἰοῦστον, καὶ αὐτὸν τὴν περὶ τούτων πραγματείαν γεγραφότα, πρός τε τοὺς ἄλλους τοὺς ἱστορίαν μὲν γράφειν ὑπισχνουμένους, περὶ δὲ τὴν ἀλήθειαν ἐλαφρούς καὶ δι' ἔχθραν ἢ χάριν τὸ ψεῦδος οὐκ ἐντρεπομένους, μικρὰ διαλθεῖν. Lege ibi et sequentia, ubi Iosephus multis verba contra Iustum hunc disputat, eumque malae fidei in conscribenda historia accusat. Küst. 6. Ἰοφῶν, Ἀθην.] De hoc Iophonte vide Schol. Aristoph. in Ran. 73. Küst. Eadem, demptis tamen ἀπὸ — Σικυωνίας, Eudocia p. 248. Iophontis litteras persequitur Welckerus d. Griech. Tragoed. p. 975. sq. Ceterum erroris non immunis esse videtur locus Clem. Alex. Strom. I. p. 121. Ἰοφῶν ὁ κωμικὸς ἐν Ἀθλοφοῖς σατύροις, quo utitur Reinesius. 5. τραγῳδιοποιοῦ] τραγικοῦ dedi cum A. V. Mox ὑπὸ Med. γέγονε γὰρ] γέγονε δὲ A. B. V. E.

Ἰουστῖνος. Iustinus, Romanorum Imperator, valde fuit orthodoxus, homo omnium litterarum imperitus et (quod vulgo dicitur) analphabetus. — Hic aureum triclinium in Palatio condidit, idemque Orphanotrophium S. Pauli. auxit etiam de Imperatore Iustino opinionem, quae apud homines invaluerat, ipsum fuisse valde gravem, et in rebus gerendis accurate exercitatum. Ἰοῦστος. Iustus Tiberiensis, ex provincia Galilaea; qui et ipse historiam Iudaicam conscribere et commentarios quosdam componere aggressus est, sed hunc Iosephus mendacii arguit. scripsit autem historiam suam eodem tempore, quo et Iosephus. Ἰοφῶν. Iophon, Atheniensis, tragicus, germanus Sophoclis tragici filius ex Nicostrata. fuit

αὐτῷ καὶ νόθος υἱὸς Ἀρίστων, ἀπὸ Θεωρίδος Σικυωνίας. δράματα δὲ Ἰοφῶν ἐδίδαξε ν'· ὧν ἐστιν Ἀχιλλεύς, Τήλεφος, Ἀκταίων, Ἴλιον Πέρσις, Δεξαμενός, Βάκχαι, Πενθεύς, καὶ ἄλλα τινὰ μετὰ τοῦ πατρὸς Σοφοκλέους.

129 Ἰοχέαιρα. ἡ τοῖς ἰοῖς χαίρουσα, ὑποδεχομένη. ἐν Ἐπιγράμμασι·

Σοὶ μὲν καμπύλα τόξα καὶ ἰοχέαιρα φαρέτρα,
δῶρα παρὰ Προμάχου, Φοῖβε, τάδε κρέμαται.

Ἰώ. ὄνομα. Ἴναχος Ἀργείων βασιλεὺς κτίζει πόλιν εἰς ὄνομα τῆς σελήνης Ἰοῦς· οὕτω γὰρ τὴν σελήνην ἐκάλουν Ἀργεῖοι. ἔσχε δὲ καὶ θυγατέρα Ἰώ, ἣντινα Πῆχος ὁ καὶ Ζεὺς ἥρπασε, καὶ ἔσχε θυγατέρα ἐξ αὐτῆς Λιβύην. ἡ δὲ Ἰὼ λυπηθεῖσα ἐπὶ τῇ διαφθορᾷ ἔφυγεν εἰς τὸ Σίλπιον ὄρος, κἀκεῖ τελευτᾷ. ὁ δὲ πατὴρ καὶ οἱ ἀδελφοὶ τοῦτο μαθόντες κτίζουσιν αὐτῇ ἱερόν, καὶ ἐκάλεσαν τὸν τόπον Ἰώπολιν, καὶ ἔμειναν ἐκεῖ μέχρι τελευτῆς, ἐπιτελοῦντες τὴν μνήμην, καὶ κρούοντες εἰς τὰς ἀλλήλων θύρας κατ' ἔτος ἔλεγον Ἰὼ Ἰώ.

Ἰώ. σχετλιαστικόν.

Ἰὼ Νέμεσι, βαρύβρομοί τε βρονταί.

Καὶ αὖθις·

Ἰὼ ἰώ, τραυμάτων ἐπωδύνων.

Ἰώ. Ἀριστοφάνης·

Ἰὼ μακάριαι χελῶναι τοῦ δέρματος,
καὶ τρισμακάριαι τοὐπὶ ταῖς πλευραῖς,
ὡς εὖ κατηρέψασθε καὶ νουβυστικῶς.
Ἰὼ Πρασιαὶ τρισάθλιαι καὶ πεντάκις,
καὶ πολλῷ δεκάκις· ἀπολεῖσθε τήμερον.

ἔστι δὲ πόλις Λακωνική.

Ἰὼ σκότος, ἐμὸν φάος,
ἔρεβος ὦ φαεννότατον ἐμοί·
ἕλεσθέ μ', ἕλεσθέ μ' οἰκήτορα,
ἕλεσθέ μ'· οὔτε γὰρ θεῶν γένος οὔθ' ἁμερίων
ἔτ' ἄξιος βλέπειν τίν' εἰς ὄνησιν ἀνθρώπων.

τουτέστιν, οὔτε θεῶν οὔτ' ἀνθρώπων γένος ὁρᾶν ἄξιός εἰμι εἰς ὠφέλειαν· ἄξιον τοίνυν ἐξιέναι τοῦ βίου. ἢ οὕτως· εἰς ὠφέλειαν οὐκ εἰσί μοι οὔτε ἄνθρωποι οὔτε θεοί· τί οὖν ζῶ; ὡς ἂν εἴ τις θάνατον σωτηρίαν νομίσειεν.

---

1. Θεοδώρους] Sic etiam Schol. Ven. Θεοδώρας E. Id quidem ratio flagitabat Graeci sermonis; nos quod reposuimus legitimum nomen cum Athen. XIII. p. 592. et Biographo Sophoclis, id postulabat etiam Porsonus. Ab vero proxime *V. Θεορίδος. 2. δράματα] γράμματα A. B. V. δράμματα E. (pr. ut videtur γράμματα). Ceterum quod iidem tituli fere recurrunt in v. Κλεοφῶν, Welckerus p. 1010. haud immerito censet per commutationem utriusque poetae accidisse. 3. Ἴλιος, Πέρσις] Non dubito legendum esse Ἴλιον πέρσις, i. e. *Illii excidium*; quo nomine poemata etiam scripserant Stesichorus, Arctinus et Lescheus. Vide Salmas. in Solinum p. 600. et Manasaeum in Harpocrat. v. Καθελών. Küst. Ἴλιος οὐ Πέρσις B. V. E. unde firmatur emendatio Küsteri. 4. Βάκχαι, Πενθεύς] Βάκχαι ἢ Πενθεύς Valcken. Diatr. Euripid. p. 16. quem Elmsleius in argum. E. Bacch. haud improbat. Tres Βακχῶν senarios excitavit Stobaeus Ecl. phys. II. p. 10. καὶ ἄλλα τινὰ τοῦ πατρὸς Σοφ.] In MSS. Pariss. [sic A. B. E. *V. Ox.] legitur, καὶ ἄλλα τινὰ κατὰ τοῦ πατρὸς Σοφ. Sed lectionem vulgatam praetulerim, quoniam veteres grammatici notant, Iophontem fabulis patris Sophoclis pro suis usum esse. Schol. Aristoph. loco paulo ante laudato: Ἰοφῶν υἱὸς ἦν Σοφοκλέους ἐκ Νικοστράτης, ὃς δέκησιν παρεῖχεν, ὅτι τοῖς τοῦ πατρὸς ἐχρῆτο ποιήμασιν ὡς οἰκείοις. Küst. Improspere Gaisfordus ἄλλα τινὰ καὶ τὰ τοῦ πατρός. Recte vero μετὰ Porsonus effecit in Aristoph. p. 58. quod admisimus. Memorabilis in hanc rem extat locus in Crameri Anecd. Vol. IV. p. 315. πολλὰ γὰρ νοθευόμενά ἐστιν, ὡς ἡ Σοφοκλέους Ἀντιγόνη. λέγεται γὰρ εἶναι Ἰοφῶντος τοῦ Σοφοκλέους υἱοῦ. 6. Ἰοχέαιρα] Il. ε. 53. υἱοῖς *V. ὑποδεχομένη] Lege et supple τοὺς ἰοὺς ὑποδεχομένη. Küst. 7. ἐν Ἐπιγράμμασι (sic *V.)] Musalcae VI, 1. Anthol. Pal. VI, 9. 11. Ἴναχος, Ἀργείων βασιλ.] Vide Ioannem Malalam in Chronographia, p. 31. 32. ubi eadem historia fusius narratur; itemque Cedrenum p. 21. Küst. 12. Ἰοῦς] Ἰοῦ A. *V. Ἰώπολιν debebat, sed membro quod subsequitur paulo aliter conformato. 14. Πῆχος] Πῆχος dedi cum *V. E. Vid. supra in v. Ἡρακλέους ἄγαλμα. 19. τῆς τελευτῆς] τῆς omisi cum B. V. E. 21. Ἰὼ Ἰώ Med.

2. Ἰὼ Νέμεσι] Eurip. Phoen. 189. Adde v. Νέμεσις. 4. Ἰὼ Ἰώ, τραυμ. ἐπ.] Ex Aristoph. Acharn. 1165. (1203.) 5. Ἀριστοφάνης] In Vesp. 1283. (1332.) ita legitur, ut et apud Suidam est scribendum: Ἰὼ χελῶναι μακάριαι τοῦ δέρματος. Καὶ τρισμακάριαι, τοῦ ἐπὶ ταῖς πλευραῖς ἐμαῖς etc. Port. 7. τουτί] τοὐπὶ A. B. V. E. Ox. Adde v. Στέγει. 9. Ἰοὶ Πρασιαὶ τρις.] Aristoph. Pac. 243. sq. Eaedem scripturae redeunt in v. Πρασιαί. 12. Ἰὼ σκότος, ἐμὸν φ.] Soph. Al. 394—400. 13. φαεννότατον] φαεννότατον scripsi cum V. et gl. Ὡς γ' ἐμοὶ χρεών. Tum ὡς addit E. 14. Ἕλεσθέ μ' prius refingendum Ἕλεσθ'. 16. Legendum ὄνασιν. 17. Meliora Schol. Soph. — ὁρᾶν ἔτι ἄξιόν μοι εἰς ὠφέλειαν· ἄριστον τοίνυν —. ἢ οὕτως· εἰς ὄνησιν ἀνθρώπων. ὠφέλεια οὐκ εἰσί μοι κτλ. Porro novissimum membrum ὡς . . . νομίσειεν retrahi oportet ad superiora φαεννότατον ὡς ἐμοί. 19. εἰσί μοι] μοι om. A. B. V. E. Supra ἄριστον Schol. Soph. pro ἄξιον.

---

enim et nothus ipsi filius, Aristo, natus ex Theoride Sicyonia, fabulas Iophon docuit L. quarum sunt *Achilles*, *Telephus*, *Actaeon*, *Illi excidium*, *Dexamenus*, *Bacchae sive Pentheus*, et aliae quaedam simul cum patre Sophocle editae. Ἰοχέαιρα. Sagittis gaudens, sagittas recondens. In Epigrammate: *Tibi quidem, Phoebe, curvus arcus et sagittas recondens pharetra, dona a Promacho, hic suspensa sunt.* Ἰώ. Nomen proprium. Inachus Argivorum rex urbem condidit, nomine lunae appellatam Io: sic enim Argivi lunam vocabant. habuit idem filiam Io, quam Pecus sive Iuppiter rapuit, et ex ea filiam Libyam suscepit. Io vero dolore stupri affecta in Silpium montem confugit, et illic obiit. quo cognito pater et fratres eius templum ipsi condiderunt, cumque locum Iopolin vocarunt; ubi ad mortem usque manserunt, cumque memoriam eius celebrarent, invicem fores quotannis pulsantes dicebant, Io Io. Ἰώ. Lamentantis adverbium. *Io Nemesis, tonitruaque grave strepentia.* Item: *Heu, heu dolet vulnerum.* Ἰώ. Aristophanes: *O testudines beatae pellis, et ter beatae, quantum ad latera spectat, quam bene tectae estis et prudenter! — O Prasiae ter miserae et quinquies et millies! peribitis enim hodie.* Prasiae urbs fuit Laconica. Ἰὼ σκότος. *O tenebrae, mea lux! o erebe, mihi clarissimae lucis instar! adscite me incolam vestrum. neque enim deorum genus neque hominum quemquam aspicere dignus sum ad usum.* Id est, nec dii neque homines mihi sunt auxilio. quid igitur vivo? idem est, ac si quis mortem suam existimet saluti sibi fore.

Ἰωάβ. ὄνομα κύριον.

Ἰωακείμ. ὄνομα κύριον.

Ἰωάθαμ. ὄνομα κύριον. ζήτει ἐν τῷ Ἀβιμέλεχ.

Ἰωάννης. ὄνομα κύριον.

Ὅτι ὁ Θεολόγος καὶ Εὐαγγελιστὴς ἀπὸ τῆς ἐν Πάτμῳ ἐξορίας ἐπανελθὼν συντάττει τὸ Εὐαγγέλιον ὢν ἐτῶν ϙ, διαρκέσας ἕως ἄλλων ἐτῶν ρϰ. ἐκεῖσε διάγων καὶ συγγράφεται τὴν Θεολογίαν. δέχεται δὲ ὁ Χρυσόστομος καὶ τὰς Ἐπιστολὰς αὐτοῦ τὰς τρεῖς καὶ τὴν Ἀποκάλυψιν. [ἔχει δὲ τίτλους δεκαοκτώ, κεφάλαια διακόσια τριάκοντα δύο.]

Ἰωαννίκιος. ὄνομα κύριον.

Ἰωάννης, Ἀντιοχεύς, ὁ ἐπικληθεὶς Χρυσόστομος· Πρεσβύτερος μὲν ἐν πρώτοις Ἀντιοχείας, Εὐσεβίου δὲ τοῦ Ἐμισηνοῦ φιλοσόφου καὶ Διοδώρου ἀκόλουθος. οὗτος πολλὰ συγγράψαι λέγεται, ἀφ' ὧν οἱ περὶ Ἱερωσύνης ὑπερβάλλουσι λόγοι, τῷ τε ὕψει καὶ τῇ φράσει καὶ τῇ λειότητι καὶ τῷ κάλλει τῶν ὀνομάτων. τούτοις ἐφάμιλλοι καὶ οἱ εἰς τοὺς Ψαλμοὺς τοῦ Δαβὶδ λόγοι, καὶ ἡ τοῦ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίου σημασία, καὶ τὰ εἰς τὸν Ματθαῖον καὶ Μάρκον καὶ Λουκᾶν ὑπομνήματα. τὰ δὲ λοιπὰ αὐτοῦ συγγράμματα κρείττονα ἀριθμοῦ τυγχάνει· ἅπασαν γὰρ Ἰουδαϊκὴν γραφὴν καὶ Χριστιανικὴν ὑπεμνημάτισεν, ὡς ἄλλος οὐδείς. τὰς τῶν μαρτύρων δὲ πανηγύρεις ἐπηύξησεν ἐν τῷ σχεδιάζειν ἀνεμποδίστως, καὶ τὴν γλῶσσαν αὐτοῦ καταῤῥεῖν ὑπὲρ τοὺς Νειλῴους καταῤῥάκτας. οὐδεὶς οὖν τῶν ἀπ' αἰῶνος τοιαύτην λόγου ηὑπόρησεν εὕροιαν, ἣν μόνος αὐτὸς ἐπλούτησε, καὶ μόνος ἀκιβδήλως τὸ χρυσοῦν τε καὶ θεῖον παρὰ πάντας ἐκληρονόμησεν ὄνομα. τῶν δὲ συγγραμμάτων αὐτοῦ καταλέγειν τὸν ἀριθμὸν οὐκ ἀνθρώπου, θεοῦ δὲ μᾶλλον τοῦ τὰ πάντα γινώσκοντος.

Οὗτος ὁ ἅγιος Ἰωάννης ὁ Χρυσόστομος ἀσκητὴς ἦν ἄκρως, καὶ πολυάγρυπνος καὶ φιλήσυχος λίαν καὶ διὰ ζῆλον σωφροσύνης εὐπαῤῥησίαστος καὶ ἀκρόχολος· θυμῷ γὰρ μᾶλλον ἢ αἰδοῖ ἐχαρίζετο, καὶ ἐλευθεροστομίᾳ πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας ἀμέτρως ἐκέχρητο. καὶ ἐν μὲν τῷ διδάσκειν πολὺς ἦν πρὸς ὠφέλειαν, ἐν δὲ ταῖς συντυχίαις ἀλαζονικός τις καὶ ὑπερόπτης ἐνομίζετο τοῖς αὐτὸν ἀγνοοῦσι. διὸ καὶ ἐπὶ τὴν ἐπισκοπὴν προβληθεὶς μείζονι ὀφρύι κατὰ τῶν ὑπηκόων ἐκέχρητο, πρὸς διόρθωσιν ἑκάστου καὶ σωτηρίαν καὶ τοὺς τρόπους καὶ τοὺς λόγους μεταλλάττων. οὐ τοίνυν εἰ μή τις εἴη κόλαξ, τοῦτον ἀλαζόνα εἶναι νομιστέον· οὐδ' αὖ πάλιν, εἰ κόλαξ εἴη καὶ ἀγεννής, τοῦτον μετριόφρονα λεκτέον· ἀλλὰ τὸν ἐν τῇ προσηκούσῃ τάξει τῇ ἐλευθέροις πρεπούσῃ ἑαυτὸν φυλάττοντα. μεγαλόψυχον μὲν εἶναι προς-

---

1. Ἰωάβ] Ἰωάω B. E. Med. 3. ζήτει Gaisf. cum *V. 4. Ἰωάννης. ὄν. κύρ. ὁ Θεολ.] Vide Hieronymum in libello de Vita Euangelistarum, eiusque interpretem Sophronium. Küst. ιδ' addit V. post Θεολόγος. Cf. v. Νέρβας. Deinde Ὅτι Gaisf. cum *V. 7. ἕως] ἕως ἄλλων ἐτῶν A. B. V. E. ἐκεῖσε δὲ] ἐκεῖσε A. B. E. *V. 8. συγγράφεται] καὶ συγγράφεται A. B. V. b. 10. ἔχει δὲ τίτλους] Seqq. ex A. Similia habet V. in marg. (ubi *V. Ἰω ὁ εὐαγγελιστὴς ἔχει τίτλους κτλ.) Haec ambignum utrum inculcata sint ex v. Τίτλος an ex altera Κεφάλαιον. 13. Ἰωάννης, Ἀντιοχ.] Vide Sophronium p. 154. Küst. 15. τοῦ neglexit vulg. 18. τῇ φράσει] τῇ om. A. B. V. E. 19. ὀνομάτων] νοημάτων E. marg. 21. τὰ εἰς] τὰ om. B. E. 23. ἅπασαν] πᾶσαν B. E.

2. Ante καὶ intercidit ὡς. γλῶσσαν] γλῶτταν E. τοὺς Νειλῴους καταῤῥάκτας] τὰ Νειλῶα ῥεύματα E. 4. λόγων] λόγου A. B. V. E. Tum εὕρροιαν E. μόνος] μόνως E. 6. θεῖον] θεῖον παρὰ πάντας posui cum V. 10. ἀσκητὴς ἦν ἄκρως] Haec ad finem usque leguntur in Chron. MS. Gr. Georg. Syncelli [quod reperitur in bibl. Cizeusi inter codd. MSS. Reinesii] sub tit. περὶ τοῦ Χρυσοστόμου. Sunt e Cedreno, qui vitam Iohan. sub a. 13. Arcadii enarrat. Reines. Vide paria tradentem Cedrenum p. 329. sq. ed. Paris. ἄκρως recepi cum eodem et A. B. 12. ἀκρόχολος] ἀκρόχολος V. 17. τοὺς αὐτὸν ἀγνοοῦσι om. *V. Qui paulo post ἐπὶ ignorat. 22. νομιστέον εἶναι] εἶναι νομίζει A. εἶναι νομίζει Cedren. 23. λεκτέον] καλέσαι Cedren. Qui paulo post ἐν προσηκούσῃ. 24. τῇ ἐλευθέροις] τοῖς ἐλευθ. Cedren. 25. μὲν εἶναι] γὰρ εἶναι recte Cedren.

Ἰωάβ. Nomen proprium. Ἰωακείμ. Nomen proprium. Ἰωαθάμ. Nomen proprium. quaere sub v. Ἀβιμέλεχ. Ἰωάννης. Nomen proprium Theologi et Euangelistae, qui ab exilio Patmi reversus aetatis anno centesimo Euangelium conscripsit, pervenitque ad annum aetatis CXX. illic autem degens Theologiam conscripsit. Chrysostomus tres eius Epistolas et Apocalypsin agnoscit. Ἰωαννίκιος. Nomen proprium. Ἰωάννης. Ioannes, cognomento Chrysostomus, Antiochenus, principio presbyter Antiochiae, idemque Eusebii Emeseni philosophi et Diodori sectator. hic multa scripsisse fertur, in quibus excellunt sermones de Sacerdotio, tam sublimitate et elocutione quam suavitate et elegantia verborum. cum his certant sermones eius in Davidis Psalmos, et in Ioannis Euangelium annotationes, item in Matthaeum, Marcum et Lucam commentarii, cetera vero eius scripta numerum superant. totam enim et Iudaicam et Christianam scripturam commentariis explicavit, ut alius nemo. plurimas etiam orationes in laudem Martyrum prompto et ex tempore habuit, quippe qui flumine eloquentiae ipsas Nili cataractas superaret. nullus enim mortalium ab omni aevo tanta dicendi copia abundavit, quanta ille praeditus fuit: adeo ut solus omnium ex vero aureum illud et divinum nomen consecutus sit. scriptorum eius numerum recensere non hominis, sed Dei potius, qui omnia cognoscit. — Hic S. Ioannes Chrysostomus vitam in casto severam agebat, homo multarum vigiliarum, quietis amantissimus, et studio vitae sobriae in dicendo liberrimus et iracundus. irae enim magis quam pudori obsequebatur, et immodica linguae libertate adversus obvios quosque utebatur. idem in docendo usibus audientium maxime consulebat; at in congressibus arrogantia et fastu quodam praeditus videbatur iis, qui eum non norant. quamobrem etiam episcopus designatus maiore supercilio adversus subditos utebatur, ad uniuscuiusque correctionem et salutem tam morem quam orationem accommodans. nec tamen qui non sit assentator, is existimandus est arrogans; neque contra, si qui sit assentator et humili animo praeditus, propterea is vocandus est modestus, sed

ἦκει, οὐχ ὑπερήφανον· ἀνδρεῖον, οὐ θρασύν· ἐπιεικῆ, οὐ δουλοπρεπῆ· μετριόφρονα, οὐ ταπεινοφροσύνην ὑποκρινόμενον· ἐλευθέριον, οὐκ ἀνδραποδώδη. ὡς καὶ αὐτὸς λέγει· Διὰ τοῦτο ποικίλον εἶναι δεῖ τὸν ποιμένα καὶ διδάσκαλον. ποικίλον δὲ λέγω οὐχ ὕπουλον, οὐδὲ κόλακα καὶ ὑβριστήν, ἀλλὰ πολλῆς ἐλευθερίας καὶ παῤῥησίας ἀνόμοιστον, εἰδότα καὶ συγκατιέναι χρησίμως, ὅταν ἀπαιτῇ τοῦτο ἡ τῶν πραγμάτων ὑπόθεσις, καὶ χρηστὸν εἶναι ὁμοῦ καὶ αὐστηρόν. οὐ γὰρ ἐνὶ τρόπῳ χρῆσθαι τοῖς ἀρχομένοις ἅπασι δέον· ἐπεὶ μηδὲ ἰατρῶν παισὶν ἑνὶ μόνῳ φαρμάκῳ πᾶσι τοῖς κάμνουσι προσφέρεσθαι καλόν· μηδὲ κυβερνήτῃ μίαν ὁδὸν εἰδέναι τῆς πρὸς τὰ πνεύματα μάχης. ἐννόησον οὖν ὁποῖόν τινα εἶναι χρὴ τὸν μέλλοντα πρὸς χειμῶνα τοσοῦτον ἀνθέξειν καὶ τοιαύτην ζάλην καὶ τοσαῦτα κύματα, πρὸς τὸ γενέσθαι τοῖς πᾶσι πάντα, ἵνα πάντας κερδήσῃ. καὶ γὰρ σεμνὸν εἶναι δεῖ τὸν τοιοῦτον καὶ ἄτυφον καὶ φοβερὸν καὶ προσηνῆ καὶ ἀρχοντικὸν καὶ κοινωνικὸν καὶ ἀδέκαστον καὶ θεραπευτικὸν καὶ ταπεινὸν καὶ ἀδούλωτον καὶ φαιδρὸν καὶ ἥμερον, ἵνα ταῦτα εὐκόλως δύνηται μάχεσθαι. οὐκοῦν δεῖ τὸν ἐναργέστατον καὶ ἐχέφρονα φεύγειν τὸ κολακεύειν καὶ κολακεύεσθαι, μήτε ἀλαζονικὸν εἶναι μήτε κόλακα, ἀλλ' ἀμφοτέρων τῶν κακῶν τούτων κολάζειν τὴν ἀμετρίαν· καὶ ἐλεύθερον εἶναι, μήτε εἰς αὐθάδειαν ἀποκλίνοντα μήτε εἰς δουλοπρέπειαν καταπίπτοντα. πρὸς μὲν γὰρ χρηστοὺς ταπεινὸν ὑπάρχειν δεῖ, πρὸς δὲ θρασεῖς ὑψηλόν· ἐπείπερ οἱ μὲν ἀρετὴν εἶναι τὴν ἐπιείκειαν ἡγοῦνται, οἱ δὲ ἀνδρείαν τὴν θρασύτητα. ἐκείνοις μὲν τὴν ταπεινοφροσύνην προσφέρειν, τούτοις δὲ τὴν ἀνδρείαν, σβεννύουσαν αὐτῶν τὴν ἀπὸ τῆς θρασύτητος δόξαν· ἵνα τοὺς μὲν ὠφελήσῃς, τῶν δὲ ταπεινώσῃς τὸ φρόνημα. Καιρὸς γὰρ τῷ παντὶ πράγματι, φησὶ Σολομών· τουτέστι, ταπεινότητος, ἐξουσίας, ἐλέγχου, παρακλήσεως, φειδοῦς, παῤῥησίας, χρηστότητος, ἀποτομίας, καὶ ἁπαξαπλῶς παντὸς πράγματος· ὥστε ποτὲ μὲν τὸ τῆς ταπεινότητος δεικνύειν, καὶ μιμεῖσθαι ἐν ταπεινώσει τὰ παιδία κατὰ τὴν κυριακὴν φωνήν, ποτὲ δὲ τῇ ἐξουσίᾳ κεχρῆσθαι, ἣν ἔδωκεν ὁ Κύριος εἰς οἰκοδομὴν καὶ οὐκ εἰς καθαίρεσιν, ὅταν ἡ χρεία ἐπιζητῇ τὴν παῤῥησίαν. καὶ ἐν καιρῷ μὲν παρακλήσεως τὸ χρηστὸν ἐνδείκνυσθαι, ἐν καιρῷ δὲ ἀποτομίας τὸν ζῆλον ἐμφαίνειν, καὶ ἐφ' ἑκάστου τῶν ἄλλων ὁμοίως τὸν ἔγκριτον καὶ δίκαιον λογισμὸν ἀποφέρεσθαι. λογισμοὶ γὰρ δικαίων κρίματα. Καὶ Ἰσίδωρος· Τὸν ἄρχοντα δίκαιον εἶναι δεῖ καὶ

2. ταπεινοφροσύνην] μετριοφροσύνην B. E. 4. ὡς καὶ] ὥσπερ δὴ καὶ αὐτὸς οὗτος ὁ Χρυσόστομος λέγει Cedren. 8. χρησίμως] προθύμως E. χρησίμως inter vss. Dein ὅταν ἡ τῶν πρ. ὑπόθεσις ἀπαιτῇ τοῦτο Cedren. 11. ἑνὶ] ἑνὶ μόνῳ A. V. Sed μόνῳ om. Cedren. 13. κυβερνήτῃ] κυβερνήταις Cedren. ὁδὸν εἶναι] ὁδὸν εἰδέναι A. V. Cedren. 17. πάντα] τὰ πάντα Cedren. 21. καὶ φαιδρὸν om. E. 22. δύνηται] δύναται A. B. V. ἵνα πρὸς ταῦτα εὐκόλως μάχεσθαι δύνηται Cedren. ἐναργέστατον] Legendum ἐνάρετον cum Cedreno et MS. Syncelli. ἐνεργέστατον V. E. Med. 24. μήτε ἀλαζονικὸν — καταπίπτοντα] Ista constituunt Ep. 379. l. 3. Isidori ad Theodorum Scholasticum. *Reines.*

3. ἀποκλίνοντα] ἀποκλίναντα V. 6. θρασύτητα] τὴν θρασύτητα A. B. V. E. Cedren. Ceterum hic ἀνδρείαν bis, porro κἀκείνοις. 7. προσφέρειν] προφέρειν V. δίον προσφέρειν Cedren. 10. ὠφελήσῃς — ταπεινώσῃς] ὠφελήσῃ — ταπεινώσῃ Cedren. et MS. Syncelli. ὠφελήσεις V. καιρὸς γάρ] Cedrenus: ὅπερ οὖν καὶ ὁ μέγας Βασίλειος δηλῶν ἔφη τὸ τοῦ σοφωτάτου Σολομῶντος, καιρὸς τῷ παντὶ πράγματι· εἰδέναι χρὴ ὅτι καὶ ταπεινότητος etc. 12. ἐξουσίας] ἐξουσίαν E. 18. Χριστὸς] χς Cedrenus et libri. Mox οὐκ om. E. 22. ἔγκριτον Cedren. 24. καὶ Ἰσίδωρος δέ, τὸν ἄρχοντα δίκαιον εἶναι δεῖ καὶ φοβ.] Haec et quae sequuntur leguntur apud Isidorum Pelusiotam lib. V. Epist. 168. ut Pearsonus observavit. *Küst.* Peleusiotae, discipulo Chrysostomi, tribuit Syncelli. in MS. ἀγαθὸν *benignum* pro δίκαιον Cedr. et Syncelli. *Reines.* ἀγαθὸν Isidor. δέ delevi cum A. B. E. Καὶ δὴ καὶ ὁ θεοφόρος Ἰσίδωρος καὶ τοῦ μακαρίου φοιτητὴς ποτε λέγει· τὸν ἄρχοντα καὶ ἀγαθὸν εἶναι δεῖ καὶ φοβερόν Cedren.

qui personam ingenuo homine dignam, ut par est, tueri velit, magnanimum esse oportet, non superbum; fortem, non audacem; comem, non humilem; modestum, non modestiae simulatorem; liberalem, non sordidum. de quo ipse dicit: *Quare varium esse decet pastorem eundemque doctorem; varium vero dico non subdolum, neque adulatorem aut iniurium, sed multae in dicendo libertatis et ingenuitatis, et qui norit hominibus utiliter se accommodare, quoties ipsa res et ratio requirit; lenemque simul et austerum esse. haud enim uno eodemque modo decet omnes subiectos tractare. etenim ne medicorum quidem filios decet omnibus aegrotis unum et idem medicamentum praebere; neque gubernatorem eundem semper cursum in ventis moderandis nosse. cogita igitur qualem esse deceat illum, quem tantae tempestati, tantae procellae totque fluctibus resistere oporteat, ut omnibus omnia sit, et omnes Deo lucretur. talem enim virum oportet esse gravem, fastus expertem, formidabilem et mansuetum, imperiosum, sociabilem, incorruptum, officiosum, submissum, sui iuris, hilarem et lenem, ut haec certamina facile conficere possit. oportet igitur virum probum et cordatum cavere, ne vel aliis aduletur vel alii sibi adulen-*

tur, ac neque arrogantem esse neque assentatorem, sed id quod in utroque vitio nimium est castigare: itaque liber sit, ut ne ad arrogantiam deflectat, neve ad servile obsequium se demittat. nam adversus bonos submisse, adversus audaces vero elate agere oportet, illi enim humanitatem iudicant esse virtutem, hi vero audaciam fortitudinem. adversus illos igitur modestia utendum, adversus hos animo forti, quo audaces illorum spiritus retundantur: ut alteris prosis, horum vero superbiam deprimas. nam, ut ait Solomo, cuiusque rei suum est tempus: id est, modestiae, auctoritatis, reprehensionis, consolationis, clementiae, libertatis, lenitatis, severitatis, et summatim omnium rerum: ut nunc quidem submisse te geras et animi submissione pueros imiteris, ex Domini praecepto; nunc vero auctoritate utaris, quam Dominus nobis dedit ad aedificationem, non vero ad destructionem, cum res severitatem requirit. et tempore quidem consolationis lenitatem ostendere, obiurgationis vero tempore zelum demonstrare, et in omnibus aliis rebus iustam iudicii et rationis normam adhibere oportet. iustorum enim iudicia ratione nituntur. porro Isidorus dicit: *Principem oportet esse iustum*

Digitized by Google

φοβερόν· ἵν' οἱ μὲν εὖ βιοῦντες θαῤῥοῖεν, οἱ δ' ἁμαρτάνοντες δκνοῖεν. θάτερον γὰρ θατέρου χωρὶς ἀναρχία μᾶλλόν ἐστιν ἢ ἀρχή. εἰ μὲν γὰρ πάντες ἦσαν εὐπειθεῖς καὶ φιλάρετοι, ἀγαθότητος ἔδει μόνης· εἰ δὲ φιλαμαρτήμονες, φόβου. ἐπειδὴ δὲ καὶ ἀγαθοί εἰσι καὶ κακοί, ἀμφότερα καταχειριστέον τῷ ἄρχοντι καὶ προϊσταμένῳ.

Ἰωάννης Γραμματικός, Ἀλεξανδρεύς, ὁ ἐπικληθεὶς Φιλόπονος. τούτου συγγράμματα πάμπολλα, γραμματικά, φιλόσοφα, ἀριθμητικά, ῥητορικά, τῆς τε θείας γραφῆς, καὶ κατὰ τῶν δεκαοκτὼ Προκλείων ἐπιχειρημάτων, καὶ κατὰ Σεβήρου. πλὴν ὅτι παρὰ τῶν τῆς ἐκκλησίας διδασκάλων ὡς τριθεΐτης ἐκβάλλεται, καὶ τοῦ καταλόγου τῶν ὀρθοδόξων ἀποδιώκεται.

Ἰωάννης Φιλαδελφεὺς Λυδός. οὗτος ἔγραψε περὶ Μηνῶν βιβλίον ἀ· καὶ περὶ Διοσημειῶν ἕτερον, καὶ ἄλλων τινῶν ὑποθέσεων μαθηματικῶν. προσομιλεῖ δὲ ταῦτα Γαβριηλίῳ τινὶ ὑπάρχῳ.

Ἰωάννης, ὁ ἐπονομαζόμενος Στοβεύς. Ἀνθολόγιον, περιέχον τὰς παρὰ πᾶσι πολλῶν δόξας ἐν βιβλίοις δ', ἐνάρετα πάνυ καὶ γέμοντα πάσης παιδεύσεως. γράφει δὲ ταῦτα πρὸς Σεπτίμιον υἱὸν αὐτοῦ. 111

Ἰωάννης ὁ Δαμασκηνός, ὁ ἐπικληθεὶς Μανσούρ, ἀνὴρ καὶ αὐτὸς ἐλλογιμώτατος, οὐδενὸς δεύτερος τῶν κατ' αὐτὸν ἐν παιδείᾳ λαμψάντων. συγγράμματα αὐτοῦ πάνυ πολλὰ καὶ μάλιστα φιλόσοφα· εἴς τε τὴν θείαν γραφὴν Παράλληλοι κατ' ἐκλογήν, καὶ οἱ ῥσματικοὶ κανόνες, ἰαμβικοί τε καὶ καταλο-

3. *εἰ μὲν γὰρ*] Isidorus: *εἰ μὲν γὰρ ἦσαν πάντες οἱ ὑπήκοοι φιλάρετοι, ἀγαθότητος ἦν χρεία μόνης.* 5. *δὲ καὶ*] δὲ om. B. *καὶ* om. E. Mox *καὶ κακοί εἰσι* E. *ἀγαθοί*] *ἀγαθοὺς καὶ πονηροὺς ἀνάγκη ἐν τοῖς ἄρχομένοις εἶναι, ἀμφότερα μεταχειριστέον* Cedren. et fere Isidor. 6. *καταχειριστέον*] *μεταχειριστέον* E pr. 9. *τούτου συγγράμματα πάμπ.*] Huius Philoponi varia hodieque extant opera, quorum titulos quaere in Catalogis Bibliothecarum. Vide etiam Photium in Bibliotheca, qui ex diversis eius libris excerpta exhibet. *Küst.* 11. *καὶ κατὰ τῶν δεκαοκτὼ Προκλ. ἐπ.*] Opus hoc Philoponi contra Proclum de Aeternitate Mundi hodieque extat, editum Venetiis anno 1535. in fol. *Küst.* 13. *παρὰ*] *καὶ* ᵃV.

1. *Ἰωάννης Φιλαδ.*] Eius meminit Leo imper. Tactt. Constitt. in Epilogo §. 67. Vid. Phot. c. 180. et Rutgersii Varr. III. 16. p. 289. 290. *Reines.* Vixit hic Ioannes Philadelphensis saeculo VI. sub Anastasio et Iustiniano Imperatoribus, ut testatur Theophyl. Simoc. Histor. lib. VII. c. 16. in fine, et Photius Cod. CLXXX. qui cum Ioannem Laurentium Philadelphensem Lydum vocat. Scripserat opera varia, ex quibus nihil, quod sciam, in lucem editum est, praeter libellum exiguum, inscriptum, *Ἐφήμερος Βροντοσκοπία τοπικὴ πρὸς τὴν σελήνην*, quem Ianus Rutgersius Variar. Lectt. lib. III. primus publici iuris fecit. In codice MS. 2432. [nunc 2381.] Bibliothecae regiae Parisiensis varia Ioannis huius Philadelphensis opuscula inedita continentur: veluti de Sortibus; de Terrae motibus; Diarium, seu ephemeris, indicans per totum annum ortus et occasus signorum, ex libris Claudii Tusci ad verbum Graece versa; *περὶ Διοσημειῶν*, et alia. *Küst.* De novissimis Hasius monuit infra laudandus p. 29. in istius Codicis fol. 70. r. usque ad 79. v. non contineri varia Lydi opuscula, sed ex uno de Ostentis libro decerpta, ita tamen confusa, ut error Küsteri facile possit excusari. 2. *περὶ μηνῶν βιβλίον ἀ.*] Liber hic lucem nondum aspexit, sed in bibliothecis MS. latet; ex quo Suidas et Codinus magnam partem eorum, quae de simulacris deorum gentilium in medium afferunt, ad verbum descripserunt; ut monet Lambecius in Codinum, qui et librum illum vidit, et varia ex eo loca ad illustrandum Codinum addcit. *Küst.* *βιβλίον ἓν* V. Fragmenta Lydi apud Suidam et Codinum non ex ipso libro *περὶ μηνῶν* esse, sed ad eius epitomen nunc editam pertinere monuit Hasius. Sed gravior viri eruditissimi extat animadversio in Comment. de Lydo p. 28. „Quo ex loco duo intelligi licet. Primo librum de Magistratibus iam tum coepisse evanescere. Nam auctor huius glossae, quisquis est, eum ignorat. Deinde, ut nunc certe legitur, Lydo praeter librum de Ostentis tribui alia quaedam mathematica, de quibus auctores ceteri omnes silent. At enim suspicor primo scriptum fuisse *καὶ περὶ Διοσημειῶν ἕτερον*, nec quicquam amplius: postea, ut sunt glossae istae multis e centunculis consutae natae, respicientem aliquem ad argumentum multiplex libri de Ostentis, supra verba *Διοσημειῶν* ascripsisse, *καὶ ἄλλων τινῶν ὑποθέσεων μαθηματικῶν*: ea posthuc annexa glossulae esse." Ceterum huius operis notitiam auxit particula quaedam a Cramero vulgata in Anecd. Ox. T. III. p. 403. sqq. *περὶ διοσημειῶν*] *περὶ διοσημιῶν* Med. De huius libri materia quae suspicabatur Küsterus, ea post editionem factam repeti noluimus. 4. *Γαβριήλῳ τινὶ ὑπ.*] Huius Gabrielis mentio fit Anthol. lib. IV. c. 1. p. 430. [Leontii Ep. II.] ut Pearsonus observavit. *Küst.* *Γαβριήλῳ* A. ᵃV. *Γαβρηλίῳ* E. Med. *Γαβριλίῳ* B. *γαβρηλίῳ* Portus. 5. *Στοβαῖος*] *Στοβεὺς* A. B. V. E. *Ἀνθολόγιον, περιέχον τὰς π.*] Hoc opus hodie adhuc extat, nec sine voluptate a litterarum studiosis legitur. *Küst.* 6. *περιέχον τὰς παρὰ πᾶσι*] *περιέχων πασῶν* V. Coniectabam *τὰς περιττὰς πολλῶν*. Saltem scripturam editam esse perversam et sensu cassam apparet. 8. *Ἕπτιμον*] *Ἐπίμιον*, *Septimium*, Schottus in Phot. C. 167. *Reines.* *Ἐπτίμιον* V. *Σεπτιμίῳ ἰδίῳ υἱῷ* Photius. Apertam emendationem admittere non dubitavi. Mox *υἱόν* quod om. B. V. (ap. Gaisf.) inter vss. posuit E. 10. *Ἰωάννης ὁ Δαμασκ.*] (V. Vossius de Hist. Gr. et Possevin. T. I. p. 864. et 861. *Reines.* *Μανσούρ*] *Μασούρ* V. Illud rectum. 11. *οὐδενὸς*] Immo *καὶ οὐδενός.* 14. *εἴς τε τὴν θείαν γραφὴν Παράλληλοι*] Parallela Iohannis Damasceni hactenus Latine tantum in lucem prodierunt, quorum editionem Graecam doctissimus Lequienius, Dominicanus, hoc tempore Parisiis molitur. *Küst.* Prodiit illius labor A. 1712. *κατ' ἐκλογήν*] *καταλογήν* V. E.

et simul terribilem, ut boni securi sint, mali vero deterreantur. nam alterum sine altero imperium potius evertit quam conservat. si enim omnes legibus sponte parerent et virtutem amarent, sola bonitate opus foret; sin autem in vitia vergerent, severitate. quoniam tamen et boni sunt et mali, utramque rationem adhibere debet is, qui populo praeest. Ἰωάννης Γραμ. Ioannes Grammaticus, Alexandrinus, cognomento Philoponus, huius plurima sunt scripta, de grammatica, philosophia, arithmetica, rhetorica, et in Sacram Scripturam, et contra XVIII. Procli disputationes, itemque contra Severum, verumtamen ab ecclesiae doctoribus ut tritheita reiicitur, et orthodoxorum numero secluditur. *Ἰωάννης Φιλ.* Ioannes Philadelphensis Lydus, hic scripsit *de Mensibus* librum unum; *de Ostentis* alterum; item mathematica varia, ea autem dedicavit Gabriello cuidam Praefecto. *Ἰωάννης, ὁ ἐπον.* Ioannes, cognomento Stobaeus, scripsit Florilegium, variorum sententias complectens, libris quatuor: praeclarum illud opus et varia doctrina plenum, quod scripsit ad Septimium filium suum. *Ἰωάννης ὁ Δαμασκ.* Ioannes Damascenus, cognomento Mansur, vir et ipse celeberrimus et aetatis suae nulli eorum, qui doctrina fuerunt illustres, secundus, eius scripta sunt permulta, praecipue de philosophia; et in S. Scripturam Parallela selecta; et canonum canones, tam iambis quam oratione soluta conscripti.

γάδην. συνήκμαζε δ' αὐτῷ καὶ Κοσμᾶς ὁ ἐξ Ἱεροσολύμων, ἀνὴρ εὐφυέστατος καὶ πνέων μουσικὴν ὅλως τὴν ἐναρμόνιον. οἱ γοῦν ᾄσματικοὶ κανόνες Ἰωάννου τε καὶ Κοσμᾶ σύγκρισιν οὐκ ἐδέξαντο, οὐδὲ δέξαιντο, μέχρις ἂν ὑφ' ἡμᾶς βίος πιραιωθήσεται.

Ἰωάννης, ὁ τυραννήσας εἰς Ῥώμην ἐπὶ Θεοδοσίου, πρᾶος ἦν καὶ ξυνέσεως εὖ ἔχων καὶ ἀρετῆς μεταποιεῖσθαι ἐξεπισιάμενος. ὃς τὴν τυραννίδα μετρίως ἐξηγήσατο, οὐδὲ τοῖς διαβάλλουσι τὴν ἀκοὴν ὑπέσχεν, οὐδὲ φόνον ἄδικον εἰργάσατο ἐκών γε εἶναι, οὐδὲ χρημάτων ἀφαιρέσει ἐπέθετο.

Ἰωάννης, ὁ ἐκ Καππαδοκίας ἔπαρχος Ἰουστινιανοῦ, λόγων μὲν τῶν ἐλευθερίων καὶ παιδείας ἀνήκοος ἦν· οὐ γὰρ ἄλλο οὐδὲν ἐς γραμματιστοῦ φοιτῶν ἔμαθεν ὅτι μὴ γράμματα, καὶ ταῦτα κακὰ κακῶς γράψαι· φύσεως δὲ ἰσχύι πάντων γέγονε δυνατώτατος ὧν ἡμεῖς ἴσμεν· γνῶναί τε γὰρ τὰ δέοντα ἱκανώτατος ἦν καὶ λύσιν τοῖς ἀπόροις εὑρεῖν. πονηρότατος δὲ πάντων ἀνθρώπων γεγονὼς τῇ τε τῆς φύσεως δυνάμει ἐς τοῦτο ἐχρῆτο, καὶ οὔτε θεοῦ λόγος οὔτε ἀνθρώπων αὐτὸν αἰδώς τις εἶρξεν, ἀλλὰ βίους τε αὐτῷ ἀνθρώπων πολλῶν ἀπολλύναι κέρδους ἕνεκα καὶ πόλεις ὅλας καθελεῖν ἐπιμελὲς ἦν. χρόνου γοῦν ὀλίγου χρήματα μεγάλα περιβαλλόμενος ἐς κραιπάλην τινὰ ἐκλελάκτικεν ὅρον οὐκ ἔχουσαν· ἄχρι μὲν ἐς τὸν τοῦ ἀρίστου καιρὸν ληζόμενος τὰς τῶν ὑπηκόων οὐσίας, μέθῃ δὲ τὸ λοιπὸν καὶ σώματος ἔργοις ἀσελγέσιν ἰσχολημένος. κατέχειν δὲ αὐτὸν οὐδαμῇ ἴσχυεν, ἀλλὰ τά τε βρώματα μέχρι ἐς ὅσον ἤσθιε, καὶ τὰ χρήματα κλέπτειν μὲν ἦν ἐσαεὶ ἕτοιμος, πρῶτος δὲ καὶ δαπανᾶν ἑτοιμότερος.

Οὗτος δὲ ὁ Ἰωάννης πᾶσιν ἀνθρώποις βαρὺς ἦν ὁμοίως καὶ χαλεπός· πληγάς τε τοῖς προσπίπτουσιν ἐντεινόμενος καὶ τὰ χρήματα ἁπαξάπαντα λόγῳ οὐδενὶ ληζόμενος τὴν δίκην ὀρθῶς καὶ δικαίως τῆς ἐς τὴν δίκην παρανομίας ἐξέτισεν.

---

1. ἐξ] ὁ ἐξ A. V. 3. γοῦν] οὖν V. γὰρ B. E. Deinde Ἰωάννη *V. 5. δέξαιντο, μέχρις ἂν] ἂν invertendum. πιραιωθήσεται] πιραιωθῇ E. 6. Ἰωάννης, ὁ τυραννήσας εἰς Ῥώμ.] Haec et quae sequuntur descripsit Suidas ex Procopio de Bello Vandal. lib. I. c. 3. p. 182. *Küst.* 7. πρᾶος ἦν] Vid. *Ξυνέσεως. Toup.* 8. ἀντιποιεῖσθαι] μεταποιεῖσθαι A. B. V. E. Procop. cum gl. *Ξυνέσεως.* 9. ἀκοὴν ὑπέσχεν] Vid. *Ὑπέσχεν. Toup.* 10. ἐκών γε εἶναι] Procop. p. 94. *Toup.* 11. ἐπέθετο] ἐπεῖδετο K. et Procopii libri ante Dind. 12. Ἰωάννης, ὁ Καππαδ. ἔπαρχος Ἰουστιν.] Haec et quae sequuntur usque ad verba illa *δαπανᾶν ἑτοιμότερος* leguntur apud Procopium de Bello Pers. lib. I. c. 24. p. 70. unde Suidas ea descripsit. *Küst.* ὁ Καππαδοκίας ἔπαρχος] Legendum est ex Procopio, Ἰωάννης ὁ Καππαδόκης, ἔπαρχος τῆς αὐλῆς, etc. Ioannes enim ille non erat Cappadociae praeses, sed Cappadox, et ἔπαρχος τῆς αὐλῆς, i. e. *Aulae praefectus* sub Iustiniano. *Küst.* Huic quidem satisfecit ὁ ἐκ Καππαδ. A. Rem extra controversiam ponit Io. Lydus, qui hominis flagitia diligenter persecutus est de Magistr. III. 57. sqq. Ceterum vel nudum genitivum habere quo sustentetur demonstrat gl. superior Ἰουστινιανὸς ὁ Ῥινότμ. 13. λόγων μὲν τῶν ἐλευθερίων καὶ παιδ.] Vide supra v. *Ἀνήκοος. Küst.* 14. οὐ γὰρ ἄλλο οὐδὲν ἐς γραμμ.] Vide supra v. *Γραμματιστής. Küst.* 15. Imitationem Aristophanis Equ. 188. annotavit Porsonus. 16. δεινότατος] δυνατώτατος A. V. Procop. δεινότατος Med. In continuis apparet imitatio Thucydidis VIII, 68. cf. v. *Δημοσθένης.*

1. ἀνθρώπων om. V. φύσεως] τῆς φύσεως dedi cum V. Procop. 3. λόγος] λόγοι E. Mox ἕνεκα A. 4. αὐτῷ om. A. Mox εἶνεκα E. 7. ἐς κραιπάλην] Theophylact. Ep. p. 400. Male interpres *se effudit.* Immo *pecunias in crapulam eiecit. Toup.* MS. V. Lydus III, 62. ὁρον] ὅρους E. 10. ἔργοις ἀσελγέσιν ἠσχολημένος] ἀσελγέσιν ἔργοις ἀσελγαινόμενος E. ἀσελγιστάτοις recte Procopius: quo auctore *δὲ* abiiciendum. 11. μέχρις ἐς ὅσον ἤσθιε] Emenda ex Procopio, μέχρις ἐς τὸν ἔμετον ἤσθιε, quam lectionem in versione secutus sum. *Küst.* μέχρι dedi cum A. V. 13. ἕτοιμος] ἐσαεὶ ἕτοιμος A. B. V. E. Med. Procop. ἑτοιμότατος Procop. 14. Οὗτος δὲ ὁ Ἰωάννης πᾶσιν ἀνθρ.] Hoc fragmentum excerpsit Suidas ex Procop. lib. I. de Bell. Pers. c. 25. p. 75. *Küst.* Mox περιπίπτουσιν Edd. ante Küst. 17. τῆς ἐς] ἐς V. ἐς τὴν δίκην παρ.] Procopius habet ἐς τὴν δίαιταν, cui tamen lectionem Suidae praefero. *Küst.* Quod lectionem Suidae praeferat vir doctissimus, non possum non mirari. Nihil enim habet quo se commendet nisi verborum tintinnabulum. Rectissime Procopius, τὴν δίκην ὀρθῶς καὶ δικαίως τῆς ἐς τὴν δίαιταν παρανομίας ἐξέτισε. *Quare tandem male transactae vitae iustas meritasque poenas exsolvit.* Ita loqui amat Procopius. Sic mox de eodem: Τῆς μέντοι πονηρίας αὐτῷ καὶ τῆς ἐς τὴν δίαιταν παρανομίας οὐδὲν οὔτε ἐλώφα οὔτε ὑπέληγε. Idem Vandal. I. I. p. 95. Ἔς τε ἀλλοτρίων γυναικῶν ὕβριν δαιμονίως ἐσπουδακὼς πολλῇ ἔχρητο ἐς τὴν δίαιταν παρανομίᾳ. Idem in Gothicis lib. IV. p. 332. Ἄλλα τε πολλὰ τῇ ἐς τὴν δίαιταν παρανομίᾳ ἐξαμαρτών, καὶ ταῖς γυναιξὶ τοῦ πατρὸς ἀνήκεστα οὐδενὶ ἐς τὸν ἔπειτα χρόνον ξυνοίσοντα. Quare emendandus Suidas ex Procopio, non Procopius ex Suida. *Toup.* I. p. 265. Omnem vero dubitationem solvit gl. *Ἀπαξάπαντα.*

---

eodem etiam tempore Cosmas Hierosolymitanus floruit, vir ingeniosissimus et omnino musicam harmoniam spirans. utique canticorum canones Ioannis et Cosmae nullam comparationem admiserunt, neque admittent, quamdiu hominum vita durabit. Ἰωάννης, ὁ τυρ. Ioannes, qui tyrannus Romae vixit sub Theodosio, homo clemens et valde prudens et virtutis studiosus fuit, tyrannidemque moderate exercuit, nec delatoribus aures praebuit, neque ullam iniustam caedem volens patravit, nec bona cuiquam eripuit. Ἰωάννης, ὁ Καππ. Ioannes Cappadox, Praefectus sub Iustiniano, liberalium artium et doctrinae prorsus rudis fuit, nihil enim aliud, dum litteratoris scholam frequentat, didicit praeter litteras, easque malas male pingere. ingenii autem vi omnium quos novimus maxime polluit. nam et quid facto opus esset mira sagacitate illico perspiciebat, et ex negotiis difficilibus facillime se expedire norat. illa autem ingenii vi ad improbitatem, qua omnes homines superabat, abutebatur; ita ut nec dei rationem ullam haberet, neque hominum reverentia animum eius subiret: sed in id tantum incumbebat, ut quaestus gratia et multorum hominum vitas perderet et integras urbes everteret. cum igitur exiguo tempore magnam opum vim sibi comparasset, effusam in crapulam ea proiecerat. iam ad tempus prandii usque expilandis subditorum fortunis vacare solebat; quod reliquum erat temporis in temulentia et obscenis corporis voluptatibus traducens nullo modo temperare sibi poterat, adeo ut cibis ad vomitum usque se repleret. cumque semper ad corradendum aurum esset paratus, ad prodigendum multo fuit promptissimus. — Hic Ioannes omnibus hominibus gravis erat et molestus. nam obvios quosque verberibus afficiebat, et omnium subditorum fortunas expilabat. quare tandem male transactae vitae iustas meritasque poenas exsolvit.

133 Ἰωάννης, βασιλεὺς Ἱεροσολύμων, μετὰ θάνατον Ἰωδαὲ τοῦ ἀρχιερέως προέδωκε τὴν ἐπιμέλειαν τὴν πρὸς τὸν Θεόν. συνδιεφθάρησαν δὲ αὐτῷ καὶ οἱ τοῦ πλήθους πρωτεύοντες, ὥστε πλημμελεῖν εἰς τὰ δίκαια καὶ νενομισμένα παρ' αὐτοῖς ἄριστα εἶναι. δυσχεράνας δὲ ὁ Θεὸς ἐπὶ τῇ μεταβολῇ τοῦ βασιλέως καὶ τῶν ἄλλων πέμπει τοὺς προφήτας, διαμαρτυρησομένους τε τὰ πραττόμενα καὶ παύσοντας τῆς πονηρίας αὐτούς. οἱ δὲ ἰσχυρὸν ἔρωτα καὶ δεινὴν ἐπιθυμίαν ἄρα ταύτης εἶχον. ἀλλὰ καὶ Ζαχαρίαν υἱὸν τοῦ ἀρχιερέως Ἰωδαὲ κατέλευσαν λίθοις ἐν τῷ ἱερῷ, διότι προεφήτευσεν αὐτοὺς τιμωρίαν μεγάλην ὑφέξειν μὴ πειθομένους.

Ἰώβ, ὁ μέγας ὄντως ἐκεῖνος καὶ γενναῖος τῆς ἀληθείας ἀγωνιστής· ὁ πρῶτος ἀνοίξας τὸ γυμνικὸν ἐκεῖνο καὶ παγκόσμιον στάδιον· ὁ τὸν ἀντίπαλον πάσαις ταῖς πάλαις καταβαλών· ὁ μέχρι καὶ τῶν δατέων τὰς πληγὰς καὶ τοὺς μώλωπας εἰσδεξάμενος, καὶ μείνας ἀήττητος· ὁ σκωλήκων πλήρης καὶ στεφανίτης· ὃν οὐδὲ θάνατος ἴσχυσε κατασιρῶσαι καὶ κονῖσαι τὰ ὄπισθεν, ἀλλ' ἔτι ἕστηκεν ὥσπερ τις ἀνδριὰς ἀπερίτρεπτος ἢ καὶ ἄχμων ἀνήλατος, δι' ὅλου τοῦ βίου καταπαλαίων καὶ καταράσσων τὸν ἀντικείμενον. οὗτος πρῶτος κατεπάτησε τὸν Διάβολον. οὗτος ἤρατο κατὰ τοῦ πονηροῦ νίκης τρόπαια, οὐ Νέμεα καὶ Ὀλύμπια Ἴσθμιά τε καὶ Πύθια καὶ ὅσα Ἑλληνικοὶ διακομπάζουσι λόγοι ἀγωνιζόμενος, ἀλλὰ πρὸ παίδων καὶ κτήσεως καὶ βοσκημάτων καὶ θεραπείας καὶ πάσης τοῦ βίου διαγωγῆς καὶ πτωμάτων οἰκίας τάφους τὰς αὐτὰς καὶ πολυάνδρια τῶν ἑαυτοῦ παίδων γεγενημένας ὁ καρτερόψυχος θεασάμενος, οὓς ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ καὶ ὥρᾳ ἐπὶ τῆς τραπέζης εὐωχουμένους καὶ συνεσθίοντας κατέστρωσε σωρηδὸν ὁ παμμίαρος, ἐπισείσας αὐτοῖς τὸ δωμάτιον· οὐ δύο καὶ τρεῖς ἢ τέτταρας, ἀλλὰ δέκα τοὺς πάντας καὶ πάσας καταβαλών. καὶ οὐδὲ μέχρι τούτων ἡ λύσσα καὶ βασκανία ἠρκέσθη τοῦ ἀντιπάλου, ἕως αὐτὸν τὸν ἀθλητὴν γυμνὸν ἐπὶ τῆς κοπρίας ἐκκαλεσάμενος, καὶ κατάστικτον ὅλον τοῖς ἕλκεσι καὶ πλήρη σκωλήκων ἀπεργασάμενος, θέαμα φρικτόν τε καὶ ξένον ὅλῃ τῇ ὑφ' ἡλίῳ κατέστησεν, ἔτεσιν ἑπτὰ τοῖς ὀδοῦσι δαρδάπτων καὶ τῇ γλώσσῃ λιχμώμενος ὅλον τὸ σῶμα τοῦ μάκαρος· μέχρις ὅτου τὴν ἧτταν ἐφ' ἑαυτὸν ὁ παμμίαρος ἐπεσπάσατο, καὶ τὴν αἰσχύνην τέλεον ἐκληρώσατο. ἔχεις τὸ λοιπὸν καὶ τούτου τοῦ φιλοσόφου τὰ ἔπαθλα· ἔχεις καὶ τούτου τὴν βίβλον πολὺ τῆς Ὁμήρου καὶ Πλάτωνος ἡδέος λιγυρώτερον ᾄδουσαν· οὐ μύθων καὶ παθῶν

1. Ἰωάννης, βασιλεὺς Ἱεροσολ.] Hunc articulum descripsit Suidas ex Iosephi Antiqu. Iudaic. lib. IX. c. 8. ut Pearsonus etiam ad marginem Suidae sui annotaverat. Ceterum quem Suidas hic vocat Ioannem, eum LXX Interpretes Paralipom. II. c. 9. et 10 vocant Ἰωάς, et Iosephus Ἰώασος. *Küst.* 2. Ἰωδαὲ] Hunc LXX Interpretes Paralip. II, 10. appellant Ἰωδαέ, et Iosephus Ἰωδος. [Ἰώδαος.] *Küst.* Ἰωδαὲ A. Ἰωναδαὲ B. E. Ἰωὴλ V. 4. πρωτεύσαντες] πρωτεύοντες A. V. Ioseph. 5. καὶ] καὶ τὰ Ioseph. 12. αὐτοὺς] αὐτοῖς B. E. αὐτοῖς — πειθομένους Edd. ante Küst. Novissima Iosephus copiosius narravit. 14. Ἰὼβ ὁ μέγας ὄντως ἐκ.] Hunc articulum de Iobo descripsit Suidas ex scriptore quodam deperdito, quem eundem esse, ex quo cetera ea quae supra de Adamo leguntur excerpta sunt, stilus suadet. *Küst.* 16. καὶ μέγα, καὶ παγκ.] καὶ μέγα om. A. B. V. 17. μέχρι καὶ] καὶ om. V. 23. καταπαλαίων] καταπαλαίσας E. καταράσσων] ταράσσων B. E. 24. κατεπάτησε] κατεπάτησε V. Id praestabilius duxi post καταπαλαίων.

5. πάσης τῆς] τῆς omisi cum B. E. *V. 6. αὐτοῦ] ἑαυτοῦ dedi cum A. V. αὐτῶν B. E corr. Mox ὡς ἐν μιᾷ Med. 11. δύο καὶ τρεῖς] καὶ δύο καὶ τρεῖς V. 12. πάσας] Immo τὰς πάσας. 14. τῆς κοπρίας ἐκκαλεσάμενος] An τὴν κοπρίαν ἐκκαλεσάμενος? *Hemst.* Non, opinor, nisi scriptor figurarum quam rationis sanae potentior artem ignoravit. Is mente versans locum Iobi c. 2, 8. καὶ ἐκάθητο ἐπὶ τῆς κοπρίας ἔξω τῆς πόλεως, heroem suum finxit in stercore constitutum, quo sponte secessisse certamen cum diabolo sustinuisse. 18. λιχμώμενος] Immo λιχμώμενος. 19. μάρτυρος] μάκαρος A. V. Id probare non dubitavi.

Ἰωάννης, βασ. Ioannes, rex Hierosolymorum, post mortem Iodae Pontificis divinum cultum prodidit. cum ipso autem corrupti sunt ipsi viri principes populi, ut optima maiorum iura et instituta violarent. Deus autem graviter indignatus ob hanc regis et ceterorum mutationem mittit Prophetas, qui facinora ipsis exprobrarent et improbitatem illorum compescerent, sed illi pravitatis suae erant tenacissimi: adeo ut Zachariam Pontificis Iodae filium in templo lapidibus obruerent, quod ipsis magnas poenas praedixisset, nisi Deo parerent. Ἰώβ. Iob ille vere magnus et generosus veritatis satelles, qui primus aperuit gymnicum illud et cunctis hominibus commune stadium, hic omnibus luctis adversarium prostravit, et, quamvis plagis ad ossa usque laesus et vibicibus deformis, mansit tamen invictus, hic vermibus scatens coronam meruit; eumque neque mors prosternere potuit, neque in tergum resupinare, sed constanter stetit, ut statua quaedam firmissima, vel etiam ut incus indomita, per totam vitam subigens et contundens adversarium, hic primus diabolo pedem imposuit, hic de improbo illo victoriae tropaea erexit, non Nemea vel Olympia vel Isthmia vel Pythia, vel quaecunque alia Graecorum sermones ambitiosi iactant, decertans, sed pro liberis, bonis, gregibus, armentis, familia, omni vitae cultu, aedesque suas collapsas invicti animi vir in sepulcra liberorum suorum et monumenta mutatas conspicatus. eos enim uno eodemque die et tempore ad mensam simul assidentes et vescentes acervatim prostravit sceleratissimus ille, dejecto in eos conclavi, neque duos aut tres aut quattuor, sed omnes decem utriusque sexus oppressit. neque vero adversarii rubies et invidia huc usque progressa stetit; sed ipsum athletam nudum in sterquilinium evocatum et totum ulceribus compunctum vermibusque repletum, spectaculum horrendum et insuetum toti terrarum orbi, qui sub sole est, effecit, per septem annos lacerans et lingua rerillans totum hominis beatissimi corpus: donec sceleratissimus ille tandem succubuit, et summo dedecore affectus est. Iam habes etiam philosophi huius praemia; habes eius librum, Homeri et Platonis Musa suavius quid canentem, qui nec fabularum et alic-

ἀλλοτρίων ὑφηγήσεις διαγορεύουσαν, ἢ τὸν θρασύτατον Ἀχιλλέα ἢ τὸν Ὀδυσσέα τὸν πολυμήχανον, ὧν αἱ σφαγαὶ τυγχάνουσι τρόπαια καὶ γυναικῶν φθοραὶ κατορθώματα· ἀλλὰ τὸν Σατανᾶν ὑπὸ γυμνοῦ
134 τινος καὶ ἀόπλου καὶ μόνου καταρασσόμενον· καὶ φίλων συμπαθῶν δημηγορίας καὶ δάκρυα, καὶ φυσιολογίαν ὅλης τῆς κτίσεως, καὶ ζῴων καὶ ὀρνέων φύσεις, καὶ λαμπρά τινα διηγήματα, καὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ δράκοντος τὴν εἰκόνα τοῦ σκολιοῦ καὶ πολλὰς ἐχοντος τὰς ἑλίξεις καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὡς πῦρ ἀποστίλβοντας· καὶ τὴν εἰς ᾅδου καὶ τῶν καταχθονίων τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ Θεοῦ συγκατάβασιν, καὶ τὴν ἐξ ᾅδου καὶ τῶν νεκρῶν ἀναβίωσιν· καὶ πάλιν τὸν δίκαιον στεφανίτην ἀναγορεύουσαν, καὶ παῖδας καὶ κτῆσιν ὅλην πολυπλασίως λαμβάνοντα, καὶ χρόνον ζωῆς διπλασιαζόμενον, καὶ θυγατέρων ὀνόματα ἐξαλλάσσοντα· οὐ Λήδας ἢ τῆς Εὐρώπης καὶ Ἀντιόπης, ἃς ὁ τῶν θεῶν ὕπατος Ζεὺς διεκόρησεν, ἀλλ' Ἡμέρας τε καὶ Κασίας καὶ Ἀμαλθείας προσωνυμίας λαμβάνουσαι, καὶ τὸ κριθῆναι πασῶν γυναικῶν τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν ἐκπρεπέστεραι, καὶ τὸ δὴ μέγιστον τοῦ νικηφόρου καὶ στεφανίτου Ἰὼβ τὴν εὐγένειαν ὥσπερ τι γνώρισμα καὶ κλῆρον λαχούσας ἐξαίρετον. μόνος γὰρ οὗτος εὐγενὴς τῶν ἀφ' ἡλίου ἀνατολῶν, ὁ κλεινὸς καὶ τριπόθητος, ὁ τοῦτο κερδάνας τῶν ἑαυτοῦ ἄθλων τὸ τελευταῖον καὶ ἔσχατον, τὸ μετὰ Χριστοῦ συναναστῆναι καὶ τὸν τῇδε κόσμον θεάσασθαι πάλιν μετὰ τοῦ σώματος, οὐ κατὰ τὸν Ἡρακλέους μῦθον καὶ τὴν Ἀδμήτου Ἄλκηστιν, ἣν ὁ καλλίνικός τε καὶ τριέσπερος ὑπὲρ τοῦ ἀνδρὸς τελευτήσασαν ἤγειρε, κἂν ἔσχατον πυρός τε καὶ γυναικὸς γέγονε παρανάλωμα· ἀλλὰ κατὰ τὴν ἄῤῥητον τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν δύναμιν, τοῦ τὸν ᾅδην σκυλεύσαντος, καὶ τοὺς νεκροὺς ἐκ τῶν καταχθονίων ἁρπάσαντος, ὃς καὶ ἐκάθισεν ἐκ δεξιῶν τοῦ γεννήτορος μετὰ τοῦ προσλήμματος, καὶ βασιλεύει πάσης ἀοράτου τε καὶ ὁρατῆς κτίσεως.

Ἰωβιλαῖος. μὴν παρὰ Ἰουδαίοις τιμώμενος. ἰστέον δὲ ὅτι τὸ ἀργὸν ἔτος κατὰ ἑπταετίαν ἠγεῖτο παρὰ Ἰουδαίοις, ὁμοίως ταῖς ἑβδομάσιν ἡμέραις.

Ἰωγή. σκέπη.

Ἰωδαέ. οὗτος ἱερεὺς ἦν, ὃς διὰ τὴν πολλὴν αὐτοῦ εὐσέβειαν ἐβίωσεν ἔτη ρλ'.

Ἰώεσδρος. ὄνομα κύριον.

---

1. τούτους] ταῦτα Portus, τοῦτο gl. *Λαχόμενος*. 3. ὅ, τε] ὁ δὲ A. B. E. *V. Med. ut supra. 4. ὡς] εἰ *V. 5. Νισαῖος] Sunt qui vocem hanc per η efferant, *Νησαίος* scribentes, ut Stephanus Byzantius v. *Νησαῖον πεδίον*, Hesychius v. *Νησαίας ἵππους*, Arrianus de Expedit. Alex. M. lib. VII. p. 468. et Dio Chrysostomus in Borysthenitica. Herodotus vero *Νισαίος* per ι scribit, et plures alii scriptores; de qua *διττογραφία* vide Salmasium in Solinum p. 842. et Valesium in Amm. Marcell. lib. XXIII. p. 269. *Küst.* Adde Tzschuckium in Strab. XI. p. 559. μεταξὺ τῆς Σουσ. καὶ τῆς Βακτρ.] Haec et quae sequuntur usque διάφοροι γίνονται ad verbum etiam leguntur apud Hesych. v. *Νησαίας*. *Küst.* Σουσιανῆς] Salmasius in Solinum loco ante laudato reponit *Σουγδιανῆς*, quem vide. *Küst.* 6. Κατασιγώνα] Apud Hesychium corrupte legitur κατὰ στηγῶνα, qui proinde hinc emendandus est. *Küst.* κατασιγω A. E. κατασιγώνα V. κατασιγοία *V. Non liquet. 7. Νῖσος Hesychius. 9. ὁ δὲ Ἡρόδοτος] III, 106. VII, 40. cf. IX, 20. Μηδείας] *Μηδίας* dedi cum V. Rectius tamen sive Herodotum *Μηδικῆς* extat in v. *Νίσαιον*. Tum ordinem verborum τὸν τόπον εἶναι inverti cum A. V. Tandem *Νισαῖον* Edd. 11. ἱππεύς ἵππον] Suidam refutare conantur Albert. in Hesych. v. *Νησαίας ἵππους* et Olear. in Philostrat. V. A. I, 31. quos sequitur Iacobs. in huius Imagg. p. 426. Defendit etiam Polemonem suum Prellerus p. 149. Verumtamen, quod pace doctissimorum virorum dictum sit, non multum tribuimus Philostrato, qui nunc album modo nigram equam in Nisaeis commemoret. *Δίκτυϊ*] An *Δίκτυῳ*? *Δίκτυον* inter Orphei scripta recenset Noster in *Ὀρφεύς*. Verum Orphei subiectus locus esse nequit. *Hemst.* Pro *ἐν Δίκτυϊ* scribe *ἐν Δικτύῳ*. Vide Suidam v. *Ὀρφεύς*. *Küsterus* in Addendis. De hac quaestione sententiam suam non protulit Lobeckius, Dictyum Orphicae disciplinae studens expedire Aglaoph. p. 379. sqq., adde p. 465. ubi citra suspicionem utitur edita scriptura. Quae olim tanquam Orphei dictum ferebantur, *Ἡ Νίσα — κείμενος*, Gaisfordus separavit, praemisso *Ὅτι* cum *V. Reliquum erat ut indicium lacunae interponeretur. 14. *Ἱππαστράτηγος. Ἀλεξ. Ἀλκέτας ἦν*] Vide supra v. *Ἀλκέτας*, ubi idem vocatur *ὑποστράτηγος Ἀλεξ.* Sed *ἱππαστράτηγος* veram lectionem esse non dubito. *Küst.* Quem fugit nihil nisi vetustam mendam ab se defendi. 16. *κείμενον* prius arbitror esse tollendum. 17. τῷ ἵππῳ] τῷ om. A. B. V.

---

tum, *naralem pugnam pugnare*. facta litterarum mutatione nomen Hipponici detorsit in hominem, qui insano meretricum amore flagraret, vocem autem *ἵππος* saepe de magno accipiunt, ut *ἱππόπορνε*. Callias autem ubique perstringitur ab comicis, ut bona paterna dilapidans et mulierum amoribus maxime addictus, ceterum haec omnia figurate iecit in illius mollitiem. Ἵπποι ποτάμιοι. Hippopotami, animalia inimicissima, quaere in v. *Ἀντιπελαργεῖν*. Ἵππος. Dexippus: *Equus autem ab eo sic institutus erat, ut et sine habenis velocissime ferretur, et illo pedetentim procedente placidissime staret, et declinante, ut flexu gyroque moveretur, perquam agiliter se converteret* — Equos alere sumptuosum habebatur, cuius rei etiam mentio fit in formula illa imprecandi, quae apud Lacedaemonios usitata erat: *Furor aedificandi te capiat et procrastinatio, et equos alas, et uxor tua adulterum habeat*, quasi haec omnia sumptuosa sint et damnosa. Ἵππος Νισαῖος. Inter Sogdianam et Bactrianam locus est Catastigona, qui Graeca lingua Nisus vocatur, hic equi nascuntur excellentes, alii vero referunt ad mare rubrum, traduntque omnes illos equos esse rufos. Herodotus tamen auctor est Nisum esse locum in Media. Polemo vero fallitur, dicens equum Nisaeum esse album. Orpheus in *Dictye*. * — Nisa est locus ad mare rubrum situs. Ἱππασύνη. Ars equitandi. Ἱππαστράτηγος. Alcetas erat Alexandri equitum dux. Ἱππότης. Eques, insidens equo. *Vidit mortuum equitem praestantissimum et manu fortem strenuumque, iacentem una cum equo*

Ἱπούμενος. πιεζόμενος, ἀναγκαζόμενος. Ἀριστοφάνης Ἱππεῦσιν·

Ἱπούμενος ταῖς συμφοραῖς.

Ἵππουριν. τὴν ἐξ ἱππείων τριχῶν κατεσκευασμένον λόφον ἔχουσαν.

Ἱπποφορβός. ἱπποτρόφος. φορβὴ γὰρ ἡ τροφή. Καὶ Ἱπποφόρβιον, ἔνθα οἱ ἵπποι τρέφονται.

Ἵπτω. βλάπτω.

Μέγα δ' ἴψαο λαὸν Ἀχαιῶν.

Ἰπῶ δὲ περισπωμένως, ἀντὶ τοῦ θλίβω. καὶ Ἀριστοφάνης·

Ἱπούμενος ταῖς συμφοραῖς.

Ἵππῳ γηράσκοντι τὰ μείονα κύκλ' ἐπίβαλλε. ἐπὶ τῶν διὰ γῆρας δεομένων ῥᾳστώνης τινὸς καὶ ἀναπαύλης.

Ἵππων, Ἵππωνος. σημαίνει δὲ καὶ τὸν τόπον, ἐν ᾧ οἱ ἵπποι ἵστανται. Ἰπῶν δὲ περισπωμένως.

Ἱππώναξ, Πύθεω καὶ μητρὸς Πρωτίδος, Ἐφέσιος, ἰαμβογράφος. ᾤκησε δὲ Κλαζομενὰς ὑπὸ τῶν τυράννων Ἀθηναγόρα καὶ Κωμᾶ ἐξελαθείς. γράφει δὲ πρὸς Βούπαλον καὶ Ἀθηνιν ἀγαλματοποιούς, ὅτι αὐτοῦ εἰκόνας πρὸς ἴβριν εἰργάσαντο.

Ἵπταται. πέτεται.

Ἵπτω. βλάπτω· αἰτιατικῇ.

Ἵπυς, Ῥηγῖνος, ἱστορικός, γεγονὼς ἐπὶ τῶν Περσικῶν, καὶ πρῶτος ἔγραψε τὰς Σικελικὰς πράξεις, ἃς ὕστερον Μύης ἐπετέμετο· Κτίσιν Ἰταλίας, Σικελικῶν βιβλία ε', Χρονικὰ ἐν βιβλίοις ε', Ἀργολικῶν γ'.

Οὗτος πρῶτος ἔγραψε παρῳδίαν καὶ χωλίαμβον, καὶ ἄλλα.

---

1. Ἱπούμενος] Ἱππούμενος bis B. E. *V. Hesych. Phot. Lex. Bachm. p. 263. Recte Med. Similiter in v. Ἵπτω: cf. v. Ἵππων. Ἀριστοφάνης Ἱππεῦσιν] V. 920. ubi sic legitur: *Λώϊσεις ἐμοὶ καλὴν δίκην, Ἱπούμενος ταῖς εἰσφοραῖς.* Notandum autem, apud Pollucem lib. VII. c. 9. ubi iidem versus leguntur et Cratino tribuuntur, itidem legi *συμφοραῖς*, ut hic apud Suidam. *Küst.* συμφοραῖς etiam Etym. M. et Zonaras. De Pollucis loco quid statuendum esset intellexit Meinekius in Com. Vol. II. p. 71. 7. Ἱποφόρβιον] Polyb. p. 541. *Toup.* MS. Eurip. El. 623. 10. *Μέγα δ' ἴψαο λαὸν Ἀχ.*] Ex Hom. Il. *d.* 454. *Küst.* Ceterum glossa debebat locum inferiorem tenere: nisi forte lemma cum *V. praefiximus Ἰπω, quod magistrorum commentum extat in Etym. M. v. Ἰψ. 11. Ἰπῶ] Ἰππῶ B. E. et infra Ἱππούμενος cum *V. cf. v. Ἵππων. Similia Etym. M. p. 473, 29. Ἀριστοφάνης] Vide v. Ἱπούμενος. 13. His subiicit Med. Ἵπποuριν. 14. Ἵππῳ γηράσκοντι τὰ μ.] Equis senescentibus et aetate confectis olim apud Graecos nota rotulae inuri solebat, idque ideo, ne quis eos ad bellicos usus amplius adhiberet. Nota illa vocabatur τρυσίππιον. Hesychius: *Τρυσίππιον. τὸν χαρακτῆρα, τὸν ἀπὸ τῆς βουλῆς ἐν ταῖς δοκιμασίαις τοῖς ἀδυνάτοις καὶ τετρυμένοις, ἵνα μηκέτι στρατεύωνται, τὸ παλαιὸν ἐκάλουν τρυσίππιον. τροχὸς δὲ ἦν ὁ ἐμβαλλόμενος χαρακτὴρ τῇ γνάθῳ τῶν ἵππων.* Loco huic Hesychii quaedam desunt. Nam post τετρυμένοις omnino addendum est, *τῶν ἵππων ἐπιβαλλόμενον*, ut recte monuit Petitus de Legg. Attic. Idem alibi: *Ἵππου τροχός. τοὺς γεγηρακόσιν ἵπποις ἐχάραττον ἐπὶ τὴν γνάθον σημεῖον, τροχοῦ σχῆμα ἔχον. ἐκαλεῖτο δὲ καὶ τρισίππιον.* Hinc ergo apparet, quid in hoc proverbio significent verba illa, *τὰ μείονα κύκλ' ἐπίβαλλε.* Apud Zenobium male legitur *τὸ μείονα κεῖκλ' ἐπ.*, pro quo ex hoc loco Suidae reponendum est *κύκλ' ἐπίβαλλε. Küst. κύκλ'] κύκλον A. V. E. 15. διὰ γῆρας] Hinc emenda Zenobium, apud quem corrupte legitur *δ' ἄκρας. Küst.* Küsteri emendationes Schottus occuparat.

1. Ἵππων, Ἵππ.] Est nomen proprium viri cuiusdam impii, cuius meminit Eustath. in Hom. p. 1224. *Port.* Melius a Clem. Alex. in Protr. nominatur cum Diagora Melio, Euemero et allis atheus. Hippon Rheginus ignem et aquam dixit esse rerum principia, Sext. Emp. adv. Mathem. (III. 4, 30. Athen. XIII. 610.) *Reines.* Vide Schol. Aristoph. Nub. 96. porro luculentam vocem Theodori Prodr. in Notices T. VIII. p. 86. Scholium in Aristot. Metaph. T. IV. p. 534. item fragmentum sub v. *Βρῦα*, et diligentissimam narrationem Bergkii Commentt. de antiq. com. p. 165. sqq. Ἵππωνος] *ὄνομα κύριον* addit *V. *σημαίνει δὲ καὶ τὸν τόπον, ἐν ᾧ οἱ Ἵπ.*] Sed tunc dicitur *ἱππών, ῶνος. Port.* Xenoph. Inst. Cyr. p. 496. (VIII, 6. 17.) *Toup.* MS. 2. Huic gl. Gaisfordus subiecit cum A. B. V. *Ἰππῶν δὲ περισπ.* Emendationem ministrant vv. Ἱπούμενος et Ἵπτω. 3. Ἱππώναξ Edd. Narrationem in epitomen redegit *Eudocia* p. 248. *πατρὸς Πύθεω*] πατρὸς om. A. V. E. 5. *Κωμᾶ*] Κομᾶ B. E. Opinor, *Κόμου.* 6. *πρὸς Βούπαλον*] Vide Horatium Epod. VI. et Anthol. lib. III. p. 393. itemque Suidam supra v. *Βούπαλος. Küst.* Vid. Iunii Catal. Artific. in *Anthermi. Hemst.* Cf. Welck. de Hipponacte p. 12. sq. 7. Vide sub finem gl. Ἵπυς. 9. Ἵπτω] Vide supra post v. Ἱποφορβός. 10. Ἵπυς, Ῥηγῖνος, ἱστ.] Vide de eo Vossium de Histor. Gr. lib. IV. c. 3. Meminit huius scriptoris Stephanus Byzant. v. Ἀρκάς, ubi Ἵππις vocatur. *Küst.* Praestat Ἵππυς: v. Clint. F. H. II. p. 371. 13. *Ἀργολογικῶν*] Sic quidem omnes editt. habent. Sed cum Lil. Gyraldo et Ioh. Ger. Vossio malim legere *Ἀργολικῶν. Küst.* Leg. *Ἀρχολογικῶν. Hemst. *Ἀρχαιολογικῶν* Eudocia p. 245. Et sic ex palaeographiae rationibus scribendum contendit Bastius Comm. Pal. p. 754. qui monet cod. Paris. praebere *ἀρχολογικῶν*. Equidem ex A. notavi *ἀργολικῶν. Guisf. *Ἀργολικῶν* etiam *V. quod reposui. 15. *Οὗτος πρῶτος ἔγραψε παρῳδίαν, καὶ χωλίαμβον, καὶ ἄλλα*] Quid Hipyi cum parodiis et choliambis, qui historicus fuit non poeta? Aut quis veterum scriptorum de Hipye memoriae prodidit, cum choliambis primum usum fuisse, quorum inventionem Hipponacti tribui constat? Quare, ut lectori breviter sententiam meam de loco hoc exponam, existimo verba haec incuria librariorum sede sua mota esse, et annecti debere articulo praecedenti Ἱππώναξ, quoniam de Hipponacte, ut diximus, scri-

---

Ἱπούμενος. Pressus, coactus. Aristophanes in *Equitibus*: *Pressus calamitatibus.* Ἵπποuριν. Sic galeam dixerunt, quae cristam ex equinis setis confectam habet. Ἱποφορβός. Equorum pastor. *φορβὴ* enim pabulum significat. Et Ἱπποφόρβιον, locus in quo equi aluntur. Ἵπτω. Laedo. *Valde vero laesisti populum Achivorum.* Ἰπῶ vero circumflexo notatum significat premo. Aristophanes: *Pressus calamitatibus.* Ἵππῳ γηράσκ. *Equo senescenti notam rotulae inure*, dicitur de iis quorum senectus aliqua relaxatione et quiete indiget. Ἵππων, Ἵππωνος. Hippo, nomen proprium, item *ἱππών*, stabulum equorum, contra *ἰπῶν* cum circumflexo. Ἱππώναξ. Hipponax, cuius pater Pythes, mater Protis fuerunt, Ephesius, iamborum scriptor, qui Clazomenis habitavit, a tyrannis Athenagora et Coma pulsus, scripsit in Bupalum et Athenidem statuarios, quod ipsius imagines in contumeliam effinxerant. Ἵπταται. Volat. Ἵπτω. Laedo, cum accusativo. Ἵπυς. Hipys, Rheginus, historicus, qui tempore bellorum Persicorum vixit, et primus res Siculas scripsit, quas postea Myes in compendium redegit. reliquit *Origines Italiae. Siculorum rerum* libros V. *Chronicorum* libros V. *Argolicorum* libros III. — Hic primus Parodiam et Choliambum et alia tentavit.

Ἱρά. ἐκκλησία. καὶ πληθυντικὸν Ἱραί.
Ἱράων προπάροιθεν·
Ὅμηρος.
Ἱρέων. ἐθνικόν.
Ἱρεῖον. θυσία.
Ἱρεῖς. ἐθνικόν.
Ἱρή. πόλις.
Ἶρις. νέφους ὑγρότης καὶ ἔμπτωσιν ἡλίου πεποικιλμένου, οἷον τὸ τόξον. ἢ αὐγαὶ ἀφ' ὑγρῶν νεφῶν ἀνακεκλασμέναι. ἢ ἔμφασις ἡλίου τιμήματος ἢ σελήνης ἐν νέφει δεδροσισμένῳ, κοίλῳ καὶ συνεχεῖ πρὸς φαντασίαν, ὡς ἐν κατόπτρῳ φανταζομένη, κατὰ κύκλου περιφέρειαν.
Τῆς ἴριδος τὸ χλωρὸν ἀέρος σημαντικόν· τὸ πυρρὸν πνευμάτων· τὸ δὲ μελανίζον ὑδάτων.
Ἶρις. ἀρσενικόν, ὄνομα ποταμοῦ. Θηλυκὸν δὲ σημαίνει τὴν ἄγγελον τῶν θεῶν.
Ἶρος. ὁ πτωχός· διὰ μακροῦ τοῦ ῑ. Ἰρὸς δὲ ὁ ἱερός, κατὰ κρᾶσιν.
Χῶρος ὅδ' ἰρός, ὡς ἀπεικάσαι, βρίων
δάφνης, ἐλαίας, ἀμπέλου· πυκνότεροι δ'
εἴσω κατ' αὐτὸν εὐστομοῦσ' ἀηδόνες.
Ἱρῶν μηνίσας. παρὰ Ὁμήρῳ.
Ἴρτιος. ὄνομα κύριον.
Ἶς. δύναμις, νεῦρα.
Ἴσα. πόλις. Ἴσα δὲ τὰ ὅμοια.
Ἴσσα. ἐπίθεγμα ἐπὶ τῶν ἀπολαχόντων καὶ ὅλως δυσπραγούντων. ἔστι καὶ ἐν Μεσσηνίᾳ Μενάνδρου καὶ ἑτέρωθι.
Ἰσαάκ. ὄνομα κύριον.
Ὅτι ἐπιξενωθεὶς ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραὰμ ἐπηγγείλατο τέξεσθαι Σάρραν αὐτῷ παῖδα, ἡ δὲ ἐμειδίασε, καὶ Ἰσαὰκ τὸ γεννηθὲν προσηγορεύθη φερωνύμως τῷ μεθ' ἡδονῆς γέλωτι κατὰ τὴν Ἑβραΐδα διάλεκτον.
Ἴσα βαίνων Πυθοκλεῖ. Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου· ἀντὶ τοῦ, συνὼν ἀεὶ καὶ μὴ βραχὺ

---

ptores testantur, cum carminis choliambici vel scaxontis inventorem fuisse. Hephaestion de Metris p. 16. Ἔστιν ἰαμβικὸν ἐν τοῖς ἀκαταλήκτοις (ἰαμβικοῖς) καὶ τὸ Χωλὸν καλούμενον· ὅπερ τινὲς μὲν Ἱππωνακτος, τινὲς δὲ Ἀνανίου φασὶν εὕρημα. Clemens Alexandrinus Strom. lib. I. p. 226. Καὶ μὴν ἰαμβεῖον μὲν ἐπενόησεν Ἀρχίλοχος ὁ Πάριος, χωλὸν δὲ ἰαμβεῖον Ἱππώναξ ὁ Ἐφέσιος. Plura auctorum loca huc spectantia accumulare possem; sed haec ad probandam coniecturae meae veritatem sufficere arbitror. Küst. Recte Küster. Vide omnino Athenaeum XV. p. 698. Schol. Arist. Ran. 674. Toup. MS. Eadem protulit Küsterum ignorans Rankius de Hesychio p. 54. Quod ad parodias attinet, documentum excitavit Athenaeus XV. p. 698. cf. Prellerum in Polemonis fr. p. 79.

1. Ἱρά] V. Muetzell. de Em. Theog. p. 112. sq. 3. Ὅμηρος] Il. ε. 531. Küst. 4. Ἱρέων. ἐθν.] Vide Stephanum Byzantium v. Ἱρά. Küst. Apud Stephanum extat Ἱρινύς, quo nihil invamur. Legendum opinor Ἱρασίων et Ἱρασίς. 5. θυσία] τὸ θῦμα Herod. Epimer. p. 51. ἱερεῖον addit E. 7. πόλις] Post h. v. addunt A. B. V. E. Ἡρώδανός ποταμός. 8. νέφους ὑγρότης] νέφος· ὑγρότης Photius (ubi mox πεποικιλμένον οἷον τόξον) et Lex. Bachm. p. 263. ubi πεποικιλμένον. Zon. p. 1120. νέφος ὑγρόν... πεποικιλμένον, ὃ καλεῖται τόξον. 9. ἢ αὐγαὶ] Haec et quae sequuntur usque ad κατὰ κύκλου περιφέρειαν leguntur apud Laertium in Zenone, lib. VII. segm. 152. unde ea Suidas descripsit. Vide etiam Scholiastam Arati in Διοσημ. p. 120. et 121. (408.) ubi veterum quorundam philosophorum de Iride sententias recenset. Küst. Cf. Reiff. in Artemid. p. 376. et Ukerti Geogr. antiq. II. 1. p. 112. sqq. ἀφ' ὑγρῶν] ὑφ' ὑγρῶν E. Zon. Mox ἀνακλασμέναι V. 14. ἴσιον δὲ ὅτι τῆς ἴριδος Zon. 16. ἀρσενικόν — θηλυκόν] ἀρσενικῶς — θηλυκῶς E. Ac praestat θηλυκως. ὄνομα ποταμοῦ] Vide Dionys. Perieg. 783. ibique Eustath. 18. Ἶρος] Vid. Παύσων. Hemst. μακροῦ] μικροῦ V.

2. Χῶρος δ' ὅδ' ἰρός, ὡς ἀπ.] Sophocl. Oedip. Colon. 16—18. δ' ὅδ'] δ' om. A. B. E. Med. Zon. Mox ἱερός B. E. ἰρὸς pauci codd. ap. Soph. 3. πυκνώτερον] Apud Sophoclem hodie legitur πυκνότεροι: quod magis probo. Küst. Ab vero proxime πυκνότεροι A. B. V. E. Zon. πυκνώτεροι °V. 4. αὐτόν] αὐτῶν B. E. 5. Ἱρῶν] Ἱερῶν B. E. Mox Ὁμήρου V. Locus est Il. ε. 178. 8. Ἴσα] Quam vulgo Ἴασαν dictitant: v. Athen. I. p. 28. D. et Neumanni N. Popul. II. p. 150. sq. Adde Steph. Byz. et v. Ἰσσαῖος, item v. Ἰσσός. 9. ζ' λαχόντων] ἀπολαχόντων Photius. Illud ζ' ex compendio vocabulae ἀπὸ male intellecto derivari videtur. Non dubitavi Suidam ex Photio corrigere. ἐπὶ τῶν ζ' λαχόντων καὶ om. Zonaras. Antiatticista Bekkeri: Ἴσσα τὸ ἐπιχαρτικὸν ἐπιφώνημα, μέμφεται. Πλάτων Λαΐῳ. Gaisf. Tetigit etiam Meinekius in Menand. p. 18. item in Com. Vol. IV. p. 80. exclamationem intelligens hominum malevolorum alienis malis gaudentium. 10. Μεσσανίᾳ] Μεσσηνίᾳ (vel Μεσσηνίᾳ) A. B. V. E. Med. Phot. 13. ἐπιξενωθεὶς ὁ θεὸς τῷ Ἀβρ.] Haec leguntur etiam supra v. Ἀβραάμ. Küst. Nec dubium quin e superiore glossa fluxerint. Ὅτι Gaisf. cum °V. praemuniit. 15. Cf. v. Ἰσμαήλ. 17. Ἴσα βαίνων Πυθοκλεῖ. Δημοσθένης ἐν τ.] Ex Harpocratione. Eodem proverbio usus est Athen. lib. V. p. 213. ubi inquit: Καὶ παρελθὼν ὁ περιπατητικὸς ἐπὶ τὴν ὑρχήστραν, ἴσα βαίνων Πυθοκλεῖ, εὐχαρίστησά τε τοῖς Ἀθηναίοις καὶ ἦρξ. In quem locum Casaubonus haec notat: „Assentior Suidae, ἴσα βαίνειν τινί esse, moribus atque ingenio cum aliquo conspirare. In hoc tamen proverbio aliter accipiendum, pro tanto fastu ac pompa incedere, ac faceret Pythocles: quod Graeci σοβεῖν dicunt. Vel pro vivere alicuius moribus. Βαίνειν

Ἱρά. Concio. pluralis Ἱραί. Homerus: *Ante conciones.* Ἱρέων. Gentile nomen. Ἱρεῖον. Victima. Ἱρεῖς. Gentile nomen. Ἱρή. Urbs. Ἶρις. Iris est nubes humida, quae ad incidentes solis radios varios colores exhibet, instar arcus, vel splendor ex nubibus humidis reflexus, vel species solis particulae sive lunae, quae in nube rorante, cava et continuata obiicitur, tanquam in speculo, ad circuli orbem assimulata. — Iridis color viridis aerem significat; ruber, ventos; niger, aquas. Ἶρις. Iris, cum est masculini generis, significat nomen fluvii, cum vero feminini generis, Iridem deorum nunciam. Ἶρος. Cum nomen est mendici, natura habet ῑ productum. Ἰρὸς vero, sacer, per crasin efficitur. *Locus autem hic sacer est, ut coniectare licet, quippe refertus lauro, olea, vite; coetus etiam luscinlarum suaviter in eius recessu canunt.* Ἱρῶν μηνίσας. Sacrorum causa iratus, apud Homerum. Ἴρτιος. Nomen proprium. Ἶς. Robur, nervi. Ἴσα. Urbs. ἴσα vero, similia. Ἴσσα. Vox in eos dicta, qui sorte excidunt, et qui modis omnibus sunt infelices, extat in Messenia Menandri et alibi. Ἰσαάκ. Nomen proprium. Deus hospitio exceptus ab Abrahamo promisit ei fore, ut Sara filium pareret, illa vero risit; unde filius eius appellatus est Isaac, quae vox Hebraica lingua *risum* significat. Ἴσα βαίνων Πυθοκλεῖ. Demosthenes in oratione contra Aeschinem, id est, cum eo semper versans et ne minimum

ἀφιστάμενος. καὶ Μένανδρος·

Παρ' αὐτὸν ἴσα βαίνουσ' ἑταίρα πολυτελής.

Ἴσα γὰρ ἀληθῶς φαίνεταί μοι ψεύδεσιν. ἐπὶ τῶν ἀμφιβόλων πραγμάτων καὶ δυσελπίστων. Ἀριστοφάνης Ὄρνισι.

Ἰσάγγελος. ἴσος ἀγγέλῳ.

Ἰσακίῳ. ἀνδρείῳ.

Ἴσακος. Ἑλληνιστὶ εἴρηται ὁ Ἰσαάκ.

Ἴσαμεν. καὶ Ἴσασι, γινώσκουσι.

Ἴσαν. ἐπορεύθησαν. παρ' Ὁμήρῳ καὶ μόνον· σημαίνει δὲ καὶ τὸ ἔγνωσαν.

Ἴσανδρος. ὄνομα κύριον.

Ἴσας δ' ὑσμίνῃ κεφαλὰς ἔχον. ἢ τε τῶν Ἑλλήνων φησὶ καὶ ἡ τῶν βαρβάρων μάχη ἰσοκέφαλος ἦν.

Ἴσασι. γινώσκουσιν.

Οἱ γὰρ κακοὶ γνώμαισι, τἀγαθὸν χεροῖν ἔχοντες, οὐκ ἴσασι πρὶν τις ἐκβάλῃ.

Ἴσαυροι. ζήτει ἐν τῷ Βρύχιος.

Ἴσατο. καθίδρυσεν.

Ἰσδιγέρδης. ὄνομα κύριον.

Ἰσραηλίτης. Ἑβραῖος.

Ἰσαῖος. εἷς μέν ἐστι τῶν δέκα ῥητόρων, μαθητὴς δὲ Ἰσοκράτους, διδάσκαλος δὲ Δημοσθένους,

---

a consequenti est βιοῦν. Sic ἁβρὰ βαίνειν dicebant pro molliter et delicate vivere." Haec Casaubonus. *Küst.* Lex. Seg. (p. 267. Bekk.) addit *ἀντὶ τοῦ μετὰ Πυθοκλέους ἀναστρεφόμενος*. Conf. Bergler. in Alciphr. III, 56. T. II. p. 172. *Bast.* Omnino *ἴσα βαίνειν* usu proverbiali dictum (v. Longin. 44, 7.) respondet fere vernaculo *gleichen Schritt halten*, assentatoris modo nusquam ab latere hominis potentis discedere. De quo verissime Buttmannus disputat, errorem Casauboni refugens, in Friedem. Miscell. T. II. p. 51. *Δημοσθένης*] F. Leg. p. 442, 15. *μηδὲ*] *μὴ* dedi cum B. V. Phot. Harpocr. Pal.

1. *Μένανδρος*] Fr. 228. Meinek. 3. *φαίνεται*] *φαίηται* V. 5. *Ἀριστοφάνης Ὄρνισι*] V. 1163. 6. *Ἰσάγγελος*] Ad Luc. XX, 36. rettulit Tittmannus. 7. *Ἰσακίῳ*] Item Photius, Hesychius, Zonaras. *Ἰσανίῳ* V. *Ἰσακτίῳ* Lex. Bachm. p. 263. 10. *καὶ μόνον*] Haec verba sunt somnium inepti cuiusdam hominis. Nihil enim ad hunc locum faciunt: immo falsa penitus sunt, si haec ita intelligere velis, quasi apud Homerum solum vox *ἴσαν* pro *ἐπορεύθησαν* legatur. *Küst.* Mihi, ut verum fatear, secus videtur; et ab ipso Suida addita putem illa *καὶ μόνον*. Quae non ita intelligenda sunt, quasi apud Homerum solum et non apud alios *ἴσαν* pro *ἐπορεύθησαν* legatur, sed quod apud Homerum hac sola significatione *τοῦ ἐπορεύθησαν* occurrat verbum *ἴσαν*, non vero in altera illa significatione, qua etiam apud alios reperitur, pro *ἔγνωσαν*. Et hoc verum est: non enim, quod sciam, verbum illud alio significatu quam priore apud poetam legitur. *Bos.* Animadv. ad Ser. Gr. p. 158. Recte Suidas, *Ἴσαν, ἐπορεύθησαν*. Quo sensu apud Homerum gaudet vox ista et praeterea nullo. Haec est mens lexicographi. Quod et recte vidit Lambertus Bos. Ita autem locutus est Strabo lib. I. p. 29. *Οἱ δὲ ἡμίτροι καὶ μόνον ποιητὴν ἐφασαν εἶναι τὸν σοφόν*. Enagrius Hist. Eccles. lib. I. c. 21. *Καὶ κοινὴ τράπεζα παρατίθεται, — ἐσθίοις μόνοις δεξιουμένη, ἐς τοσοῦτον χορηγουμένοις, ὅσον ἀποζῆν, καὶ μόνον*. Suidas v. *Ζυήλην*: *μαχαίριον, ὅσον ξυήλην Λακωνικήν· ἣν Ἀττικοὶ κυζῆσιν, Λάκωνες δὲ ξυήλην λέγουσι μόνον*. Ubi male Küster. Legendum, *Λάκωνες δὲ ξυήλην λέγουσι καὶ μόνον*. [E Suida Toupius debuerat locum v. *Ἀντιφιλοτιμοῦντο* depromere.] Heliodor. I, 29. p. 53. *Ὁ δὴ πολλοὶς εἰς τὸ παροξῦναι καὶ μόνον πρὸς μάχην ἤρκεσε*. Confer eundem IV, 19. p. 197. et VII, 28. p. 360. Confer etiam Aeschinem de Virtute c. 12. et Synesium de Febribus p. 174. Ita Aelian. Var. Hist. IX, 40. *Ὅτι Καρχηδόνιοι δύο κυβερνήτας εἰωθασιν εἰς τὴν ναῦν, ἄτοπον λέγοντες εἶναι, δύο μὲν πηδάλια ἔχειν, τὸν δὲ λυσιτελέστατον τοῖς ἐμπλέουσι καὶ τὴν ἀρχὴν ἔχοντα τῆς νεὼς ἑρμῆνα εἶναι καὶ μόνον διαδόχου καὶ κοινωνοῦ*. Ubi T. Faber ist-haec duo verba *καὶ μόνον* glossema esse temere pronunciat. Haud absimili formula utitur Plutarchus in Agesilao p. 382. *καὶ μᾶλλον* (ubi perperam Du Soul.): *Ἔστι δὲ (Ἀγησίλαος) ὅπου πρὸς τὸ συμφέρον ἐχρῆτο τῷ καιρῷ καὶ μᾶλλον*. Sensus est: *Idque magis fortasse quam par erat. Toup.* I. p. 274. Atqui *ἴσαν* duobus in locis Homeri significare id quod est *ἔγνωσαν*, in Il. *σ'*. 405. quo Apollonius utitur, et Od. *δ'*. 772. in formula bis repetita, *τὰ δ' οὐκ ἴσαν ὡς ἐτέτυκτο*, plures monuerunt. Itaque praestare videretur *καὶ οὐ μόνον* Albertii in Hesych. et Tollii in Apollonium p. 372. coniectura, nisi ratio dicendi parum in Suidam quadraret. Porro *καὶ μόνον* servat etiam Zon. p. 1127. Mihi quidem, si tamen formulam istam Suidas posuit, *ἴσαν* Homericum illud sive poeticum ab Atticorum usu abiudicasse videtur. Quamquam, fateor, ratio dicendi satis incerta est et a consuetudine grammaticorum recedit. Itaque Hermanno, cuius sententiam sciscitabar, placuit verborum transpositio: *Ἴσαν, ἐπορεύθησαν. σημαίνει δὲ παρ' Ὁμήρῳ καὶ τὸ ἔγνωσαν*. Idem vero suspicatur *καὶ μόνον* ex annotatione librarii cuiusdam fluxisse, qui sub gl. *Ἴσαι ψῆφοι* in Aeschinis loco scriptum repperisset *εἰ δὲ καὶ μία μόνον ψῆφος ἐ.* vel indicium diversae lectionis in alienam sedem traduxisset. Verum utrique coniecturae repugnat fides Photii Suidae Zonarae consentiens. 12. Gl. tacite posuit Gaisf. cum *V.

1. *Ἴσας δ' ἰσμίνῃ κεφαλὰς ἔχον*] Haec sunt verba Homeri Il. *λ'*. 72. in quem locum vide veterem Scholiastam et Eustathium. *Küst.* *Ἰσμίνῃ*] Lege *ὑσμίνῃ*, ut apud Homerum. *Küst.* Sic A. B. E. *V. Med. 2. ἡ* posterius om. Zon. et Schol. Hom. 5. *Οἱ γὰρ κακοὶ γνώμαισι, τἀγαθὸν χερ.*] Sophocl. Al. 964. sq. *τἀγαθὸν*] *τἀγαθ' ἐν* E. qui infra *ἐκβάλοι*. 7. *Ἴσαυροι*] *Ἴσαυρος* E. *ζήτει* Gaisf. addidit cum *V. Sed glossa repugnat ordini litterarum. 8. *Ἴσατο*] Pro *εἴσατο*. Vide supra h. v. *Küst.* Immo *ἴσατο* sive *εἴσατο*. 9. Sic Agathias IV, 27. *Ἰσδηγέρδης* Theognostus Crameri p. 14, 19. 10. Haec expungenda sunt. 11. *Ἰσαῖος. εἷς μ.*] De hoc vide Dionys. Halicarnass. in tractatu *περὶ τῶν ἀρχαίων ῥητόρων*, Plutarchum in Opusculo *περὶ τῶν δέκα ῥητόρων*, Philostratum lib. I. de Vitis Soph. p. 513. et Photium Cod. CCLXIII. *Küst.* *μὲν* ex varietate lectionis natum est. *μαθητὴς μὲν* recte *Eudocia* p. 247. ubi desunt *Δημήτριος — εἶναι*. Contra Photius cessat in *εἶναι*.

---

quidem ab eo recedens. Menander: *Meretrix sumptuosa, quae semper eius latus tegeret.* *Ἴσα γὰρ ἀλ. Haec enim revera mihi mendacio similia videntur.* Aristophanes *Avibus*. dicitur de rebus dubiis et desperatis. *Ἰσάγγελος*. Similis angelo. *Ἰσακίῳ*. Forti. *Ἴσακος*. Sic Graece vocatur Isaac. *Ἴσαμεν*. Et *Ἴσασι*, sciunt. *Ἴσαν*. Iverunt: apud Homerum non solum hic significatus extat, sed notat etiam id quod est cognoverunt. *Ἴσας δ' ὑσμίνῃ κεφ. Paria autem in pugna capita habebant.* id est, Graecorum et barbarorum acies pari numero militum constabat. *Ἴσασι*. Cognoscunt. *Nam homines mali, bonum manibus tenentes, id non prius intelligunt, quam amiserint.* *Ἴσαυροι*. Vide in v. *Βρύχιος*. *Ἴσατο*. Posuit. *Ἰσδιγέρδης*. Nomen proprium. *Ἰσραηλίτης*. Hebraeus. *Ἰσαῖος*. Isaeus, unus e decem oratoribus, discipulus Isocratis, magister autem Demosthenis, genere Athe-

Ἀθηναῖος τὸ γένος. Δημήτριος δὲ Χαλκιδέα φησὶν αὐτὸν εἶναι. οὗτος ἐπαινεῖται καὶ ὡς ῥήτωρ καὶ ὡς Δημοσθένην ἀμισθὶ προαγαγών.

Ὅτι Ἰσαίου τοῦ ῥήτορος νεωτέρου ἀσωτευομένου, ὕστερον δὲ σωφρονήσαντος, ἤρετο αὐτόν τις· Τίς ἄριστος τῶν ἰχθύων καὶ τῶν ὀρνέων εἰς βρῶσιν; Πέπαυμαι, ἔφη ὁ Ἰσαῖος, ταῦτα σπουδάζων· ξυνῆκα γὰρ τοὺς Ταντάλου κήπους τρυγῶν, ἐνδεικνύμενος δήπου τῷ ἐρομένῳ ταῦτα, ὅτι σκιὰ καὶ ὀνείρατα αἱ ἡδοναὶ πᾶσαι.

150 Ἰσαῖος. ὁ πολίτης.

Ἰσαιών, Ἰσαιῶνος. ὄνομα κύριον.

Ἴσαι ψῆφοι. ἐπὶ τῶν παρ' ὀλίγον ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἁλισκομένων. ἀναλύονται γὰρ οἱ διωκόμενοι ἀπὸ τῶν δικαζομένων, ἂν ἴσαι γένωνται ψῆφοι, ἐν αἷς ἀπολύεται ὁ ἐγκαλούμενος.

Ἴσαι ψῆφοι. Αἰσχίνης κατὰ Κτησιφῶντος· Ἕτερος δὲ πλεύσας ἰδιώτης εἰς Ῥόδον, ὅτι τὸν φόβον ἀνάνδρως ἤνεγκε, πρώην μέν ποτε εἰσηγγέλθη, καὶ ἴσαι αἱ ψῆφοι αὐτῷ ἐγένοντο. εἰ δὲ μία ψῆφος ὑπερέπεσεν, ὑπειρώριστο ἂν καὶ ἀπέθανεν.

Ἴσαι ψῆφοι.

Ὡς ἀπόλοιτο, κἂν ἴσαι ψῆφοι γένωνται. ὑπερβολικῶς εἴρηται. ὅταν γὰρ αἱ ψῆφοι ἴσαι ἐγένοντο, ἀπελύετο ὁ κατηγορούμενος.

Ἰσηγορεῖ. ἐπίσης λέγει, ἰσολογεῖ. Πολύβιος· Οὕσης δημοκρατίας παρὰ τοῖς Μεσσηνίοις, καὶ τῶν μὲν ἀξιολόγων ἀνδρῶν πεφυγαδευμένων, τῶν δὲ κατακεκληρουχημένων τὰς τούτων οὐσίας ἐπικρατούντων τῆς πολιτείας, δυσχερῶς ὑπέφερον τὴν τούτων ἰσηγορίαν οἱ μένοντες τῶν ἀρχαίων πολιτῶν.

Ἰσηλίκων. τῆς αὐτῆς ἡλικίας. Γυναικῶν ἰση-

---

1. *Χαλκιδέα*] Vide Schoemanni praef. Isaei p. V. 3. *ὡς Δημοσθένην ἀμισθὶ πρ.*] Vide Plutarch. in Demosthene p. 848. *Küst.* *Δημοσθένη* V. 4. *Ἰσαίου τοῦ ῥήτ. νεωτ. ἀσωτ. ὕστερον δὲ σωφρ.*] Articulum hunc descripsit Suidas ex Philostr. de Vitis Soph. p. 512. ut Pearsonus observavit. *Küst.* Recurrunt haec in v. *Ταντάλου κήπους τρυγῶν*, nulla voce minus. *Ὅτι* Gaisf. cum *V. Initium narrationis, quod ipsa verborum arguit stribligo, Suidas ex ingenio finxit. 6. *τῶν ὀρνίθων καὶ τῶν ἰχθύων* Philostr. libri praeter unum. 7. *Πέπαυμαι, ἔφη ὁ*] *ὁ δὲ πέπαυται ἔφη* E. 9. *σκιὰ*] *σκαὶ* B. E. 11. *Ἰσαῖος*] *Ἰσαίου* A. B. V. Med. Vide supra v. *Ἴσα*. 13. *Ἴσαι ψῆφοι*] Vide Harpocrationem h. v. *Küst.* Harpocratio quidem nihil ad hanc glossam sed ad continuam. *Ἴσαι* constanter edd. De rationibus instituti Attici luculente disseruit Aristoteles Probl. 29, 13. cuius testimonium ex Atticorum etiam Politia protulit lexicon post Photium ed. p. 670. sq. Adde quae comparavit C. Fr. Hermannus Antiqu. comment. §. 143. 14. *ἀπολύονται*] *ἀναλύονται* A. V. E. Photius et Edd. ante Küsterum, qui tacite correctionem Porti receperat. 15. *ἀπὸ τῶν*] *ἐπὶ τῶν δ. καὶ ἴσαι γεννῶνται* Phot. Deinde *αἱ* ante *ψῆφοι* add. *V. 16. *ἐν αἷς ἀπολύεται ὁ ἐγκ.*] Glossa haec est supervacanea, et ex margine in textum irrepsisse videtur. *Küst.* Hanc etiam observationem a Porto mutuatus est Küsterus. Ceterum adeo plebeius est huius explicationis color, ut censuram potius quam medelam requirat.

1. *Ἴσαι ψῆφοι*] Caput glossae reddiderunt A. B. E. *V. Phot. et Harpocr. *Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος*] Pax III edit. Henr. Stephani. *Küst.* Sive §. 252. *ἐν τῷ* om. A. B. E. *V. Harpocr. Phot. Dein Aeschines, *ἕτερος δ' ἰδιώτης ἐκπλεύσας εἰς Ῥ.* 2. *φόβον*] In prioribus editt. mendose legitur *φόνον*, cuius loco *φόβον* ex MSS. et Aeschine reposui. *Küst.* *φόβος* Phot. Harpocr. *φόρον* V. E. 3. *μέν* om. Aeschines, cuius alii libri *αὐτῷ αἱ ψῆφοι*. 4. *ἐγένοντο*] *ἐγένοντο* A. Deinde *ὑπερέπεσεν*, quod scribi debuit *μετέπεσεν*, e finitimo *ὑπειρώριστο* labem apparet duxisse. *εἰ δὲ μία ψῆφος ὑπερέπ.*] Apud Aeschinem legitur, *εἰ δὲ μία ψῆφος μετέπεσεν, ὑπειρώρισθ' ἂν ἢ ἀπέθανεν. Küst.* Immo legitur, *εἰ δὲ μία μόνον μετέπεσεν.* Sed *ψῆφος* Harpocratio. 7. *Ὡς ἀπόλοιτο, κἂν ἴσαι ψῆφοι γένωνται*] Haec sunt verba Aristoph. in Ran. 696. ubi vide veterem enarratorem. *Küst.* Haud temere suspicatur, qui glossam ab hominibus studiosis ascriptam opinetur. 8. *ἐγένοντο*] *ἐγένετο* dedi cum A. B. V. E. Sed refingendum *γένωνται*, *ἀπολύεται* cum Schol. Aristoph. sive gl. *Ὡς ἀπόλοιτο*. 10. *Ἰσηγορεῖ· ἐπίσης λέγει. Ἰσολογεῖ. Πολέβιος*] Sic omnes edd. Admodum fallor, si scripserit Suidas, *Ἰσηγορεῖ. ἐπίσης λέγει, ἰσολογεῖ. Ἰσηγορία. Πολ.* etc. Haec nova glossa est a praecedentibus secernenda. Etenim in Polybii exemplo allato legis, *τὴν τούτων ἰσηγορίαν*. Ergo hanc vocem proposuerat. Facem praefert Hesychius: *Ἰσηγορεῖ. ἐπ' ἴσης λέγει, ὁμοτίμως.* Scr. *ἰσολογεῖ*. Deinde *Ἰσηγορία. ἰσολογία.* Photius etiam (cum quo passim Suidas convenit) quattuor priora coniungit vocabula. *Albert.* Misc. Critt. p. 277. Duae glossae coniungendae sunt: *Ἰσηγορεῖ. ἐπίσης λέγει, ἰσολογεῖ. Πολύβιος.* In Polybii enim fragmento legitur *ἰσηγορία. Pierson.* in Moer. p. 204. Non modo Hesychius et Photius itemque Lex. Bachm. p. 263. sed ordo etiam litterarum persuadet utrasque gl. coniungendas esse. Schweighaeuserus tamen in Polyb. VII, 10. Albertio praecunte supplebat *καὶ Ἰσηγορία* ante *Πολύβιος*. Verum hoc facile caremus, cum Suidas consimiles voces sub unam glossam cogere soleat. 13. Immo *κατακεκληρουχηκότων*. 15. *μένοντες τῶν ἀρχαίων*] *οἱ ἀρχαῖοι τῶν* A. 16. *Γυναικῶν*] Hoc fr. Aeliano tribuit Valckenarius *ἑαυτῇ*] *ἑαυτὴν* A. B. V. E.

---

niensis. Demetrius vero perhibet Chalcidensem. hic laudatur, quod et eloquentia praestitit et Demosthenem sine mercede instituit. *Ἰσαίου τοῦ ῥήτ.* Isaeum rhetorem, qui cum in adolescentia luxuriae deditus fuisset, postea ad bonam frugem se reciperet, quidam interrogavit, quis piscis quaeque avis esu esset suavissima, tum ille: *Desii*, inquit, *his rebus studere, quoniam intellexi me Tantali hortos vindemiasse.* quibus verbis indicare voluit illi, qui haec percontabatur, omnes voluptates umbrae et somnio similes esse. *Ἰσαῖος.* Civis Issae urbis. *Ἰσαιών.* Nomen proprium. *Ἴσαι ψῆφοι.* Paria suffragia. de iis dictum qui condemnationem in iudicio vix evaserunt, rei enim ab iudicibus absolvuntur, si pares sint sententiae. *Ἴσαι ψῆφοι.* Aeschines in Oratione contra Ctesiphontem: *Alius vero quidam piratus, in Rhodum navigans, quod timide pericula tolerasset, nuper criminis publici accusatus est, et pares sententiae habuit. quod si vel una sententia ad reliquarum numerum accessisset, vel exilio vel morte multatus fuisset.* *Ἴσαι ψῆφοι. Periturum quamvis paria suffragia fuerint.* hoc hyperbolice dictum est, cum enim suffragia paria erant, reus absolvebatur. *Ἰσηγορεῖ.* Pari dicendi libertate fruitur. libertate fruitur. Polybius: *Cum plebs apud Messenios rerum potiretur, et clarissimi quique viri in exilium pulsi essent, eorum vero qui bona inter se diviserant, reip. praeessent: veteres cives, qui in urbe remanserant, aegre ferebant eos aequo secum iure gaudere.* *Ἰσηλίκων.* Aequalium. Cum

λίκων χορὸν ἑαυτῇ περιχέασα· γηραιαὶ δὲ αὗται, χορὸς θεοφιλής· καὶ καθεῖσαι τὰς παλαιὰς ἐκείνας κόμας ἐθεοκλύτουν.

Ἴσημι. γινώσκω.

Ἰσίδωρος πρεσβύτερος, ὁ Πηλουσιώτης, ἀνὴρ ἑλλογιμώτατος, φιλόσοφός τε καὶ ῥήτωρ. Ἐπιστολὰς ἑρμηνευούσας τὴν θείαν γραφὴν γ γέγραφε, καὶ ἄλλα τινά.

Ἰσίδωρος φιλόσοφος· ὃς ἐφιλοσόφησε μὲν ὑπὸ τοῖς ἀδελφοῖς, εἴπερ τις ἄλλος, ἐν τοῖς μαθήμασιν ἐπιμελής τε ** ἐν ἱεροῖς, καὶ τὰ πρὸς ταῦτα κατασκευάζειν ἅπαντα, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἱκανώτατος εἰς ὑπερβολήν. ἐμοί τε δοκεῖν τὴν ζωὴν μὲν ἦν φιλόσοφος, τὰ δὲ πρὸς ἐπιστήμην οὐ διεξητασμένος· ἀγύμναστος ὢν μᾶλλον ἢ ἀφυὴς τὰ διαλεκτικά. νέῳ δὲ ὄντι θαυμαστόν τι συμβέβηκεν. ἀδελφῆς γὰρ υἱὸς αὐτοῦ καὶ ἡλικιώτης, ἔτη ιή γεγονώς, ἐπιδιξάμενος εὐθὺς ἐκ νέων φύσεώς τινα ᾠμὴν δαιμονίαν, ἀπὸ τοῦ τέγους πεσὼν ἐτελεύτα παραχρῆμα τὸν βίον· καὶ πένθους ἐπ' αὐτῷ μεγάλου συνεστῶτος, ἐπιφοιτῶν ἐνύπνιος τῷ Ἰσιδώρῳ τοῦτον παρεμυθεῖτο.

Ἰσσικὸς κόλπος. 151

Ἰσσιονίας. ὄνομα κύριον.

Ἶσις, Ἴσιδος. ὄνομα δαίμονος. καὶ ἡ κλητικὴ ὦ Ἶσι.

Σὺ δὲ ὦ Ἶσι τάλαινα μενεῖς ἐπὶ χεύματα νήσου.

Ἶσις. αὕτη λέγεται Ἰώ, ἣν ἥρπασεν ὁ Ζεὺς ἐξ Ἄργους, καὶ τὴν Ἥραν φοβούμενος μετέβαλεν αὐτὴν ποτὲ μὲν εἰς λευκὴν βοῦν, ποτὲ δὲ εἰς μέλαιναν, ποτὲ δὲ ἰάζουσαν· μεθ' ἧς πλανώμενος ἦλθεν εἰς Αἴγυπτον. τιμῶσιν οὖν Αἰγύπτιοι τὴν Ἶσιν· διὸ ἐπὶ κεφαλῆς τοῦ ἀγάλματος αὐτῆς κέρατα βοὸς γλύφουσι, δηλοῦντες τὴν ἐπὶ βοῦν τῆς κόρης μεταβολήν.

Ἴσθι. γίνωσκε.

---

1. γηραιαὶ] γηραιαὶ δὲ V. 2. Novissima repetuntur sub v. Καθεῖσαι, unde verborum collocatio refingenda. In locus facile persuasit, ut sublata distinctione continuarem καὶ καθεῖσαι . . . κόμας ἐθεοκλύτουν, quibus adde Ἠλιόν τε καὶ Δίκην. His consentaneum ut περιχέασα pro nominativo absoluto, quem Aelianus deperiit, habeatur: quo posito καὶ tollendum videtur. Ceterum ἑαυτῇ num certum ratumque sit ambigimus. Quamquam non satisfacit ἑαυτὴν πέρι χέασα. 5. Ἰσίδωρος] Vid. Ἑρμείας. Hemst. πρεσβύτης] πρεσβύτερος A. 6. Ἐπιστολὰς ἑρμην. τὴν θείαν γραφὴν γ.] Portus ridicule, Scripsit epistolas tres etc. Isidorum enim plures epistolas quam tres scripsisse satis constat. Quare dubitandum non est, quin Suidas nota illa significare voluerit 3000. qui numerus nimius videri non debet, cum epistolae Isidori huius, hodie superstites, bis mille excedant. Potuit igitur et alias epistolas Isidorus scripsisse, quae vel iniuria temporum interciderunt, vel adhuc in tenebris bibliothecarum latent. Vide praeterea de hoc loco Suidae Sirmondum in Facundum Hermianens. p. 79. Küst. Ceterum distincte γ' Med. γ, V. E. 9. Ἰσίδωρος φιλόσοφος, ὃς ἐφ.] Hic Isidorus philosophus vixit initio saeculi V. discipulumque et in schola Atheniensi successorem habuit Damascium, qui eius vitam litteris mandaverat, ex qua Eclogam satis prolixam exhibet Photius in Bibliotheca. Ex illa Vita Suidam articulum hunc descripsisse dubium non est; praesertim cum multa alia apud eundem sint loca, quae inde deprompta esse certo constat. Küst. Καὶ ζήτει ἐν τῷ Ἁπίκιος Μάρκος V. in marg. ap. Gaisf. 10. τοῖς ἀδελφοῖς] τῆς ἀδελφῆς E pr. 11. τε καὶ] καὶ om. A. B. E. *V. Non modo praegressum μὲν sed ipse sententiae tenor vincit quaedam intercidisse. Nos καὶ sublato lacunam significavimus. 13. εἰς ὑπερβολὴν om. E. 14. τὰ δὲ πρὸς ἐπιστ. οὐ διεξητ.] Huc spectant ea, quae de Isidoro leguntur infra v. Συριανός. Küst. οὐ διεξητασμένος] οὐ om. B. E. Videas simile Damascii iudicium in v. Ἱεροκλῆς. 16. ἀδελφῆς γὰρ υἱός] Vide supra v. Δαιμονία, ubi eadem leguntur. Küst. 17. αὐτοῦ] αὐτῷ dedi cum B. E. Med. Mox ὑπὸ τοῦ τέγους Med.

1. ἀπὸ τέγους gl. superior. 5. Ἰσσικὸς κόλπος] Vide Dionys. Perieg. 119. 6. Ἰσσιονίας] Ἰσσωνίας A. B. V. E. Neutrum recte se habet. 7. Ἶσις et Ἴσι edd. itidemque in gl. continua. δαίμονος καὶ] κύριον E. 9. ἐπὶ χεύματος νήσου] Fortasse legendum est ἐπὶ χώματι νήσου. Sensum autem scriptoris, ex quo haec excerpta sunt, quis ex tam mutilis et laceris reliquiis divinare queat? Küst. Est versus Sibyllinus, cuius meminit Clemens Alexandrinus Cohort. ad Gent. c. 4. [p. 44.] ubi ita haud paulo emendatior legitur: Ἶσι, θεὰ τριπάλαινα, μενεῖς ἐπὶ χεύμασι Νείλου Μούνη, μαινὰς ἄνανδος, ἐπὶ ψαμάθοις Ἀχέροντος. Toup. Utriusque scriptoris collatio persuadet refingendum esse: Ἶσι, σὺ δ' ὦ τριπάλαινα, μενεῖς περὶ χεύματα Νείλου. χεύματος] χεῦμα: V. i. e. χεύματα, quod unus liber Clementis praebet. Id merito recepit Gaisf. 11. Ἶσις. αὕτη λέγεται Ἰώ, ἣν ἥρπ.] Vide supra v. Ἰώ. Küst. Vid. Nonni Hist. coll. in Greg. Nazianz. p. 169. Gaisf. Repetiit Eudocia p. 243. 12. αὐτὴν μετέβαλλε] μετέβαλεν αὐτὴν A. V. μετέβαλλι αὐτὴν *V. 14. εἰς ἰάζουσαν] εἰς om. A. B. V. E. Tum ἰδιάζουσαν V. 16. ἐπὶ τῆς] τῆς omisi cum V. ἐγγλύφουσι Eudoc. 17. εἰς βοῦν] ἐπὶ βοῦν A. B. V. E. Med.

---

mulierum aequalium choro circumfusa esset (erant autem hae matronae natu grandes, chorus deo carus), cum senes comas demisissent, deum invocarunt. Ἴσημι. Scio. Ἰσίδωρος. Isidorus senex, Pelusiota, vir clarissimus, philosophus et rhetor, scripsit epistolas 3000, ibique sacram Scripturam interpretatur, item alia quaedam. Ἰσίδωρος. Isidorus philosophus, qui sub fratribus, si quis alius, in philosophia se exercuit, litterarum non minus quam sacrorum studiosus, et omnia quae ad ea pertinebant, ut universe dicam, summa dexteritate tractare norat. iam ut mihi quidem videtur, vita quidem fuit philosophus, scientia vero non satis excultus, et in dialecticis inexercitatus magis quam hebes. adolescentulo vero mirum quiddam accidit. nam eius aequalis, ex sorore natus, annos XVIII natus, statim a prima aetate divinam quandam ingenii vim prae se ferens, de tecto delapsus repente vitam finiit. quem cum ingenti luctu omnes prosequerentur, in somnis ille ad Isidorum accessit, et eum consolatus est. Ἰσσικὸς κόλπος. Ἰσσιονίας. Isionias. Nomen proprium. Ἶσις. Nomen deae, vocativus a Isi. *Tu vero, Isi misera, manebis ad fluctus Nili.* Ἶσις. Sic vocatur Io, quam Iuppiter Argis rapuit, et Iunonis metu nunc in albam, nunc in nigram, nunc in violaceam vaccam mutavit, cum eaque multis locis peragratis in Aegyptum tandem venit. hanc igitur ob causam Isin Aegyptii colunt, et in simulacri eius capite cornua bovis effingunt, significantes eam in bovem olim mutatam fuisse. Ἴσθι. Scito.

Ἴσθμια. περιστόμια, περιδέραια, περιτραχήλια. λέγονται δὲ καὶ ἑορταὶ Ἑλλήνων. καὶ παροιμία Ἰσθμιάζειν, ἐπὶ τῶν κακῶς βιούντων. ἐπίνοσος γὰρ ὁ τῶν Ἰσθμίων καιρός. Ἴσθμιον ἀμφιφορῆος. ὁ τράχηλος τοῦ κεράμου, διὰ τὸ στενὸς εἶναι.

Ἰσθμικὴ πίτυς. ἆθλον ἐπινίκιον.

Ἰσθμός. θάλασσα μεταξὺ δύο γαιῶν· πορθμὸς γὰρ γῆ μεταξὺ δύο θαλασσῶν. Ἀριστοφάνης·

Ἰσθμόν τιν' ἔχεις, ἄνθρωπ', ἄνω τε καὶ κάτω
τὸ πέος διέλκεις, πυκνότερον Κορινθίων.

ἐπεὶ τὰς ναῦς διὰ τοῦ Ἰσθμοῦ εἵλκον οἱ Κορίνθιοι, ὥστε μὴ περιέρχεσθαι. τοῦτο δὲ διισθμονίσαι ἐκάλουν.

Ἰσχαριώτης. σκηνὴ θανάτου.

Ἴσχειν. ὡς τό,

Ἴσχε ψεύδεα πολλὰ λέγων.

Καὶ Ἴσχειν, εἰκάζειν.

Ἴσμα. ἴδρυμα.

Ἰσμαήλ. ὁ μεθ' ἡδονῆς γέλως Ἑβραϊστί. Καὶ Ἰσμαηλίτης, ὁ ἀπὸ Ἰσμαήλ.

Ἰσμαρικὸς οἶνος. Ἀρχίλοχος·

Ἐν δορὶ δ' οἶνος
Ἰσμαρικός· πίνω δ' ἐν δορὶ κεκλιμένος.

Ἴσμαρος δὲ πόλις, ἡ νῦν Μαρώνεια λεγομένη.

Ἴσμεν. οἴδαμεν.

Ἰσμηνίας. εἷς παρ' Ἀθηναίοις ἦν πολέμαρχος ἐπιφανής.

Ἰσοδαίτης. ξενικός τις δαίμων, ᾧ τὰ δημώδη γύναια καὶ μὴ πάνυ σπουδαῖα ἐτέλει.

Ἰσοκλείς. ἰσόδοξος.

Ἰσόχωλον. τὸ ἴσα μέρη ἔχον. λέγει δὲ Ἀρι-

---

1. Ἴσθμια. περιστόμια] Vid. Hesych. et intpp. Moeridis p. 194. 2. καὶ παροιμία, Ἰσθμιάζειν] Vide Hesychium v. Ἰσθμιάσαι. [immo Ἰσθμιάσαι] qui eiusdem proverbii meminit. *Küst.* 4. ἀμφιφορῆ] ἀμφιφορῦ A. ἀμφιφορᾶ E. ἀμφιφορῆος correctionem Piersoni in Moer. p. 194. non improbatam Letronnio *Obss. sur les noms des vases Grecs* p. 82. recepi. Haec tamen seorsum debebant glossam efficere: nisi καὶ praemittimus. 7. Ἰσθμικὴ πίτυς] Fortasse respexit Suidas ad locum illum Gregor. Naz. Orat. XVIII. in fine: *Τοῦτό σοι καὶ τῶν λόγων γέρας καὶ τῆς ἀθλήσεως, οὐ κότινος Ὀλυμπικὸς οὐτε μῆλα Δελφικὰ παίγνια, οὐδὲ Ἰσθμικὴ πίτυς* etc. Multae enim occurrunt apud Suidam voces et φήσεις ex Gregor. Nazianz. excerptae: ut clare probamus alibi. Vide supra v. Ἀράπται. *Küst.* Cf. Meinek. in Euphor. p. 109. 8. Ἰσθμός] Vide v. Πορθμός, unde huius loci correctio petenda, et hic ita legendum, Ἰσθμός. γῆ μεταξὺ δύο θαλασσῶν· πορθμὸς δὲ θάλασσα μεταξὺ δύο γαιῶν. *Portus.* Quem ex parte iuvat Herod. Epim. p. 53. Ἰσθμός, ἡ μέσον δύο θαλασσῶν γῆ. Adde Schol. Aristidis T. III. p. 22. πορθμὸς γὰρ] Sic A. V. cum Photio et Lex. Seg. πορθμὸς δὲ edd. ante Kusterum, qui edidit πορθμός. [Ἰσθμός] δέ. In E. gl. sic legitur: Ἰσθμός. θάλασσα μ. δ. γαιῶν. πορθμὸς δὲ θάλασσα μ. δ. γαιῶν. Discessit quidem Valck. in Ammon. p. 76. a Kustero. Hunc tamen minime fefellit ratio; sed litura, quod eum latuit, non emendatione procuranda est magistelli doctrina perversa, quippe raptim ex v. Πόντος compilata. 9. Ἀριστοφάνης] In Thesmoph. 653. ubi tamen prior versus hodie deest: quem proinde ex hoc loco Aristophani restituendum esse Bisetus recte monuit. *Küst.* 13. περιέρχεσθαι] Hanc lectionem ex 2 MSS. Paris. [et *V.] revocavi. In prioribus enim editt. male excusum est περιέρχεσθαι. *Küst.* διισθμονίσαι] Vide supra h. v. *Küst.* διασμονίσαι Schol. Aristoph. Rav. correctum a Dindorfio. 15. σκηνὴ θανάτου] Sic gloss. in N. T. Alberti p. 11. ubi consulatur editor, item Ernestius Gloss. Suidae p. 166. μνήμη θανάτου Zonaras.

1. Ἴσχε ψεύδεα π.] Homerus Odyss. τ. 203. *Küst.* 3. Ἴσμα. ἴδρυμα] Vide Hesych. et Etymologum. *Küst.* Est Lycophr. 731. vox. 4. Ἰσμαήλ. ὁ μεθ' ἡδ. γέλως Ἑβρ.] Vel Suidam ignorantia linguae Hebraicae hic decepit, vel, cum haec scriberet, de voce Ἰσσάχ eum cogitasse oportet. Mitior, id est posterior sententia mihi verior videtur, propter ea quae leguntur supra v. Ἰσσάχ: ubi lector expresse docetur, vocem illam in lingua Hebraeorum τὸν μεθ' ἡδονῆς γέλωτα significare. *Küst.* Idem tradit Zon. p. 1122. ubi Tittmannus auctorem notationis indicat Origenem. Statim subiicit A. Ἰσμαρος ἡ νῦν Μαρώνεια λεγομένη. Cf. Schol. Od. ι. 40. 6. Ἀρχίλοχος· Ἐν δορὶ δ' οἶνος Ἰσμ.] Athenaeus lib. I. p. 30. Ἀρχίλοχος τὸν Νάξιον τῷ οἴνῳ παραβάλλει· ὃς καί που φησιν, Ἐν δορὶ μὲν μοι μᾶζα μεμαγμένη, ἐν δορὶ δ' οἶνος Ἰσμαρικός· πίνω δ' ἐν δορὶ κεκλιμένος. Synesius Epist. CXXIX. Ἐγὼ δὲ ὑπὸ μισοπονηρίᾳ τεταγμένος ὑπνομαχῶ· Ἐν δορὶ μὲν μοι μᾶζα μεμαγμένη, ἐν δορὶ δ' οἶνος Ἰσμαρικός· πίνω δ' ἐν δορὶ κεκλιμένος. Hunc locum Synesii descripsit Suidas infra v. Ὑπνομαχῶ, ubi iidem Archilochi versus leguntur. *Küst.* Archil. fr. 45. Mirifice haec tractavit Barthius in Statium T. II. p. 1049. a Gaisf. indicatus: qui vehementer in Archilochi dictum grassatus etiam Suidam locupletabat voce ἔνδοξος post οἶνος. 9. λεγομένη] καλουμένη B. E. 11. Ἰσμηνίας. εἷς παρ' Ἀθ.] Ex Harpocratione: in quem vide Valesium. *Küst.* De eo Plutarch. forsan in Praec. Reip. Ger. [p. 813 D.] Οὕτως ἐν ταῖς ἐγκωμιούσαις πόλεσιν Ἰσμηνίας ἐπῄδουσι. *Reines.* Ἀθηναίοις] Θηβαίοις Valesius. Plura huius commentationis exempla vide apud Hemsterhus. Anecd. p. 245. *Gaisf.* Item annot. in vv. Ἱππαρχία et Καδμεία νίκη, et Ungeri Parad. Theb. p. 448. 13. Ἰσοδαίτης. ξενικός τις δ.] Ex Harpocratione. Vide etiam Hesych. v. Ἰσοδίτης. *Küst.* Adde Gesnerum in Luciani Epp. Saturn. 32. et Lobeckium Aglaoph. p. 621. 14. καὶ μή] μὴ mendum vulg. 15. Ἰσοκλείς] Post h. v. addit A. Ἰσμήνης, ζήτει ἐν τῷ Σημαίνει. 16. Ἰσόχωλον] Seqq. descripta sunt ex Alexand. Aphrodis. in Aristot. Topic. p. 232. *Gaisf.*

Ἴσθμια. Capistra, monilia, vincula colli, item ludi quidam Graecorum appellantur. Et proverbium, Ἰσθμιάζειν, quod dicitur de iis, qui cum malis conflictantur, etenim insalubre tempus est Isthmiorum. Ἴσθμιον ἀμφ. Os amphorae sive collum amphorae, quod angustum est. Ἰσθμικὴ πίτυς. Isthmica pinus fuit victoriae praemium. Ἰσθμός. Fretum, quod est mare inter duas terras. Aristophanes: *Isthmum quendam habes, mi homo, suratunique et deorsum penem reciprocas, crebrius quam Corinthii.* Corinthii enim naves per Isthmum trahebant, ne cogerentur continentem circumire; idque διισθμονίσαι vocabant. Ἰσχαριώτης. Tabernaculum mortis. Ἴσχειν. Ut illud: *Multa mendacia in promptu habebat.* Et Ἴσχειν, assimilare. Ἴσμα. Collocatio. Ἰσμαήλ. Suavis risus Hebraice. Et Ismaelites, qui ab Ismaele genus ducit. Ἰσμαρικὸς οἶνος. Ismaricum vinum. Archilochus: *In hasta autem vinum Ismaricum; hastaeque innixus bibo.* Ismarus vero est urbs, quae nunc Maronea vocatur. Ἰσμηνίας. Ismenias fuit polemarchus apud Athenienses illustris. Ἰσοδαίτης. Isodactes, peregrinus quidam daemon, cui mulierculae plebeiae et parum probae sacra faciebant. Ἰσοκλείς. Aeque celebris. Ἰσόχωλον. Paribus membris instructum, de quo dicit Aristoteles:

στοτέλης ὅτι, ἐὰν συνθέτου τινὸς λόγος ἀποδοθῇ, τοσαῦτα μέρη ἔχων, ὅσα καὶ τὸ σύνθετον ἔχει, οὗ ὁ ὁρισμὸς ἀποδίδοται, οὐκ ἔσται οὗτος ὁ λόγος ὁρισμὸς ἐκείνου. ἐν γὰρ τοῖς οὕτως ἀποδιδομένοις λόγοις ἀναγκαῖον ὀνομάτων εἰς ὄνομα τὴν μετάληψιν γεγονέναι.

Ἰσοκράτης, Θεοδώρου αὐλοποιοῦ, Ἀθηναῖος, ῥήτωρ, γενόμενος ἐπὶ τῆς πϛ̄ ὀλυμπιάδος, ὅ ἐστι μετὰ τὰ Πελοποννησιακά. καὶ διὰ μὲν τῆς φωνῆς τὴν ἀτονίαν καὶ τὸ ἀπαῤῥησίαστον δίκας οὐκ εἶπεν, ἐδίδαξε δὲ πλείστους, καὶ λόγους γέγραφε λβ̄. βιώσας δὲ ἔτη ϛ̄ πρὸς τοῖς ϙ̄ ἐτελεύτησεν. ἀδελφοὶ δὲ αὐτῷ ἐγένοντο Τίσιππος καὶ Θεόμνηστος καὶ Θεόδωρος. διδάσκαλος δὲ Γοργίας. οἱ δὲ Τισίαν φασίν, οἱ δὲ Ἐργῖνον, οἱ δὲ Πρόδικον ἔφασαν, οἱ δὲ Θηραμένην. οἱ δὲ λόγοι αὐτοῦ πλεῖστοι.

Ἰσοκράτης, Ἀμύκλα τοῦ φιλοσόφου, Ἀπολλωνίας τῆς ἐν τῷ Πόντῳ ἢ Ἡρακλείας, ὡς Καλλίστρατος, ὁ ῥήτωρ, μαθητὴς καὶ διάδοχος τοῦ μεγάλου Ἰσοκράτους, διακούσας δὲ καὶ Πλάτωνος τοῦ φιλοσόφου. οὗτος δὲ ὁ Ἰσοκράτης καὶ Θεοδέκτῃ τῷ ῥήτορι καὶ τραγῳδιοποιῷ καὶ Θεοπόμπῳ τῷ Χίῳ ἅμα τῷ Ἐρυθραίῳ Ναυκράτῃ διηγωνίσατο περὶ λόγων εἰς τὸν ἐπιτάφιον Μαυσώλου τοῦ βασιλέως Ἁλικαρνασσοῦ. καὶ λόγοι αὐτοῦ ε̄ Ἀμφικτυονικός, Προτρεπτικός, Περὶ τοῦ τάφον μὴ ποιῆσαι Φιλίππῳ, Περὶ τοῦ μετοικισθῆναι, Περὶ τῆς ἑαυτοῦ πολιτείας.

Ἰσοκράτης εἶπεν· Ὁ γὰρ φαύλως διανοηθεὶς περὶ τῶν ἰδίων οὐδέποτε καλῶς βουλεύσεται περὶ τῶν ἀλλοτρίων.

Ἰσολογία. ἰσοτιμία. Διαψευσθεὶς δὲ τῆς

---

1. *συνθέτου*] σύνθετος Alexand. Mox *λόγος* om. E. 4. *ὁρισμὸς*] ὅρος Alexand. qui mox *οὐκ ἔστιν*. *ἀποδιδομένοις*] *ἀποδιδομένοις* Alex. 5. *ὀνομάτων εἰς ὄνομα*] *τῶν ὀν. εἰς ὀνόματα* Alex. 7. *Ἰσοκράτης. Θεοδ.*] De hoc legendus est Dionys. Halicarnass. in libello *περὶ τῶν ἀρχαίων Ῥητόρων*, item Philostratus de Vit. Sophist. lib. I. p. 505. et seqq., Plutarchus in Tractatu de X. Oratoribus, Photius in Bibliotheca Cod. CLXX. et Tzetzes Chil. XI. c. 382. *Küst.* Narrationem de utroque Isocrate in compendium misit *Eudocia* p. 247. 8. *ὅ ἐστι μετὰ τὰ Πελοποννησ.*] Immo potius ante bellum Peloponnesiacum. Dionysius enim Halicarnass. expresse testatur, nativitatem Isocratis quinque annis belli istius initium antecessisse. *Küst. κατὰ* scribendum vidit Coraës in Isocr. T. II. p. νζ̄. Sed observationem istam *ὃ ἐστι μετὰ* (vel potius *κατὰ*) *τὰ Πελοπ.* cum verborum color a Suidae more diversus tum argumentum arguit a studiosis hominibus insertam fuisse. Ceterum *γενόμενος* exemplo sane raro dictum de anno natali: cf. v. *Πίνδαρος*. 9. *καὶ διὰ μὲν τῆς φωνῆς τὴν ἀτ.*] Huc spectant verba illa Dionysii Halicarnassensis, loco ante laudato: *Σπουδὴν μὲν ἐποιεῖτο πράττειν τε καὶ λέγειν τὰ πολιτικά, ὡς δὲ ἡ φύσις ἠναντιοῦτο, τὰ πρῶτα καὶ κυριώτατα τοῦ ῥήτορος ἀφειλοῦνη, τόλμαν τε καὶ φωνῆς μέγεθος, ὧν χωρὶς οὐχ οἷόν τε ἦν ἐν ὄχλῳ λέγειν, ταύτης μὲν ἀπέστη τῆς προαιρέσεως. Küst.* Adde Valck. in E. Hipp. 986. 10. *ἀτονίαν*] Plin. Ep. VI, 29. *quod infirmitate vocis, ne in publico diceret, impediebatur. Reines. ἀπονίαν* Med. 11. *καὶ λόγους γέγραφε λβ̄*] Vide Photium loco citato, qui plures orationes quam XXXII. ab Isocrate conscriptas fuisse testatur. *Küst.* Saltem hinc colligere licet, quod sub glossae finem extat, *οἱ δὲ λόγοι αὐτοῦ πλεῖστοι*, ab hominibus incuriosis esse profectum. 12. *ἔτη ϛ̄*] *ἔτη τρία* Eudocia. Suidae numerus congruet cum Lucianeo Macrob. c. 23. si pro *ϛ̄* legamus *ϟ̄*. *Gaisf.* Vixit tamen annos nonaginta octo. 13. *Τελέσιππος καὶ Διόμνηστος* Scriptor de V. X. Oratt. *Θεόδωρος*] *Διόδωρος* B. E. 15. *Ἐργῖνον*] *Ἀρχῖνον* Ruhnkenius Hist. Crit. Orat. Gr. p. XLII. vereor ut recte. *οἱ δὲ Πρόδικον*] Alii Protagoram, vid. v. *Πρωταγόρας. Reines. Πρόδινον* *V. *οἱ δὲ Θηραμένην*] Vide supra v. *Ἀργέου υἱός. Küst.*

2. *Καλλίστρατος ὁ ῥήτωρ· μαθ.*] Vulgatam distinctionem mutari iussit Schmidtius de Callistrato Aristophaneo p. 29. tradens de Domitio Callistrato rerum Heracleoticarum scriptore, quem intellexerat etiam Ruhnkenius Hist. Crit. Or. Gr. p. LX. Superest tamen ut damnosum ὁ tollatur. 4. *διακούσας*] *ἀκούσας* V. 5. *Θεοδέκτῳ*] Leg. *Θεοδέκτῃ. Hemst.* Sic A. V. E. Med. Suaserat etiam Taylorus Lectt. Lys. p. 233. Reisk. Mox *τραγῳδοποιῷ* A. Ceterum non Isocratem minorem sed rhetorem clarissimum certaminibus de Mausoli laudibus una cum Theopompo aliisque eius discipulis interfuisse contendit Ruhnkenius p. LXXXV. nisus testimoniis Porphyrii ac Scriptoris de V. X. Oratt. Sed iure sententiam plane veri dissimilem impugnant Pflugkius de Theopompi vita p. 26. sqq. et Wichersius p. 13. 7. *Ναυκράτῃ*] Vitium quod pravae versioni ansam dedit ab I. Meursio sublatum A. L. V, 14. legente *Ναυκράτῃ*, *simul Erythraeo Naucrate*. Vid. in *Θεοδέκτης. Hemst. Ναυκράτῃ* E. *V. Sic Taylorus et Ruhnk. Hist. Crit. Or. Gr. p. LXXXIV. Superest ut refingatur *Ναυκράτει*. 8. *τοῦ Καρός*] *Καρὸς* om. A. B. V. E. 9. *Ἀμφικτυονικός* recte Vita Isocratis a Mustoxyde prodita, ubi libellus ille spurius Isocratis senioris sermonibus annumeratur, itemque *περὶ τοῦ κατοικισμοῦ Μιλησίοις*. 10. *Προτρεπτικός*] Idem ac *Παραίνεσις* ad Demonicum, iudice Ruhnkenio Hist. Or. Gr. p. LXXXIV. qui de Apolloniate quaedam monnit post Allatium in Ep. Socrat. 30. p. 272. sq. ed. Orell. Sed Protrepticum a sententiis istis diversum fuisse docet ea quam memorabam Isocratis Vita. 13. *Ἰσοκράτης εἶπεν*] Haec V. in marg. ap. Gaisf. Locus est ex Or. ad Demonic. p. 9. D. ed. Steph.

Si cuius orationis compositae definitio reddatur, tot habens partes, quot habet ipsa composita oratio, cuius definitio redditur, haec oratio non erit illius definitio. nam in definitionibus, quae sic redduntur, necesse est metalepsin nominum locum habere. *Ἰσοκράτης*. Isocrates, filius Theodori, fabri tibiarum, Atheniensis, rhetor, natus Olymp. LXXXVI. Id est, sub bellum Peloponnesiacum. hic vocis imbecillitate commotus et in dicendo verecundia causas non egit, sed complures erudiit. orationes scripsit XXXII. obiit anno aetatis CVI. fratres eius fuerunt Tisippus, Theomnestus, Theodorus; magister vero Gorgias. quamquam alii Tisiam fuisse dicunt; alii Erginum; alii Prodicum; alii denique Theramenem. orationes eius sunt plurimae. *Ἰσοκράτης*. Isocrates, Amyclae philosophi F. Apolloniae in Ponto vel Heracleae natus, ut scribit Callistratus, rhetor; discipulus et successor Isocratis Magni et Platonis auditor. hic Isocrates cum Theodecte rhetore et poeta tragico, cumque Theopompo Chio, itemque Erythraeo Naucrate, de eloquentia certavit in funere Mausoli, regis Halicarnassi. orationes eius sunt quinque: Amphictyonica, Cohortatio, Philippo sepulcrum non esse faciendum, De migratione, De suis in republica consiliis. *Ἰσοκράτης εἶπεν*. Isocrates dixit: *Qui male consulit suis rebus, nunquam bene consulet alienis.* *Ἰσολογία*. Honoris aequalitas. *Cum illum*

κρίσεως ἐν οὐδενὶ τῶν ἀμφισβητουμένων ἰσολογίαν ἔξειν οὐδέποτε πρὸς τὸ συνέδριον.

Ἶσον καὶ Ἄνισον. ζήτει ἐν τῷ Ἀμπλάκημα καὶ ἐν τῷ Ἴσον.

Ἴσοξ. ὄνομα ἔθνους.

Ἰσοπαλῆ. ἴσα ἐν κλήρῳ. πάλος γὰρ ἡ κλῆρος.

Ἰσόπεδον. εἰς ὁμαλὸν τόπον.

Ἰσόῤῥοπον. ἰσοβαρές, ἰσοστάσιον.

Ἰσός. ὄνομα ποταμοῦ.

Ἰσσός. ὄνομα πόλεως. ἶσος δὲ ὁ ὅμοιος· καὶ περισπᾶται. ἐξ οὗ καὶ ἰσότερος.

153 Ἰσοσθενής. ἰσοδύναμος.

Ἰσοστάσιον. ἰσόσταθμον.

Ἰσοτελεῖς. οἱ ἀπὸ τοῦ μετοικεῖν κατά τινα τιμὴν παρὰ τοῦ δήμου γενομένην κατὰ ψήφισμα μεταβαίνοντες εἰς τὸ τῶν δημοποιήτων δίκαιον ἰσοτελεῖς ὠνομάζοντο. ἐγίνετο δὲ τοῦτο τοῖς μετοίκοις ὑπὸ τῆς πόλεως, ὅτε ἔδοξαν εὖ πεποιηκέναι τὸ κοινόν.

Ἰσοτελεῖς. ἴσα τελοῦντες· ἴσα τοῖς ἀστοῖς, ὅ ἐστι τοῖς πολίταις, τέλη διδόντες.

